Bibliothèque numérique
medic@

Haller, Albrecht von. **Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae proponuntur...**

Gottingae : A. Vandenhoeck, 1756.
Cote : 1628

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?01628

1.628

ICONES ANATOMICAE

QUIBUS

PRAECIPUAE ALIQUAE PARTES

CORPORIS HUMANI

DELINEATAE PROPONUNTUR

& Arteriarum potiſſimum Hiſtoria

CONTINETUR

AUCTORE

ALBERTO DE HALLER

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM GOTTINGENSIS PRAESIDE, ACADD. ET SOCIETT. GALLICAE SCIENTIARUM ET CHIRURGIAE, BRITANNICAE, IMPERIALIS, BORUSSICAE, SUECICAE, UPSALIENSIS, BONONIENSIS, FLORENTINAE BOTANICAE, HELVETICAE &c. SODALI, SUPREMI SENATUS REIPUBLICAE BERNENSIS DUCENTUMVIRO, PRAEFECTO CURIAE, ET TRIUMVIRO CURANDAE VALETUDINIS.

FACULTE DE MEDECINE DE PARIS BIBLIOTHEQUE

1.628

GOTTINGAE,

APUD VIDUAM B. ABRAMI VANDENHOECKII

MDCCLVI.

GEORGIO SECUNDO

MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE ET HIBERNIAE REGI

DEFENSORI FIDEI

DUCI BRUNSVICI LUNEBURGI

S. R. IMPERII ELECTORI.

HAs in Tua Academia natas ſcholas Auguſto Tuo nomini dedicare jubet gratus, quo beneficia Tua non deſino recolere, animus. Tua factum eſt beneficentia, REGUM optime, ut curis de ſumtibus impendendis ſolutus, opportunitatibus abundarem, quibus has ipſas corporis humani imagines perficere, & repetitis experimentis emendare liceret. Addidit animum munificentia Tua, ut longis laboribus ſenſim propius ad naturam progrederer, quam pauca pericula nunquam

quam adtigiſſent. Decora voluiſti rebus meis accedere, quae etiam invitum ad enitendum animarent. A Tua Academia in Helvetiam reverſo juſſiſti Tuos mecum manere honores, & ſocietatis conditae curam, cum qua Regium Nomen communicare non es dedignatus. Adeo, quantum in libera republica viventi homini licet, Tibi me voluiſti devinctum, ut animo certe & voluntate Tuus eſſem, quem ſibi patria vindicaverat. Innocentiſſima certe vincula ſunt, quibus detineor, literarum amor, & juſta Tuae benignitatis recordatio.

Haec Tua beneficia humili homini laudaſſe vel ideo licuerit, quod Britannorum princeps, legum & aequi & libertatis cuſtos integerrimus, longe a Te illorum, ſive Reges ſunt, ſive Tyranni, tumores repudies, qui ſibi ſolis integras gentes natas, ſeque a civibus ſuis eo intervallo diſtinctos reputant, quod metus ſejunctum ſervet, nulla vero caritas unquam diminuat. Tu vero eum veriſſime regnare dudum ſenſiſti, qui animis imperet, perque beneficia ſua, tamquam placidiſſimum & tamen valentiſſimum clavum, populorum mentes gubernet.

Ita porro Te FIDEI DEFENSOREM, Britanniae, Europae univerſo orbi, divina clementia porro indulgeat, publicae libertatis & foederum unicum vindicem. Bernae D. 3. Junii 1756.

ICONUM ANATOMICARUM

QUIBUS PRAECIPUAE PARTES

CORPORIS HUMANI

DELINEATAE CONTINENTUR

FASCICULUS I.

Diaphragma, Medulla Spinalis, Vagina Uteri, Omentum, & Cranii Basis.



G.D. Heumann Grafs. de la Cour de S.M. Britt. & Prof. Univ. de Göttingen.

GOTTINGAE,
APUD ABRAM VANDENHOECK
MDCCXLIII.

D. ALBERTUS HALLER

ANATOMEN CADAVERIS VIRILIS

INDICIT

AD DIEM XXIII. FEBRUAR. MDCCXLI.

ET

TABULAM NOVAM DIAPHRAGMATIS

ADDIT.

D. ALBERTI HALLER
NOVA ICON
SEPTI TRANSVERSI.

Cum ante hos duodecim annos Baſileae Diaphragma humanum demonſtraviſſem, nonnullis particulis ditius, quam vulgo videbam depingi, Cl. HUBERUS, tunc diſcipulus, nunc vero Aulae Caſſellanae Medicus & Anat. P. P. ejus iconem calamo expreſſit. Eam, cum uberiore deſcriptione, edidi ante undecim annos, non certe ita factam, ut vel naturam imitetur undique, vel mihi ſatisfaciat: ſed talem, qualem ea Anatomici aetas pati poterat. Ergo, ut libellum irrevocabilem, & ab humaniſſimis hominibus iterato editum, publicae utilitati aptiorem redderem, in opportuno munere conſtitutus, aliquot icones veriores paravi. Harum optimam elegi, ad ſtrangulatae feminae corpus expreſſam, ut addi poſſit libello meo, atque mentem lectoris notione juſtiori pulcherrimae fabricae imbuat. Simul adjeci, quae in quinque adultis corporibus, & id ALBINI, SENNACI, atque COWPERI iconibus, aut deſcriptionibus offendi, diverſa ab iis, quae propoſui, aut cum exquiſitiore cura propoſita.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 6 sur 543

EXPLICATIO LITTERARUM.

A 1) Cartilago mucronata, in hoc corpore bifida.
B 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Coſtae a ſexta ad duodecimam obiter expreſſae.
B 1. Coſta ſexta. 2)
B 2. Coſta ſeptima, quae oram thoracis longe efficit. 3)
B 3. Coſta octava 4), Spuriarum prima.
B 4. Coſta nona. 5)
B 5. Coſta decima. 6)
B 6. Coſta undecima 7)
B 7. Coſtae duodecimae mucro 8)
C 1. 2. 3. Vertebrae lumborum, prima, ſecunda, tertia 9)
D Aortae truncus reſectus. 10)
E Oſtium arteriae Coeliacae.
F Meſenterica Superior.
G G Arteriae Renales.
H Vena Cava in oſtio ſuo reſecta.
I Oeſophagus.
K Pſoae muſculi.
L Quadrati lumborum.
N N Nervus Intercoſtalis, qui in hoc corpore migravit, ex thoracis ſede, ad partes abdominis, inter appendicem extimam, breviſſimam, & eam, quae proxima eſt 11)
O O Nervus *Splanchnicus*, 12) ſive ramus princeps nervi Intercoſtalis, qui Ganglia Semilunaria efficit.

P

1) SENNAC *Memoir. de l'Acad. des ſcient.* 1729. T. XIV. f. I. & II. FF. Fibrarum carnearum ab extremo apice hujus cartilaginis ortarum faſciculum vel duplicem, vel unicum, perpetuo invenio. Hunc omiſit COWPERVS in T. XXXIV. & XXXV. ſplendidiſſimae *Myotomiae* 1724. fol. Adſcendunt fere ad perpendiculum retro ſternum, & in icone mea ſola pars ſuprema earum exprimitur. Ad utrumque latus ſolent a fibris coſtalibus ſpacio aliquo diſſidere, quod ſola pinguedo replet, eaque remota pericardium nudum apparet SENNAC l. c. DD.

2) A cartilagine coſtae ſextae, fere in medio, ubi propior eſt ſeptimae, faſciculus carneus Diaphragmatis oritur, inferior intima origine, quae a coſta ſeptima eſt. Aliquando adeſſe ALBINVS *hiſt. muſcul. homin.* p. 301.

3) Longe oritur ab hac coſta Diaphragmo, ab ipſo initio cartilaginis, juxta oram eminentem Thoracis, fere per dimidium. Confer. ALBIN. l. c. Hae fibrae carneae ſunt.

4) Ab octava oritur ab ipſo limite partis oſſeae, & a cartilagine adusque apicem.

5) Fibrae carneae ab extrema parte oſſea nonae, & a cartilagine fere ad mucronem usque, ſed paulo brevius, proveniunt.

6) Ab extrema parte oſſea, & a cartilaginea, ad mucronem usque carnea eſt origo.

7) Ab extrema parte oſſea, & continuo ad apicem usque cartilaginis.

8) Ab ea coſta nihil omnino in meis cadaveribus provenit. Aliquando tamen reperit ALBINVS.

9) In aliis corporibus Diaphragma ad quartam, & quintam usque vertebram deſcendit: hi tamen limites frequentiores ſunt.

10) Cum Aorta ductus Thoracicus adſcendit dexterior.

11) Ita in alio etiam cadavere fuit, & in ſiniſtro latere comes nervi tranſiit Azyga ſiniſtra.

12) Huc videtur facere foramen a COWPERO depictum T. XXXV. Nobiſcum in ſiniſtro latere ALBINVS. Nam in dextro facit unicam, pro utroque trunco & Azyga, viam. p. 299. atque ita vidi in latere ſiniſtro cadaveris virilis. In alio cadavere, cum duae tantum eſſent appendices, per intervallum fibrarum interioris cruris tranſiit.

P Nervus, qui ſupra duodecimam vertebram dorſi oritur, Dorſalium ultimus.

Q Q Venarum Phrenicarum [13] reliquiae.

R *Arcus interior*, ſive limes [14] carnis *c*, cui Peritonaeum adhaeret. Terminatur in fibras ligamentoſas, aut tendineas, quae a proceſſu transverſo primae vertebrae lumborum veniunt. Transmittit Pſoam.

S *Ligamentum* valens, [15] continuum fibris tendineis muſculi transverſi abdominis. Oritur, junctis fibris cum arcu R, a proceſſu transverſo vertebrae primae lumborum, terminatur in apicem coſtae duodecimae, & perpetuum eſt. Hujus ligamenti pars interior transmittit Quadratum.

T V X Y Z Γ Δ Θ Λ Ξ Ω Tendo [16] Septi transverſi.

T T T Princeps tela [17] fibrarum tendinearum eſt, quae conjungit carnes obpoſitas, appendices cum fibris a Sterno ortis, & easdem appendices cum fibris, quae ex coſtis proveniunt. Illae fibrae rectae, hae inclinatae ſunt, & transverſis propiores.

V Hac ſede Peritonaeum, initio facto a ligamento S, fibris tendineis ſplendentibus firmatur, & aliquando a carnibus a ligamento ortis aegre ſeparatur.

X Fibrae tendineae, quae alae Siniſtrae oram [18] legunt, ortae a faſciculo, quem ligamentum R emittit, atque ad ſuperiora Oeſophagi in princeps ſtratum T, degenerantes.

Y Magnus faſciculus [19] fibrarum, in univerſum lunatus, cujus cornua in coſtales carneas degenerant, pars gibba Oeſophago & venae Cavae obvertitur. Supra [20] hunc faſciculum adſcendunt fibrae carnium mediarum.

Z Z

13) COWPER N. dextrum ſuperius T. XXXV.

14) SENNAC l. c. p. 168. & ic. T. T. V. Hunc arcum etiam deſcribit Cl. DOUGLASSIUS *de Periton.*

15) SENNAC l. c. & W. In alio cadavere, pars Quadrati, ante hoc ligamentum, in thoracem adſcendit, inter ſecedentes carnes Diaphragmatis, appendicem nempe extimam, & fibras a ligamento ortas.

16) Figuram hanc perpetuam invenio, & eamdem in iconibus melioris notae video, ut SENNAC l. c. COWPER. l. c. & in Collegae conjunctiſſimi Cl. SEGNEI icone *Comm. Lit. Norimb.* 1733. T. III. f. 1.

17) ALBIN. p. 304. Nuper in ala dextra fibrae, a cruribus ortae, cum coſtalibus fibris decuſſatae fuerunt, cum plerumque occurrendo continuentur.

18) Plerumque praeterea in media ala ſiniſtra ſimiles fibrae, a carne ligamenti, parallelae his ipſis, adſcendunt ALBIN. p. 304. SENNAC in icone l. Sed in hoc cadavere nullae fuerunt.

19) SENNAC N. b. b. ALBIN. p. 304. *Jam a ſuperiore parte* &c.

20) Nempe tectae hoc faſciculo, & pleurae propiores.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 8 sur 543

Z Z Intricationes variae, [21] & vix dicendae, fibrarum, quae a Sterno ad adpendices feruntur, cum iis fibris, quae dextras coſtales cum ſiniſtris conjungunt: Sternales vero retro eundo ſe ad dextra & ſiniſtra disjiciunt.

Ω Fibrae transverſae [22], quales a coſtalibus dextris ad ſiniſtras feruntur, proximae carni ſternali.

Γ Faſciculus *anterior Cavae* [23], tendineus, validus, ante oſtium venae Cavae poſitus, pene transverſus. Oritur partim a magno lacerto Λ, partim a fibris lacerti ſiniſtri. Δ

Δ Faſciculus *Siniſter Cavae* [24], ortus partim a carnibus mediis, partim a detortis & inflexis fibris faſciculi poſterioris.

Θ *Faſciculus poſterior Cavae* [25], perpetuus, latus, continuus telae principi alae dextrae, & degenerans partim in lacertum Δ, partim, ſupra eum, in fibras carneas medias productus.

Λ *Faſciculus dexter venae Cavae* [26]. In duobus cadaveribus pulcherrimus adfuit; anterius & in coſtales dextras, & in lacertum Γ diſperſus, & inferius in carnes coſtales, & a ligamentoſis arcubus ortas, & medias, pulchre diſtributus. Pontis inſtar inpoſitus fibras transverſas T contegebat, & inter ipſum, easque fibras via erat venae Phrenicae Q. Saepe minor [27] eſt, ſemper aliquis.

Ξ Hic ſaepe foramen [28] adeſt pro arteria Phrenica, quando tendinis ſtratum infimum perforat, atque inter hoc & ſuperius ſtratum decurrit.

a a a Carnes a coſtis ortae.

b b Carnes a ligamento S, quae fere rectae adſcendunt [29] renemque & capſulam renalem ſuſtinent.

c c Carnes [30] quae ab arcu interiori R, proveniunt.

d e

21) ALBIN. p. 306.

22) COWPER. Tab. XXXIV. ad c. SENNAC non habet. ALBINVS lunatas vocat p. 306. *Ad haec per priorem* &c.

23) ALBINVS p. 307. fere eodem modo, SENNAC. *b. b.* Nuper bifidum vidi, ut a lacerto Λ aliquo intervallo diſtaret, totus minor.

24) ALBINVS l. c. fere eodem modo. SENNAC hunc faſciculum non habet, inde oſtium venae Cavae fecit triangulare, quod quadrato propius eſt.

26) ALBINVS p. 304. *Deinde in dextro latere* &c.

27) SENNAC. *d. d.*

28) ALBIN. p. 308. COWPER ad N. ſiniſtrum ſuperius.

29) SENNAC ſupra W.

30) *Caput quartum* ALBINI p. 299. Fibrae ſupra V. SENNAC l. c.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 9 sur 543

d e f g h m ıı. Crus diaphragmatis dextrum totum.

d *Appendix lateralis extima* [31], orta a corpore vertebrae primae lumborum, lateraliter, proxime ſupra cartilaginem, quae ſub ea vertebra eſt.

e Appendicis *ſecundae* pars extima, quae, cum appendice proxima *f*, facit tendinem validum *g*,

f Altera portio appendicis ſecundae, quae cum priori deſcendit in corpus vertebrae tertiae [32], lateraliter, & inferius.

g Tendo communis duarum carnium *e*, & *f*.

h *Appendix* intima [33], quae partim conjuncta cum carne *g*, conſtituit tendinem *m*, [34], qui inſeritur ſecundae vertebrae in medio, ſupra cartilaginem, qua a tertia diſtinguitur; partim efficit tendineam columnam *k*, [35], quae denuo, interius quidem cum ſocia ſiniſtri lateris *l*, conjungitur in tendinem *i*, [36], inſertum imo & medio corpori vertebrae tertiae; exterius vero in hanc inſertionem, & terminum tendinis *g*, [37] inſeritur in vertebra tertia ad ıı.

o Appendix intima, quae reſpondet carni *h*, & partim cum ea inſeritur in ſecundae vertebrae lumborum medio corpore anterius ad *n*, [39], partim in ima vertebra tertia lumborum finitur juxta *i* in *s*.

p *Appendix media* [40] quae aucta acceſſoria parte a faſciculo *o*. inſeritur cum ea in *s*.

q *Appendix extima* [41], quae reſpondet τῷ *d* lateris dextri, ſed

31) *Caput tertium* ALBINI p. 299. Fibrae ſupra V. SENNAC. p. 168. In alio cadavere provenit & ab hoc corpore vertebrae, & a cartilagine, quae ſub ea eſt. In alio, ſe habuit, ut in icone.

32) Appendicem ſecundam vidi etiam bis oriri a vertebrae ſecundae corpore. In aliis duobus cadaveribus, cum duae tantum appendices eſſent, loco *e. f.* & *h.* anica, bifida, caro fuit, & ab infima ſecunda vertebra provenit, alteroque faſciculo a tertia.

33) *Caput primum* ALBINI p. 296. quod in latere dextro oriri dicit a tertia vertebra. Alias vidi a ſecunda, & tertia, proveniſſe, alias a corporibus vertebrarum quintae, quartae, tertiae & ſecundae: in ſiniſtro vero latere a tertia & ſecunda.

34) *m.* & *n.* videntur eſſe D. COWPER T. XXXV.

35) *Caput ſecundum* ALBINI p. 298. Convenit certe tendo longiſſimus & vertebrae numerus.

36) Similis eſt columna S. apud SENNAC.

37) *g.* & *s.* exprimunt tendines R. R. apud SENNAC.

38) Plerumque brevius & minus dextro ALBIN. p. 296. Confer iconem noſtram veterem.

39) *Caput primum* ALBINI, eodem fere modo p. 297.

40) *Caput ſecundum* ALBINI. In alio cadavere, cum duae tantum eſſent appendices, loco carnium *o.* & *p.*, unica fuit, in ſecunda vertebra orta, adeoque brevior, quam dextra appendix.

41) *Caput tertium* ALBINI. Caeterum haec concinna tendinum inferiorum fabrica non perpetua eſt, & qualis hic pingitur raro habetur, cum plerumque ſeorſim appendices deſcendant. In alio cadavere a cartilagine provenit, quae inter ſecundam & tertiam vertebram eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 10 sur 543

ſed ſecundae vertebrae inſeritur, ſub cartilagine, quae inter eam & primam media eſt.

r Caro a ligamento R, reſpondens τῷ *b*.

s Caro a ligamento S reſpondens carni *c*.

t u w x Decuſſatio, 42) appendicum intimarum ſub Oeſophago.

t Crus ſiniſtrum idemque ſuperius, quod dextrorſum deſcendit.

u Crus ſecundum, dextrum, quod ſiniſtrorſum & deorſum abit.

w Crus tertium, majus, a ſiniſtris dextrorſum.

x x Crus quartum, majus, a dextris ſiniſtrorſum. Idem poſterius eſt.

y Columna Oeſophagi dextra.

z ——— ſiniſtra.

α β Decuſſatio columnarum ſupra Oeſophagum.

α Columna dextra anterior. 43)

β ——— ſiniſtra & poſterior. 44)

γ Sedes in vertebris, in qua, in priori cadavere, ab appendice ſiniſtra, trans vertebras; caro communicans deſcendit trans cartilaginem, quae inter primam & ſecundam vertebram media eſt.

42) Unicam deſcribit cum Veteribus ALBINVS p. 307. & pingit COWPER T. XXXIV. Sed duas habet Cl. SEGNER l. c. & plures etiam SENNAC l. c.

43) SENNAC. ad N.

44) Hanc vidi fibras tendineas diviſiſſe, vt aliae ſupra faſciculum Y antrorſum in fibrarum ſternalium occurſum pergerent, aliae ſub eo ſe diſpergerent radiatae.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 11 sur 543

D. IOH. IACOBI HUBERI Medullae Spinalis [1] Iconum, ex Infantibus trium circiter annorum ad vivum delineatarum, iterata Explanatio.

Ne petito Typographi noſtri, atque inſtituto, praecipuarum H. C. partium Icones aliquas, ad vivum diligentiſſime delineatas, colligendi, deeſſem; has quoque, ad illuſtrationem eorum, quae in Programmate *de Medulla Spinali*, atque in commentatione *de Nervis a Spin. Med. provenientibus* dixi, factas, heic cum ampliori paulo, quantum ſpacium anguſtum patitur, explanatione iterum exhibere volo; Ut quaſi in compendio ejus partis hiſtoria breuiter exhibeatur.

ICON

1) Cum neque BIDLOI neque RIDLEYI Icones, vt minus clare minusque exacte rem exprimentes, neque Icon EVSTACHII, VESALIANAE oppoſita, neque VIEVSSENII, longe quamvis caeteras ſuperantes, minus adhuc aliorum Anatomicorum figurae, ex brutis plerumque deſumtae, ſatis omnino mihi facerent; eo facilius ſperavi, exercitatiores Anatomicos accuratiores picturas deſideraturos eſſe. Quod, quantum potui, hic praeſtare ſtudui. Plures primo ex diuerſarum aetatum Cadaveribus Icones ad vivum omnes delineari curavi, ac ſubinde penicillo manum admoui, &, correctiores tandem, vt aeri inciderentur, operam dedi.

ICON PRIMA Medullam Spinalem vel potius Durae Matris productionem, ſpinalem medullam ejusque nervos inveſtientem, repraeſentat; prout ſe in ſitu naturali, una cum Nervis Vertebralibus omnibus, eorum directione, ſitu, & magnitudine naturali in ſpecu vertebrarum habet. Omnia a facie poſtica ſpectata. 2)

A Vertebrae primae colli pars antica, paulum oblique ſurſum elevata.

a a Ejus ſinus articulatorii.

b b - - proceſſus transverſi cum foraminibus ſuis.

B B Involucrum medullae ſpinalis, a dura matre productum, ab occipitis oſſe ad medium usque os ſacrum continuatum, ſaccum fere repraeſentans. 3)

C - C Cavitas ſeu interſtitium, inter durae matris thecam oſſeam intercedens, nigro colore diſtinctum, quo optime conſpici poſſit, quam viam ſecundum diverſas directiones nervus quisque in cavo eo 4) faciat; quorum ganglia intra ſpecum vertebrarum generentur, quorum non; & quo modo Nervi ex ordine ad certas ac diverſas diſtantias foramina ſua ſubeant. 5)

D Ligamentum ex infimo durae matris ſacco ſecedens, & recta inter infimos nervos ad os coccygis, cui infigitur, deſcendens. Hoc Veteres pro nervo impari habuerunt. 6)

E Den-

2) Ob ſummam difficultatem, ſimulque ad evitandam omnem obſcuritatem, ipſas ſimul vertebras exprimi nolui, earum tamen loco inania ſpatia, magnitudini vertebrarum exacte reſpondentia, relicta ſunt.

3) Involucrum hocce non convenire cum capacitate thecae oſſeae, nec cum ipſius Medullae Spinalis figura, & quantum ab utroque recedat, ex ſpecu vertebrarum C. C. ejusdem Ic. atque ex Ic. II. medullam repraeſentante, facile intelligitur. Muſculoſae hujus involucri fibrae, quarum VIEVSS. *Neurogr.* p. 140. mentionem facit, non diſtincte conſpiciuntur, utcunque tamen interna facies, alba, elotas columnas carneas, in ſuprema maxime & infima ſui parte refert natura.

4) Nervus ſecundi paris. & inſequentes ad 13. uſque par, ſurſum paulo vergunt. Altiores plus, inferiores minus. Dein nervi 14. 15. 16. paris recta exeunt. Inſequentes dein omnes, quo inferiores ſunt, eo plus deorſum vergunt.

5) Ita plerumque ganglia 27. paris intra ſpecum oſſeam conſpici inſpiciunt, cum ſuperiorum aliquot in foraminibus, a vertebris relictis, lateant; ibique quaſi in trochlea arcuata jaceant.

6) Cum foramen nullum ſubeat, & ganglio careat, facile a nervis vicinis diſtinguitur. In ſe enim recipit loco filamenti nervei, a cauda equina producti, ultimam piae matris productionem Ic. II. e. e. per mediam caudam equinam excurrentem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 13 sur 543

E Dentis ſecundae vertebrae ſupereminens mucro.

F Medulla ſpinalis ad ortum abſciſſa. 7)

1 ad 30. uſque. Nervi Spinales omnes ſiniſtri lateris, una cum gangliis ſuis.

1C ad 8C Octo nervi Cervicis lateris dextri.

1D ad 12D Duodecim nervi Dorſi.

1L ad 5L Quinque nervi Lumborum.

1S ad 5S Quinque nervi oſſis Sacri.

c - c Gangliorum triginta paria 8), pro diverſa regione diverſa; ſibi ex utroque latere exacte reſpondentia; quamvis in dextro tantum latere litteras iis apponere commodum fuerit.

d Nervi primi 9) paris ramus, antico vix minor, in ſinulo ſuo circa ſinum articulatorium circumflexus, & antrorſum vergens.

e Ejus ramus alter, poſtice verſus Cervicem abiens. 10)

f Nervi ſecundi paris ramus major, qui poſtice fertur, & minor.

g Antrorſum vergens.

h Ramus ganglii tertii paris major, qui antrorſum ad collum fertur:

i Mi-

7) Cum ibi medulla iam extra caluariam poſita ſit, nomen quoque ſpinalis medullae accipere debet, prout veteres Anatomici omnes fatentur, & ipſe quoque MORGAGNVS *Adverſ. Anat. VI. anim.* 32. quamuis nervum infra hunc locum egredientem, decimum nempe WILLISII, nervis cerebri jungat. (Hic in tranſitu errorem typographicum, in Commentatione n. de nervis med. ſpinal. commiſſum, & ſenſum turbantem, corrigi peto, ubi, pag. 9. ultima linea textus loco *comnumeravit* legendum eſt *non comnumeravit.*

8) Primum par nervorum jam in hac aetate ſuum ſemper hic conſpicuum efficit ganglion, quanquam in junioribus interdum illud minus evidens reperiatur. Non ſemel tamen in mox nato illud diſtinctum quoque vidi: ut ita vix unquam deficiat. Caeterum conſtantiſſima & perpetua naturae lege nervus iſte per ſinum, a prima vertebra baſique oſſis occipitis relictum, atque exſculptum, viam ſibi facit.

9) Novem tantum nervorum paria cerebro tribui poſſunt ac debent. Quemadmodum decimum par WILLISII, circa quod hic verſamur, duplici ſuo principio, ortu, egreſſu extra thecam oſſeam, atque demum ganglio ſub ab omnibus nervis Cerebri diverſum eſt, Spinalibus contra nervis quoad omnia accedit. Hinc omni quoque jure illud cum toto Anatomicorum veterum, ad WILLISIVM uſque, choro Cervicalium nervorum primum par vocari debet.

10) Nunquam diſtincte videre potui tertium, ex hocce ganglio ſecedentem, ramulum; prout talem, cum vaſis vertebralibus per collum deſcendentem, aperte deſcribit WINSLOWIVS *Trait. des Nerfs 159.* & obſcure paulum de eo loquitur LANCISIUS *de mot. Cord. & Aneuriſm. p. 75. edit. Rom.* Semel tantum tenuiſſimum filum, ibi ſe demergens, obſcure videre mihi viſus ſum, nec tamen ultra ganglion ſecundi paris proſequi datum fuit. An vero propago ipſius nervi 1. paris fuerit, non facile dixerim. Poſthaec enim, exactiſſime & accuratiſſime in id filum inquirens, id perſpicere nunquam potui.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 14 sur 543

i Minor verſus ſpinam vergens. [11]

k - k Filamenta ſ. ligamenta quatuor, ex infimo durae matris apice, duo utrinque, ſecedentia, & oſſibus vicinis infixa. [12]

l l l Foramina in ipſis gangliis, vel intra ea, pro tranſitu vaſorum intra thecam oſſeam, frequenter in his locis conſpicua.

ICON SECUNDA a facie quoque averſa, uti prior, ſpectata, Medullae Oblongatae partem, in infima baſi cranii poſitam, refert, omnemque ex ea productam Medullam Spinalem, in ſitu & connexione naturali intra thecam vertebrarum, quae tamen conſpici nequit, ſitam, & ab omni involucro, excepta pia matre, denudatam exhibet. Ubi notandum, quod oſſis occipitis pars poſtica, adusque arteriae vertebralis comitisque nervi tranſitum, uti & vertebrarum pars poſtica, ablata ſit; pars autem anterior oſſis occipitis & oſſis petroſi portio, paulum elevata & retrorſum inclinata, ſpectetur. Lobi Cerebelli vero cum verme antrorſum inclinati ſunt, quo commodius Ventriculus quartus, partesque ei vicinae, conſpici ac indicari poſſint.

A A Spacium, quod lobi Cerebelli reclinati, una cum proceſſu eorum vermiformi

B ruditer adumbrato, occupant

C C C C Portiones oſſis petroſi & oſſis occipitis, dura matre inveſtitae

D D

11) Et ſic inſequentes nervi omnes trunco ſuo antrorſum vergunt; exiliorem multo, & perpetuum ramulum ſpinam verſus dimittunt, ultimo tantum vel & penultimo Sacralium nervorum excepto.

12) Praeter haec quatuor, & alia plerumque exiliora filamenta ibi occurrunt; non tamen cum VIEUSSENIO *l.c. Tab. XX. fig. 1. B.B.* nervis annumeranda ſunt craſſiora iſta filamenta, gangliorum defectu, planitie ſua, brevitate, ac inſertionis modo facillime a nevis diſtinguenda.

D D Medullae oblongatae pars, ex qua dein Medulla ſpinalis continua ſerie deſcendit.

a a Striae albae medullares ex ipſo ventriculi quarti ſulco ſurgentes, & ad nervum ſeptimi paris mollem vtrimque abeuntes.

b b Ventriculus quartus.

c c Ejus ſulcus longitudinalis continuatus cum rima calami ſcriptorii. 13)

E E Medulla ſpinalis. 14)

d Ejus duae Eminentiae, fere orbiculares, in quas deſinit infimus medullae apex, quae totae laeves ſunt, nulla filamenta nervea demittentes 15)

e - e Ligamentum, ex infimo piae matris apice cum vaſis ſanguiferis, hic non expreſſis, productum, per mediam caudam equinam excurrens, & per infimum durae matris apicem elabens, ſicque nervum imparem mentiens, tandem vero in oſſe coccygis diſperſum deſinens; aciculis ſuſtentum, quo clarius conſpici poſſit.

f f Ganglion vigeſimi noni paris nervorum.

g g - - - - trigeſimi paris, ex quo in ſiniſtro latere praeter nervum ejusdem numeri alius inſuper nervulus, propriam intumeſcentiam gangliiformem efficiens, exit, h. inſignitus 16)

F F Medullae ſpinalis theca a dura matre producta hic per medium diſciſſa, utrimque reclinata, & acicularum ope expanſa.

G G

13) Huncce ſulcum ſemel tantum vidi, infra primum par nervorum Cervicalium (quod Xtum eſt WILLISII) usque deſcendere, integrum nempe & absque ulla vi factum. Tantam autem caveam, quantam MORGAGN. *Adu. Ann. VI. anim. 14.* deſcribit, nunquam, caute quanquam inquirens ſaepius detegere potui.

14) Ipſa Medullae ſpinalis ſubſtantia, ex cinericia atque corticali concreta, infimo ſuo apice, ex quo ligamentum exit, ordinario ad ſecundam usque vertebram Lumbalium deſcendere ſolet, rariſſime profundius, minus infrequenter tamen primam ſolummodo vertebram L. attingit.

15) Talem in modum ſemper fere Medullae apex terminari ſolet: rarius quoque unicam ſaltem Emmentiam talem ibi efficit: nunquam vero ſecundum mentem Anatomicorum in Conum convergit ſimpliciter. Infimus ille apex laevis, & omnibus filamentis carens in adultis ſemipollicem longitudine ſua aequat, totusque filamentis Caudae Equinae obtectus latet in ſ. n.

16) Tale ganglion cum nervo ſuo, ex praecedente nervo productum, hic exprimere volui, non quod huic nervorum pari proprium ſit, ſed ut naturam infimi nervi, utrimque e theca durae matri egreſſi, ſive ille ſit numero 28. ſive 29. ſive, quod rarius fit, 30. paris, aperirem; hunc interdum in modum aliud inſuper nervorum par producentem. Interea hoc tum demum fieri plerumque obſervavi; quando natura 29. tantum foraminum paria in theca, a dura matre producta, efformavit; quo nervorum vertebralium numerus ordinarius triginta parium tamen compleatur.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 16 sur 543

G G Nervus ſeptimi paris.

H H - - octavi paris, in dextro latere duplex foramen in dura matre habens, in ſiniſtro ſimplex. [17]

I - I Nervus Acceſſorius a prima ejus inter ſexti & ſeptimi nervi [18] poſtica filamenta origine, in ſiniſtro latere diſtinctius expreſſa quam in dextro, adusque exitum per duram matrem. In ſiniſtro latere peculiare durae matris foramen ſubit, in dextro communem cum inferioribus filamentis nervi octavi paris viam facit. Nervi hujus portiones, filamentis nerveis obtectae, punctis indigitatae ſunt. E regione

i - i Ejus radiculae, quarum quatuor ſunt filamentoſae, e medulla oblongata ortae, & ſex ſimplicis originis, e medulla ſpinali exeuntes, partim diſtincte conſpicuae, partim quoque, qua filamentis nerveis obtectae ſunt, punctis indicatae. [19]

k - k Filamenta nervea communicantia, ab unius nervi filamentorum infimo ad alterius ſupremum oblique transeuntia; ubi notandum non ſat bene expreſſa eſſe, cum ſingulorum altera portio cum ſuperiori nervo excurrens non conſpiciatur, ſed tantum ſurculus communicans.

K - K Nervus noni ſ. ultimi paris Cerebri, utrimque ex quatuor filamentis conſtans; quae in dextro latere concurrunt & commune durae matris foramen ſubeunt, in ſiniſtro autem per duo diſtincta, nec arcte ſibi appoſita, foramina elabuntur. [20]

L Origo Ligamenti denticulati ſ. prima ejus ad duram matrem

17) Non infrequens eſt, in uno vel altero latere, vel in utroque ſimul, ſuperiorum nervi 8. P. filamentorum duo vel tria ſuum ſibi facere in dura matre foramen, ſeptulo diſtinctum a foramine reliquorum filamentorum; non raro quoque ab eodem latere N. Acceſſorius proprium habet foramen; ut ſaepius ibi tria diſtincta foramina reperiamus, pro transmittendo per d. m. nervo 8. P. atque N. Acceſſorio, quam unicum tantum.

18) Quando profundiſſime oritur, ita ſe habet. Non raro quoque e ſupremo quaſi filamento 6. vel 5. P. rarius quoque ad 4. P. oritur inter filamenta ſemper poſtica nervorum atque ligamentum denticularum.

19) Harum radicularum modo plures modo pauciores reperiuntur, conſtantiſſime tamen quaedam, nervorum principis poſticis obtectae, ſimplicis originis e med. ſpin. proveniunt; & aliae, conſtantiſſimae ipſae quoque, filamentoſae plerumque originis, a medulla oblongata accedunt. Omnes ad augendum N. Acceſſorium factae.

20) Fere ab uno vel etiam ab utroque latere nervus 9. P. duo diſtincta in dura matre facit foramina; ita quoque apud VIEUSSENIUM *l. c. Tab. XVII. y. y. z. z.* in utroque latere duo foramina perfodiens exhibetur, male autem ibidem pro duobus diſtinctis Nervis 9. ſc. & 10. Paris W. traditus eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 17 sur 543

trem adhaesio [21], ex qua deinde dentes omnes ex ordine conspiciuntur l-l ad interstitia nervorum durae matri inserti [22], ab uno tantum latere repraesentata.

M M Corpora pyramidalia postica } utcunque expressa.
N N - - - - olivaria postica }

O O Arteriae Vertebrales e foraminibus suis cum nervo 1 P (1C) exeuntes.

m - m Filamenta nervea ab antica medullae facie accedentia & cum posticis foramina durae matris subeuntia, hinc inde conspicienda, ex parte tantum indicata. [23]

n Locus ubi filamenta nervea concurrere incipiunt, & caudae equinae basis constituitur. Ibi reliqua medullae portio in situ naturali conspici desinit.

o Locus, ubi desinunt filamenta nervea oriri.

p - p Filamentorum, caudam equinam constituentium, exortus [24] e medulla spinali. Haec filamenta utrimque paulum reclinata sunt, quo medullae in medio latentis natura & forma detegatur.

q q q Cauda equina.

1 Ad usque 30 triginta nervorum vertebralium origines posticae, earumque exitus e dura matre.

1C ad 8C Filamenta nervea octo nervorum Ceruicis. Observa, duo filamenta nervi primi paris in latere dextro nervo Accessorio immiscери, a quo demum, paulo superius tamen, guuntur; cum illud ad apicem usque Medullae Spin. excurrat.

21) Facta hac prima ad duram matrem insertione in medio spacio, nervo 9. P. Cer. atque 1. Cervic. intercepto, tenuis inter arteriam vertebralem atque originem posticam nervi 1. P. Cervicis oblique introrsum descendit, reliquosque dentes ex ordine dimittit.

22) Horum dentium, per triangularia nervorum interstitia exeuntium, non semper sunt viginti duo, sed interdum pauciores sunt, prout medulla altius descendit, vel citius desinit Inferiores dentes longissimi sunt, superiores brevissimi. Hujus ligamenti ope nervorum spinalium omnium in utroque latere, non solum eorum, qui insertos inter duorum e dura matre exitum habent illius dentes, principia antica & postica seiunguntur a se invicem ac distin-

23) Similem fere in modum, uti postica filamenta, se habent antica, per omnem Medullae decursum: numero saltem atque crassitie conveniunt; sunt tamen haec filamentosae originis, vid. Ic. III. C. C. cum posticae simplicissimi sint ortus.

24) Quanquam Caudae equinae chordulae s. filamenta nervea mire implicata sint, & absque ordine progredi videantur; eorum tamen exortus e Med. Spin. exactissime respondet egressui. Altiores enim nervi etiam altioris originis filamenta accipiunt, & insequentes nervi omnes eodem ex ordine generantur; ut ita infimum filamentum nerveum, ultimo e medulla exiens, infimum quoque nervum producat.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 18 sur 543

tamen, filamentum, loco originis poſticae primi paris, ad foramen arteriae vertebralis fertur. 25)

1D ad 12D & 1L ad 5L item 1S ad 5S uti in priori Icone.

ICON TERTIA Medullae ſpinalis portionem e ſupremo dorſo deſumptam, & ab antica facie, corporibus vertebrarum reſpondente, ſpectatam offert.

A Ligamentum a pia matre productum, & ad unam vel alteram lineam medullari ſubſtantiae inmiſſum.

B B Intumeſcentiae utcunque vermem ſericeum referentes. 26)

C C Nervorum filamenta ſ. origines anticae, filamentoſae; ubi plures ſurculi tenues bina filamenta nervea pro quovis nervo conſtituunt. 27)

D Medulla per medium horizontaliter diſciſſa, ubi portio medullaris ſ. alba E in ambitu poſita conſpicitur, & cinereae figura & magnitudo in centro F exhibetur. 28)

25) Multum varietatis hic loci occurrit, ſi caute & frequenter in diverſis Cadaveribus humanis inquiritur. Ad concurſum ſ. commiſſionem principiorum poſticorum Nervi 1. P. Cervicis cum Nervo Acceſſorio, non infrequenter ganglion interdum generatur, interdum non, ex qua demum commiſſione filamentum unum vel duo ſecedunt, cum principio antico N. 1. P. Cervicis, in foramine arteriae vertebralis concurrentia: truncus autem Nervi Acceſſorii nomine exinde ſurſum vergit, nec ſemper e regione commiſtionis exit origo poſtica, ſed interdum, rarius tamen, paullo ſuperius exit. vid. latus dextrum. Ordinario tamen origo poſtica N. 1. P. Cerv., duobus vel tribus filamentis conſtans, pone Nervum Acceſſorium absque ulla commiſtione incedit, uti in latere ſiniſtro expreſſum eſt. Interdum quoque leniſſime ibi, non turbata eorum natura, ſibi invicem adhaerent.

26) Ab hac ſaltem parte, nec niſi in ſummo ac medio dorſo frequentes ſunt.

27) Hunc in morem omnia principia antica e medulla prodeunt, cum e contra a poſtica facie unumquodque filamentum ſimplici principio gaudeat.

28) Ibi praeterea conſpici poteſt, nullum filum ſ. ligamentulum piae matris, a poſtica facie medullae immiſſum, vti Anatomici volunt, adeſſe.

D. IOH. IACOBI HUBER

Uteri muliebris partiumque ad eum facientium praecipuarum ITERATA EXPLANATIO.

Eadem ratio, quam *Medullae Spinalis* iteratae explanationi adjeci, me excitat, novam harum quoque partium, notulis illuſtratam explicationem hic ſiſtere. Partes equidem, hac tabula expreſſas, non pertractavi omnes in Commentatione mea *de Vaginae uteri ſtructura rugoſa nec non de hymene*, nupero vere typis mandata. Ut tamen feminarum partes praecipuae, generationi dicatae, uno intuitu Anatomicorum oculis hic exhiberentur, fideles maxime earum, & ad vivum curioſe delineatarum figurae, nec non rugarum cervicis uteri exactior, quae hactenus deſiderabatur ab Anatomicis, repraeſentatio, hac occaſione elaborata, me impulerunt. Prae reliquis partibus imprimis ſolicitus fui, veram vaginae rugoſae [1], Hymenis [2], Caruncularumque myrti-

1) Probe hic tenendum eſt, rugas vaginae non ita vage aa inordinate diſperſas eſſe, ac vulgo putatur, Iconibusque eae exprimuntur. Anteriores enim ſuis quatuor columnis conſtant, e quibus laterales rugae ſecedunt; praeterquam quod in interiori vagina rugae diſponantur, in orbem excurrentes, leves, ſegmentaque circuli efficientes, quas dein breves lamellae, transverſim interpoſitae, interſecant. Cum enim anteriores rugae ad quatuor diverſas regiones emineant ultra vicinas; ideoque partes eas eminentes non male vocari poſſe Columnas putavi. Quarum alias eminentiores, ſuperiorem ſcilicet atque inferiorem, *carneo-papillares* vocavi, quia hae papillis gaudent, iis, quae ſenſui dicatae ſunt haud diſſimilibus; laterales vero ob elegantem contextum *reticulares* dixi. Quantumvis plures exſtent rugarum vaginae icones, nullibi tamen archetypum vere expreſſum reperi; ne quidem exceptis *de* GRAAFII atque BIDLOI elegantiſſimis Imaginibus, MORGAGNIIve Icone.

2) Virginibus intactis rariſſime deficit hymen; qui pro diverſa aetate ratione figurae varius reperitur. In junioribus enim, infra pubertatis annos conſtitutis, plerumque rotundum obſervavi, contra quam RUYSCHIUS *Catalog. rarior* p. 20. & BASSIUS *Obſerv. 3. Decad. 2.* putant; Puberibus autem falcatus plerumque eſt, ſeu creſcentis lunae figuram referens. Hymenem quamvis aliquoties columnae ope ſuſtentum, aditum ad vaginam in duo ſegmenta dividentem, viderim, eam nihilominus conformationem, quae operationem chirurgicam plerumque requirit, ad vitiatam ac praeternaturalem conformationem referre malo. Omnes hae diverſae tres figurae hic ſiſtuntur.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 20 sur 543

myrtiformium [3] tradere ſtructuram, variantem valdopere, pro diverſaque aetate variam. Ad comparandam dein intactae Virginis vaginae cum adultioris Feminae, virum paſſae, ſtructuram, utraque hic ſiſtitur.

FIGURA I.

Uterum oſtendit muliebrem feminae LX. circiter annorum, nupera hyeme cultro anatomico ſubjectae. Mater fuerat filii unici ſpurii, ante triginta annos nati. Non tamen ab eo tempore caſtam, ſed vere diſſolutam vitam vixerat. Interim tamen elegantiſſime rugoſam inveni vaginam uteri, nec tantopere, ac vulgo putatur, differentem, quoad partes praecipuas, a ſtructura virginum; ut ex comparatione hujus figurae Primae cum Quinta magis elucet. Vagina atque uterus a parte poſtica, inteſtino Recto reſpondente, per longum reſecta ſunt. Caeterum partes ad uterum facientes, prout ſe habuerunt, exhibet curate expreſſas, ex parte morboſas, ex parte naturali modo conſtructas.

A A Labia pudendi.
B B Nymphae, in hoc cadavere praeter morem magnae a clytoride ad infimam usque rimae magnae partem deſcendentes.
C Clitoris.
D Ejus Praeputium.
E Orificium urethrae, quod ambit corpus glandoſum, paulum eminens.
F F Ventriculi duo in veſtibulo vaginae conſpicui. [4]
G G G Vagina a facie poſtica diſſecta, atque explanata, in ante-

3) Aut hymen adeſt in oſtio vaginae, aut adſunt carunculae; Sunt vero carunculae dilacerati hymenis reliquiae. Reperiuntur tamen non raro Carunculae quaedam piſiformes, integro adhuc hymene, ad columnarum vaginae rugoſae radices pone hymenem locatae; quae cum dilacerato hymeni ſuam originem non debeant, non confundendae ſunt cum carunculis myrtiformibus, proprie ſic dictis. Caeterum caruncularum myrtiformium quatuor ordinario reperiuntur in mulieribus, virum paſſis, vaginae os, cum hymenis locum occupant, occludentes quaſi. Modo vero una vel & altera earum deficit; modo fiſſa eſt ſuperior vel lateralium alterutra, & duplex apparet, unde numerus quaternalis auctus videtur. Rarius earum loco rugae tantum adſunt. Non nocebit, hic ſemel adhuc diſtinguere tubercula haecce atque inaequalitates, in diverſis Cadaveribus diverſe occurrentes; & quidem 1mo in Carunculas carneopapillares piſiformes, quae una cum hymene ſubſiſtunt; 2do in corpuſcula myrtiformia, proprie ſic dicta, 3tio in ſimplices oſtii vaginae rugas. Qui vero plura quam hic tradi poſſunt, de his atque aliis in hac Tabula expreſſis, ſcire cupit, adeat ipſam Commentationem.

4) Cum perpetuo adſint hae leves depreſſiones, plica circumdatae, & lacunas comprehendant, iis ad comparationem cum MORGAGNII ventriculis laryngis proprium quoque nomen dedi.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 21 sur 543

anteriori parte tota rugoſa, in profundiori penitus laevi. 5)

H Rugarum craſſa Columna, carneo papilloſa ſuperior valde eminens; cujus rugae anteriores crenulatae magis ſunt 6), atque eminentes; interiores papilloſae ac exiliores.

I I Columna carneo papilloſa poſterior per medium reſciſſa, brevior ſuperiore minusque eminens.

K K Rugae exiliores binis columnis H & I interceptae, crenulatae quoque; non tamen ut in virginibus reticulatae.

L L Uteri ſectio longitudinalis.

M Uteri cavitas. Cervix ejus tota laevis erat, neque rugis ullis neque hydatidibus praedita.

N Leve molae ſeu ſarcomatis rudimentum, in media fere uteri cavitate lateris ſiniſtri locatum, rubentem carnem referens.

O Similis fere caro, os uteri, cum adhuc integrum eſſet penitus occludens. 7)

P P Sectio oris uteri, utrimque paulum reclinati.

Q Oris uteri pars ſuprema, integra adhuc.

R Hydatides magnae, aliae in unum corpus conglomeratae, circa os uteri diſpoſitae; alia hydatis magna, in ipſo oris foramine carni O adjacens.

S S Ligamenti uteri lata.

T T Ureteres ante ligamenta (in ſitu naturali) ad veſicam incedentes. 8)

V V Ligamenta uteri teretia.

W W Ovaria duo; quorum dextrum hydropicum erat, ſiniſtrum maxime naturali modo ſe habebat; bina in ſitu ſuo

5) Rugae in orbem excurrentes, leviores reliquis, hic penitus jam obliteratae ſunt coitu frequenti. Hae primae deſtruuntur, dein columnae reticulatae, tandemque, vix tamen penitus, craſſae illae columnae carneopapilloſae.

6) In univerſum ita crenulatae fiunt per aetatem rugae omnes anteriores, uti exhibentur hac figura; In junioribus non ita ſe habent.

7) Simile fere ſarcomatis rudimentum vidit KERKRINGIUS *obſerv. anat. LIII.* inſtar dactyli orificio uteri adhaerens.

8) Sunt hic aequalis diametri depicti, cum ſint inanes; quando autem flatu diſtenduntur, diverſae, & pluries in decurſu variantis diametri ordinario reperiuntur.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 22 sur 543

ſuo naturali, ſcilicet ante tubas locata. Dextrum reſecuti, partemque reſectam w reclinavi, ut corpuſcula, interiori ovarii faciei adhaerentia conſpicerentur, prout ſe exhibebant, exilia, plurima, potius hydatides exiles, quam ovula referentia.

X X Ligamentorum latorum portiones craſſiores, quam reliquum ligamentum, ovaria ſulcientes, a Veteribus oviductus falſo appellatae.

Y Y Tubae Fallopianae; 9) aere, per amplam ſatis aperturam z. z. immiſſo, perque orificia in cavum uteri facile rurſum exeunte; diſtentae.

Z Z Tubarum fimbriae, amplae ſatis ac multiplices, quae in medio orificium habent z. z. mediocrem tubulum admittens. 10)

a a Lacunae in ventriculis veſtibuli. 11)

b b Lacunae in utroque latere duae, ad Proſtatas BARTHOLINI ducentes.

c c Carunculae myrtiformes laterales, in latere ſiniſtro duplices in dextro crenulatae.

d d Caruncula myrtiformis ſuprema, in duas quoque fiſſa.

e e Caruncula myrtif. infima per medium diſciſſa.

f f Sectio vaginae & labiorum.

g Lacuna ampla valde, in ipſo corpore urethrae glandoſo.

h h Lacunae aliae plures in ipſa vaginae cavitate.

i Striae carneae, prout in hoc cadavere ſe exhibebant in veſtibulo 12) vaginae.

k k Baſis corporis glandoſi, urethrae orificium ambientis, ſulcata, in duas portiones inaequales deſinens. 13)

FIGU-

9) Eas in ſitu naturali reliquimus, niſi quod ſiniſtra paulum elevata ſit, quo melius conſpiciatur. Nunquam equidem Tubas haſce contortas circa ovaria vidi in ſtatu naturali; prout innuit MORGAGNIUS *Adv. Anat. I. Tab. III. p. 65 Q. in explicatione.* Potius enim ante ovaria incedunt extrorſum, fimbriis exteriori ovarii parti applicatis. Caeterum quoad figuram ſemper ita tortuoſae, decreſcendo ſenſim verſus uterum, modo conſtrictae paulum, modo rurſus ampliatae obſervantur.

10) Nulla aetate, omnibus ſc. bene ſe habentibus, tubuli ope aer hic immiſſus, non penetrat in uteri cavum usque.

11) Ex hiſce Lacunis, uti ex iis quoque quae litt. b. & g. indicatae ſunt, humor inungens, fuſcus exprimi poteſt, qui ad defendendas partes vicinas excernitur.

12) Quid veſtibulum ſit dicetur in explicatione fig. IV. litt. H.

13) Haecce corporis glandoſi pars non ſemper bifurcata reperitur, pluries quoque ſimplicem obſervavi; ſemper tamen, uti integrum corpus glandoſum, eminet extra orificium urethrae. EUSTACHIUS ſimplex expreſſit Tab. XIV. fig. 3. Ne confundatur cum carunculis myrtiformibus, prout haud pauci Scriptores fecerunt, attendendum eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 23 sur 543

FIGURA II.

Oſtendit iterum corpuſcula ea ovarii dextri Fig. Iae, per lentem conſiderata, acinos referentia. Non ovula ſed potius hydatides eſſe videntur.

FIGURA III.

Hymenem refert rotundum puellae aliquot hebdomadum natae.

A A Labia pudendi, diſtenta acicularum ope.
B Clitoris.
a Orificium urethrae.
b b Duo ventriculi veſtibuli.
c Hymen rotundus, os vaginae circum circa ambiens.
d d Sinuli hymenis, ad concurſum laminae hymenis ſuperioris cum inferiori producti. 14)
e Cavitas vaginae, tota rugoſa.

FIGURA IV.

Externas quoque pudendi partes puellae XIV. annorum repraeſentat.

A A Labia pudendi.
B B Nymphae, ordinario modo conſtitutae. 15)
C Clitoris.
D Ejus praeputium.
E Hymen elegans, falcatus.
F Concurſus marginis eminentis carnei d d.
G Foſſa navicularis.
H Aditus ad vaginam, hymenis limbo atque urethrae orificio interceptus. Reliquum ſpatium, clytoride, nymphis, ipſoque hoc aditu interceptum, eſt Veſtibulum vaginae. 16)

I Pe-

14) Ex hac forte conſideratione quidam Veterum hymenem reticulatum vocarunt.

15) Hic optime patet, id quod perpetuum eſt, quo modo nymphae vel exeant ex clitoride vel ſaltem cum ea continuae ſint. Unde haud male crura clitoridis vocari poſſunt.

16) Semper enim ibi tale interſtitium relinquitur ante vaginae aditum, quod in Virginibus diſtinctum ac limitatum magis quam in adultis, quibus haec omnia in unum os amplum degenerant, obſervatur. In veſtibulo illo ſiti ſunt duo ventriculi, urethrae exitus, ipſaeque lacunae.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 24 sur 543

I Perinaeum.
K Anus.
a b c Sunt partes in veſtibulo locatae.
a Orificium urethrae.
b b Duo Ventriculi.
c Duo orificia ſ. Lacunae, in ſummo veſtibulo ſitae.
d d Margines eminentes carnei arctioris rimae.

TABULA V.

Exhibet Vaginam uteri cum partibus externis ejusdem puellae Tab. IV. Vagina atque hymen a latere ſiniſtro per longum ad os uteri usque diſſecta ſunt.

A B C D Uti prius.
E Columna carneopapilloſa ſuperior, quo modo in media fere vagina e duobus cornubus producitur, & ante hymenem rurſus in duo cornua deſinit divergentia.
F Columna carneopapilloſa inferior, ſimplicior longe atque brevior.
G G Columnae laterales ſeu reticulatae [17]; quarum dextra integra eſt, ſiniſtra autem diſciſſa. His quatuor columnis aliae plures rugae intercipiuntur, nullis litteris indicatae.
H H Rugae ſimpliciores, in orbem quidem excurrentes, ſed nonniſi ſegmenta circuli facientes [18]
I I Exilis pars vaginae laevis, omnibus rugis carens.
K Os uteri. [19]
L Rima ejus transverſa, quae crenulata magis erat ſua natura, quam hic cernitur.
M Planum oris uteri inferius.
N - - - Superius. NB. Haec figura non bene exprimit planum

17) Has reticulatas columnas raphas ſeu ſuturas appellat WINSLOW *Expoſ. Anat. du Bas ventre N.* 650. Cur autem GARENGEOTUS *Splanch. p.* 318. eas ligamentoſum interſtitium dicat non video; cum hae ipſae rugae reliquarum in morem crenulatae reddantur per aetatem, uti patet conſideranti fig. Ia. K. K.

18) Hae alias exiliores, expreſſas quoque, in interſtitiis habent, quarum nexu coniunguntur oblique inter ſe.

19) De hoc notandum, non rotundum eſſe, ſed duplici plano conſtare; quae duo plana in continuam, eminentem tamen, carnem ovalem deſinunt, & applanantur anterius ea parte, qua rimam relinquunt transverſam, ampliorem longe, quam ipſe ſit ad uteri cavum aditus; planum ſuperius eminet paulum extra inferius, utraque autem crenulatos margines habent. Conſtanter ita crenulatos obſervavi margines illos in virginibus, & quidem in junioribus elegantem in modum, & attenuatos quoque.

planum ſuperius, ultra inferius eminens, quod tamen eſſe deberet.

a Orificium urethrae.

b b Ventriculi duo Veſtibuli.

d Lacunae duae ad Proſtatas Bartholini ducentes.

e Plicae ſ. Lamellae tenues. 20)

f Caruncula carneopapilloſa, piſiformis. 21)

g g Hymen, in duas partes diſſectus.

h Lamina ſ. plica magna pone urethrae orificium. 22)

i Exilis caruncula carneopapilloſa in quam abiit in hoc corpore columna reticulata.

k Acicula, qua vaginae os ita diſtentum ſervabatur.

FIGURA VI.

Hymenem monſtrat praeternaturalem, 23) columna carnea praeditum, aditum ad vaginam in duo ſegmenta inaequalia dividente. E puella VII. annorum.

E Hymen.

c Hymenis columna.

Reliqua ſunt eadem cum fig. V.

FIGURA VII.

Uterum oſtendit ab omnibus partibus liberum atque reſectum, & facta ſectione in latere ſiniſtro apertum, atque diſtentum in gratiam rugarum Cervicis. Deſumtus eſt e muliere XL. annorum. 24)

A A

20) Hae ipſe quoque lamellae per uſum harum partium ampliores fiunt, tandemque crenulatae.

21) Haec atque altera, litt. i. deſignata caruncula non conſtanter adſunt; & tum quidem in diverſis cadaveribus diverſo modo ſe habent; interdum enim infima hymenem ſuffulcit, fereque triangularem reddit; interdum quoque ſuprema longius ſe porrigit, quam ordinario fieri ſolet, & cum infima penitus in unam concreſcit columnulam; uti obſervare licet in fig. VI. litt. c. plerumque tamen liberae manent dictae carunculae, nec quid cum hymene habent commune.

22) Interdum ſingularis plica eſt, interdum in unam membranam concreſcit cum hymene, proprie ſic dicto, eumque rotundum efficit, prout figura III. exhibetur: interdum penitus deficit haecce lamina.

23) Exempla ſat multorum Obſervatorum docent, tali in caſu operationem chirurgicam praecedere debere coitum, debite celebrandum: Quapropter etiam talem conformationem ad praeternaturalem ablegare malui, quam cum MORGAGNIO *Advers. An. I.* §. 29. atque BASSIO *Obſ. III. Dec. II.* §. 10. qui poſterior ita conſtitutos hymenes recens natis ſemper tribuit, eam ſtructuram naturalem agnoſcere.

24) Ut tamen verum fatear, minus ex voto ſucceſſit aeris inciſio, quam quidem ex eleganti delineatione ROLLINI noſtri ſperare licebat. Hic enim non ſatis expreſſae, atque diſtinctae ſunt rugarum columnae b. & c. nec ſatis conſpicitur, quo modo laterales rugae, pennatim diſpoſitae, exeant e columnis.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 26 sur 543

A A Cavitas triangularis uteri.

B Oris ejus planum ſuperius, craſſum valde, ac longe ultra inferius eminens, plurimis lacunis, glutinoſum humorem excernentibus, praeditum.

C Oris uteri planum inferius.

D Rimae oris uteri, ad cavitatem uteri ducentis, latus dextrum.

E E Cervix totus rugoſus, rugis variis conſtans, quae omnes pennatae quaſi, e duabus columnis eminentibus ac craſſis, rugoſis quoque, ſecedunt oblique.

F Setae duae, foraminibus Tubarum Fallopii inmiſſae.

a a a Hydatides aliquot, a NABOTHIO ovula dictae.

b Rugarum Columna ſuperior.

c - - - - - inferior.

d Lacunae aliquot in cavitate uteri.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 27 sur 543

D. ALBERTUS HALLER

ANAT. P. P. O.

ANATOMEN PUBLICAM

FEMINAE

SUSPENSAE INDICIT

OMNESQUE CURIOSOS AD VISCERUM DEMONSTRATIONEM

INVITAT

ET

OMENTI

NOVAM ICONEM TRADIT.

AD DIEM X. MART. MDCCXXXXII.

OMENTI NOVA FIGURA.

Cum Veterum figurae ſolum Omentum majus, ejusque partem Gaſtrocolicam repraeſentent, GARENGEOTIANA vero *Splanchnol.* T. VI. quae Omentum minus, poſt WINSLOWUM, exhibet, nullos limites habeat, & nullam naturae ſpeciem, non inutile fore putavi, ſi aliam figuram darem, atque deſcriptionem, ex triginta, ad minimum, cadaveribus collatam.

A A Hepatis pars cava, reclinata, ut anterior ſit, quae erat inferior, margo vero anterior nunc ſuperior ſit.

B B Veſicula fellea, uti ſolet in pueris *a*), hepate brevior.

C Vena & foſſa umbilicalis. *b*)

D Lobulus, quem non bene a SPIGELIO *c*) vocant, cujus eminentia per omentum minus pellucet.

E Ventriculus, cujus inprimis curvatura anterior apparet, ſed tecta bullis inflati omenti.

F Arteria & vena *Gaſtro-Epiploica dextra.*

G Sedes anuli Pylori.

H Lienis apex, in cavitatem Omenti antrorſum eminens, Ventriculo interpoſitus & Colo inteſtino.

I Ligamentum, quod Lienem ſuſtinet, ab altero, vulgo noto *d*), diverſum, Lieni non adnatum, ſed libere mobile, quod plerumque ſuprema ſedes eſt Meſocoli ſiniſtri, non raro tamen transverſi potius, adnexum Peritonaeo, ad decimae & undecimae aut duodecimae coſtae ſedem: Huic ligamento Omentum ſe inmittit: vidi etiam omnino ipſum Omentum, praetervectum Lienem, ad Peritonaeum

a) *Stren. Anatom.* §. 6.

b) Hanc venam, fere dimidiam, nuperrime in puella tres ſeptimanas nata, apertam vidi, vaſaque edentem ad hepatis utrumque magnum lobum: Hac obſervatione confirmatur, quod olim propoſui, *Hiſt. foet. bicip.* V. not. *b.*

c) SPIGELIUS quando aquam hydropicam in Omenti cavitatem depluere poſſe ait (p. 223.) per lobulum nudum, Omento cavo conprehenſum, omnino repetit fere eadem verba HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE *de Oment.* p. 101. *edit. Batav.* ut parum ſit, quodcunque ad hiſtoriam hujus eminentiae addidit, cum olim etiam SYLVIUS ejusdem Lobuli non obſcure meminerit *Iſagog.* p. 71.

d) Quod a Peritonaeo ortum toti cavae longitudini transverſali Lienis longe ſe inſerit, & ultimo cum diaphragmate & Oeſophago cohaeret, atque plerumque potius adhaeſio eſt, quam ligamentum. Hoc WINSLOWUS deſcribit §. 333. Ima vero ejus pars in hoc noſtrum ſuſtentatorium inferitur.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 29 sur 543

tonaeum conſervata natura pingui perveniſſe. *e*) Plerumque tamen album eſt, firmumque, & ab eo inprimis vinculo ſitus transverſus Lienis *f*) oritur. Non videtur ab aliquo Anatomico dictum fuiſſe.

K Omentum majus, *f**) vulgare, *Gaſtrocolicum.* Hujus termini ſunt; ſuperior, & anterior ex curvatura ventriculi tota: Inferior & poſterior ex majori parte Coli transverſi: *g*) Limes inferior eſt, ubi anterior Gaſtrica lamina cum poſteriori ſ. Colica convenit; hic in pueris fere ad Umbilicum eſt, in adultis longius deſcendit, quo quisque obeſior eſt, trahente pondere, ad pubem usque. *h*) Sinisterior finis, tum lienis pars media, quae vaſa recipit, tum ligamentum I, in quod degenerat Omentum, tum colon. Dexter finis, difficilior, exprimitur linea L. Nempe vel trans medium ventriculum, propius Pylorum, vel propius eumdem, vel a pyloro, nunquam magis ad dextrum *i*) latus, deſinit Omentum, & ab ipſo acceſſu *k*) vaſorum Gaſtroepiploicorum,

e) Adnaſci aliquando coſtae ſpuriae omentum GALENUS reliquit *adminiſtr. anat.* VI. c. 5. & ex eo VALVERDUS p. 184.

f) Eum ſitum WINSLOWUS primus deſcripſit l. c. n. 330. deinde ex eo GARENGEOTUS *Splanchnol.* c. XI.

*f**) Minus hic pingitur, quod notius ſit, & praetulerim partem omenti Colicam incognitam. Hanc ſolam partem fere deſcripſerunt Anatomici ante WINSLOWUM.

g) CASSER L. VIII. T. IV. f. 2.

h) CASSER l. c. f. 1. l. l. l.

i) CASSER l. c. f. 2.

k) Omnino adeo diſſentio fere ab omnibus Anatomicis: & ab omento removeo 1. Meſocolon transverſum, quod, ſatis certe craſſo errore, pene omnes pro Omenti lamina poſteriori habuerunt. GALENUS enim *de uſ. part.* L. IV. c. XI. a ſpina ait oriri. VESALIUS poſteriorem laminam omenti fuſe deſcribit, Meſocolon nempe transverſum p. 496. ſeqq. ed. 1543. FERNELIUS a ſpina deducit *part. deſcr.* c. 7. VALVERDUS eadem habet p. 184. & VIDUS VIDIUS p. 250. & HIERONYMUS AB AQUAPENDENTE *de oment.* p. 91. & LAURENTIUS, qui colo ait pro Meſenterio eſſe, L. VI. c. XI. & SPIGELIUS p. 220. & RIOLANUS, cui Meſocolon *tertia* pars eſt Omenti *Anthropogr.* p. 97. *Enchirid.* p. 100. & C. BAUHINUS *Theatr. Anat.* p. 44. & T. BARTHOLINUS *Anat. renov.* p. 61. & GLISSONIUS *de ventr. & inteſt.* p. 112. 113. & I. VAN HORNE, p. 55. ed. PAUL. & N. HIGHMORUS *diſquiſ.* p. 16. Inter nuperiores vero DRAKE L. I. p. 32. DIONIS p. 178. RIVINUS *de Oment.* p. 9. PALFYN, cujus monſtroſa eſt deſcriptio *Anat. Chirurg.* p. 73. SENNAC (auctor comment. in HEIST. p. 104.) cum Pancreas in duplicatura ajat Omenti eſſe p. 104. BOERHAAVIUS eodem argumento §. 100. KAAUWIUS *de perſpir.* §. 383. PATYN diſſ. *de inflam. Oment.* p. 13. Uno verbo omnes fere omnino. ARCHANGELUS tamen PICOLHOMINEUS a ſpina oriri negavit contra FERNELIUM *Praelect.* p. 81. Deinde P. a MARCHETTIS diſertis verbis Meſocolon ab Omento diſtinguit. *Compend. anat.* p. 23. Tantum tamen conſenſum auctorum mireris, ſi Omentum tenuiſſimum, vaſis praeditum exiguis, adipe tantum vaſa ſequente, glandulis inter areas deſtitutum, contuleris cum Meſocolo, cui omnia contraria ſunt: deinde, ſi cogitaveris hac auctorum ratione interrumpi continuitatem Meſocoli, adeo evidentem, & ſiniſtrum Meſocolon, a dextro, interpoſito ſeparari Omento.

Verum 2. neque hanc ſcriptorum ſententiam meae obſervationes admittunt, oriri nempe a Duodeno, aut a Pancreate Omentum, quorum neutrum contingit. Diſſentio adeo a GALENO (*de uſ. part.* l. c.) & omnibus fere anatomicis, qui longo ordine eum virum exſcripſerunt, GLISSONIO etiam, p. 123. & nuperrimo, caeterum accuratiſſimo, MONROO, quando aliquam partem duodeni ait *in Omento contineri. Edimb. eſſays.* IV. p. 66. 68. ic. 1. T. I. *g. b.* Membranam enim duodeni externam non Omentum dat, ſed Meſocolon, ex eo angulo, inter duodenum & Colon comprehenſo, ad quem Omentum nunquam pervenit.

rum, ante Meſocolon, cui innatat continuatum, incedit ad colon, linea vel recta deſcendente, vel oblique ſiniſtrorſum inclinata, ibique ſaccus Omenti finitur. *l*)

L Linea ſeparationis Omenti a Meſocolo. *m*)

M Origo Omenti Gaſtrocolici a Ventriculi curvatura anteriore, ex qua *lamina* prodit *anterior*. *n*)

N Glandulae conglobatae in hac linea, adjacentes origini Omenti. *o*)

O Linea originis Omenti magni ab inteſtino Colo: ſ. *lamina poſterior*. *p*)

P Finis coecus Omenti ſiniſter. *q*)

Q *Omen-*

l) Conputatis experimentis, frequentius ſiniſterius, quam in pyloro, deſiiſſe viſum eſt Omentum, conf. RUYSCH. *Theſ.* II. T. V. Quod autem lubricum, ſaepe flavum, hepatis vaſa ſuſtinet, deinde in fiſſuram transverſam hepatis continuatur, tranſit autem ad Duodenum, ante portam Omenti, id omne Meſocolo eſt adnumerandum, & continuitas facile demonſtratur.

m) Aliquando coeco ſacco ſimilis appendix, ab hac linea, quando a pyloro diſtat, ad pylorum viſa eſt deſcendiſſe.

n) Quod Cl. WINSLOWUS IV. §. 335. & Cl. KAAUWIUS n. 586. duas utriusque laminae eſſe lamellas faciunt, id veriſſimum eſt, & facile demonſtratur. Vaſa nempe Gaſtrica inter muſcularem & externam dividuntur, truncosque habent interpoſitos membranae extimae quaſi hiatui, unde non una, ſed duplex, lamina hinc & inde exeuns, Omentum facit, eadem ratione, qua ab inteſtinis duplex prodit Meſenterium. Alia, ſed erronea ratione, duas principes SENNACUS laminas ait celluloſa tela conjungi, quod eſt contra omnia experimenta, in *comm.* ad HEISTERUM p. 104. neque enim quidquam de ſubtili illa duarum lamellarum diſtinctione praefatur.

o) Olim C. BAUHINUS multas eſſe dixerat glandulas, ſuperioris folii Omenti, etiam plures, quam inferioris p. 45. contra certe fidem oculorum. Multas etiam glandulas tribuerat Omento VESLINGIUS *Syntagm.* p. 23. 24. Hunc refutat RIOLANUS p. 809. & recte negat glandulas diviſioni vaſorum adjici. T. WHARTONUS duas aut tres, p. 64. & paucas DIEMERBROECKIUS verius adfirmant; certum enim eſt, dari aliquas, ex lymphatico genere, in utraque curvatura Ventriculi. Perinde vero certum eſt, nullas dari in reliquo pendulo Omento. Quas enim ex HILDANO *Centur.* III. *obſerv.* 63. & E. N. C. plurimas excitat RIVINUS l. c. p. 11. eae omnino morboſae ſunt, & praeter Naturae conſilium. Repugnat certe experimentum, neque ferendis eſt glandulis teneritas Omenti. Meſocolo toti plurimae ſunt EUSTACH. T. X. f. 2. & ex Meſocolo videntur C. BAUHINI glandulae ſumtae eſſe: eo enim tempore Meſocolon Omento accenſebant omnes.

p) Mireris potuiſſe GALENUM *Adm. Anat.* VI. c. 5. & SPIGELIUM p. 220. & alios dixiſſe, paucis fibris Omentum cum Colo cohaerere, cum & vere toti transverſo Colo inſeratur, & praeterea Meſocolon, quod pro Omento ab his viris eſt habitum, adeo manifeſto pro Colo ſuſtinendo factum ſit.

q) Conf. not. *d*. Inter Lienem ergo, & lineam *L* ſub ventriculo, ſupra Meſocolon, retro omenti laminam anteriorem, ante ſpacia ſpinae dorſi proxima origini arteriae Meſentericae, & Coeliacae, cavitas eſt, quae in ſaccum ab Omento ſolo factum late patet, & praeterea retro ventriculum cum cavitate Omenti minoris, ex fine vero Colico lineae L. cum cavitate appendicis colicae continuatur. Facile demonſtrat in pueris flatus; aquam vero, quam GALENUS proponit de *Admin. anat.* VI. c. 5. & SPIGELIUS p. 219. difficulter fert, neque aerem in adulto, quia ſpacia pinguedine libera crepant. Hic ponebant hydropis ſedem VETERES, utramque bilem congeri vidiſſe voluit H. F. ab AQUAPENDENTE, pus autem RIOLANUS p. 98. 99. & aquam hydropicam ID. p. 97. ut non aliam ſedem faceret ſoni, quem Engaſtromythi edunt. Sed recte GLISSONIUS p. 124. cavitatem neceſſitate mechanica factam eſſe, non ut aliquid reciperet. Et hydrops ita non replet Omentum, ut certo conſumat.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 31 sur 543

Q *Omentum minus* WINSLOWI *r*), ſive membrana macilentior, quae ex foſſa ductus venoſi, initio facto ad tranſitum arteriae hepaticae, continua ibi membranis funiculi vaſorum hepaticorum, quas dixi trans duodenum continuari Meſocolo, fine paulatim in ligamentum Hepatico-Oeſophagaeum degenerante, trans lobum hepatis, ſe in curvaturam minorem Ventriculi inmittit. In cavitate lobulum habet, & nudas lumbales glandulas.

R *Omentum Colicum*, perpetua, quantum video, appendix Omenti magni, quae a fine colico lineae L ad finem uſque transverſi Meſocoli, & aliquando paulum ultra, ex Colo Inteſtino ſolo, intacto Ventriculo, duplici ex linea provenit, ſimilis magno, pariter innatans inteſtinis, & lobulo exiguo elegante finita. Non videtur haec portio Omenti dicta eſſe, quae uti magno cedit, ita minori major eſt.

In porta Omenti *s*), quam icon noſtra non admiſit, aliqua etiam ſunt addenda deſcriptioni WINSLOWIANAE.

Hiatus eſt, ſive intercapedo, quae anguſto primum & longiusculo tractu, inter vaſa bilaria, continuamque portarum venam, anterius poſitam, & inter poſteriorem hepatis depreſſum lobulum *t*) recipitur, quem vaſa hepatica ſibi excavant, & pro portarum dextra habuerunt Veteres.

Porro continuus huic viae eſt lunatus hiatus, a WINSLOWO inventus, per quem aer pariter poteſt inmitti cavitati minoris Omenti; Hunc finiunt hinc hepatis extrema, quam dixi, porta, ab oppoſita, inferiori parte proxima, ſed diſtincta, ultima radix Meſocoli, quae trans Pancreas ad deſcendens Duodenum properat; anterius vaſorum hepaticorum faſciculus eſt, retro nudum peritonaeum, leve, & aequale. Vena Cava paulo dexterior adjacet.

S Pars Meſocoli *u*) inter limitem dextrum Omenti magni, & conjunctionem Coli cum Duodeno.

r) Neque tamen diffitendum eſt, eos omnes Auctores vidiſſe hanc membranam, qui lobulum in cavitatem Omenti dixerunt ſe immittere, FABRICIUM nempe, SPIGELIUM, RIOLANUM, cui *tertia* eſt Omenti portio *Anthrop.* p. 97. & *Enchir.* p. 100. VESLINGIUM p. 23. P. de MARCHETTIS p. 14. GLISSON l. c. XV. PALFYN p. 73. & alios, ut de iis non dicam, forte non autoptis, qui magno numero cavo hepati dixerunt adhaerere Omentum.

s) Nunquam vidi defuiſſe, quod HEISTERUS (comp. anat. not. 7. ed. ult.) ſibi accidiſſe ait, & KULMUS in adultis frequens eſſe. *Tab. ed. ult.* p. 94. Sed occultata aliquando a ligamento non perpetuo, hepatico renali anteriori, hoc demum diſſecto adparuit.

t) Comm. in BOERHAAV. III. p. 121.

u) De Meſocolo alias dicendi locus erit. Sufficit hic monuiſſe; Meſocolon dextrum a ſummo rene oblique paulum introrſum adſcendere, ſuperare venae Cavae ſedem, & duodeno primo, deinde Pancreati ſe admovere, & antrorſum adſurgere, a Pancreate ad idem iturum Duodenum, ſicque pervenire ad portam Omenti, ubi ab Hepatis, quam dixi, fiſſura, cum vaſis alia ſocia radix Meſocoli advenit, pariterque trans Duodenum adit Colon, & porro a pyloro, ſub ventriculo, transverſim, per totam latitudinem abdominis, ad lienem usque continua, manifeſtior, antrorſum emergens lamina ſequitur: Huic inferior ſe adponit & ſimilis transverſa, libera ad emergens usque duodenum, tum continua orientis jejuni membranae externae, porro Meſenterio conjuncta. Inter has duas laminas Pancreas totum eſt, & Duodenum totum, evidentius vero pars inferior arteria porro Meſenterica, venaeque ſociae & ductus bilarii. Inflata intercapedo aerem recipit, & in bullas turget, non diſſimilis Omento. Vide interim WINSLOWUM.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 32 sur 543

D. ALBERTVS HALLER

ANAT. P. P. O.

ANATOMEN FEMINAE

INDICIT

ET STVDIOSOS AD VISCERVM DISSECTIONEM

INVITAT

ET

OMENTI

SECUNDAM ICONEM ADJICIT

AD DIEM VI. NOVEMBRIS MDCCXXXXII.

I

FIGURA II.

Priora omnia, ſed omento majori utroque collapſo, & colo inteſtino paulum deorſum tracto, aditus ille celebris omenti adparet.

A A Hepatis pars cava, reclinata, ut ea, quae anteriora ſunt, facta ſint ſuperiora. *a)*

B B Veſicula fellis.

C Vena Umbilicalis. *b)*

D Lobulus Spigelii per omentum minus perinde pellucens, ut in priori icone.

E E Ventriculus pene vacuus, cujus minorem curvaturam lobulus Spigelii ingreditur, planum vero anterius hepar ſiniſtrum protegit.

G Pylorus, ex quo prima flexio Duodeni retrorſum adſcendit.

K K Omentum Gaſtrocolicum collapſum. *c)*

O O Limes in colo, ex quo omentum Gaſtrocolicum, & Colicum, provenerunt.

Q Q Omentum minus.

S S Meſocoli partes. Ad ſiniſterius s. pellucet pars Duodeni transverſi ſecundi.

T T T Variae partes Coli.

V Duodeni flexus ſecundus pene transverſus, *d)* cui veſicula fellis inſidet.

X Duodeni flexus tertius, ſive pars deſcendens, in quam ductus choledochus ſe inmitti.

a) Inde ſequitur, ut veſicula fellis naturaliter transverſim ponatur, & fundo ſuo anterior, cervice ſit poſterior, contrario modo, quam fere vulgo deſcribitur. Conf. not. *a.* ad CCCXLVI. INSTITUT. BOERHAAV.

b) Obiter hic addo, perpetuo in fetu multo majorem eſſe venam umbilicalem, quam ductus venoſus, ut nuper rationem luminum invenerim 629. ad 100. Adeoque cum vena umbilicalis ramos multos det ad hepar not. *k.* ad INST. BOERH. CCCXLI. magna pars ſanguinis Umbilicalis non per compendium ductus venoſi, ſed per ipſum hepar ad venam Cavam fertur, quod quidem non lego eſſe animadverſum.

c) In eo adparet, oriri unice a ventriculo, neque toto, non adeoque a Duodeno, ut plerique auctores habent Progr. I. not. *l.* quam obſervationem ex nuperis experimentis confirmavi. Cl. MONROUS a parte aliqua Duodeni Omenti laminam anteriorem oriri dixerat, ad alias a meis obſervationes EDIMB. ESSAYS IV. p. 66. T. I. G. E.

d) Flexiones has Duodeni deſcripſi not. 1. ad XCVI. INSTIT. BOERHAAV.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 34 sur 543

Y Ligamentum ſive Membranae *e)*, quae a veſicula & continuo ſulco transverſo ad colon eunt, trans Duodenum, cui ſunt pro externa membrana, & aliqua parte adhaerent.

Z a Ligamentum hepatico-renale, ſive Peritonaei a Rene ad hepar adſcendentis plica *f)* duplex.

Z Limes ſiniſter.

a Limes dexter hujus ligamenti.

b b Ren dexter peritonaeo tectus.

c Celebris ille WINSLOWI meatus, inter ligamentum hepatico-colicum, & hepatico-renale, tum inter hepatis lobum & duodenum proximumque pancreas interceptus, paulum diſtractus, ut lunatum *g)* eſſe adpareat, & circa hepar conflecti.

d d Colon cum appendicibus pinguibus.

e e e Inteſtina tenuja.

f f Pars pancreatis, quae inter flexuras Duodeni ſe inſinuat.

e) Has WINSLOWUS ab hepate & veſicula oriri, ſed in duodeno terminari ait. IV. *tr. du bas ventre* n. 359. *Mem. de l' Acad.* 1715. p. 317. MONROUS vocat duplicaturam omenti l.c. G.H. Verum ſimplex ibi eſt, & flava, & lubrica membrana, continua capſulae GLISSONII & omento minori.

f) In etiam WINSLOW l.c. in *actis* vero *Pariſinis* ligamentum Colico-Pancreaticum pro altero pariete foraminis ſui recenſet. Id autem eſt radix ultima Meſocoli, quae Duodenum continet *not.* R. *Progr.* I.

g) Recte WINSLOW IV. n. 359. Verum porro continuari hunc hiatum, & inter hepar & ductus bilarios pergere non obſervavit. Rudem autem iconem dedit GARENGEOT *Splanchnol.* T. VI. f. 2. quam cum his noſtris conparaſſe juvabit.

ALBERTVS HALLER D.

INDICIT

ANATOMEN FETVS

CRANII PARTE ET CEREBRO DESTITVTI

CENTESIMVM NEMPE CADAVER

QVOD IN HOC THEATRO SECVIT.

AD D. XXVI. MART. MDCCXLIII.

Operae pretium duxi hanc dissectionem solenniori invitatione ornare. Rara enim felicitate mihi contigit, intra sextum annum centum cadavera humana, Theatro nostro illata, mea manu secare, praeter paucissima, quae infirma valetudo, aut urgens aliqua necessitas alienae industriae committere coegit. Ita cautum est porro occasionibus, ut in his scholis non solum anatomen ex humanis corporibus discere possint Iuvenes, sed, quoties libuerit, propria manu secare. Thesaurum etiam praeparatarum partium orsus sum, qui cum quotidie crescat, brevi desinet parvus esse. Vt hanc ergo felicitatem meam, quae simul publica est, Programmate celebrarem, delegi perfectiorem inter meas icones, quam sculpendam darem. Nervorum & arteriarum oculi nullam videbatur iconem adhuc datam esse. Nam EUSTACHIANI & VIEUSSENIANI *nervi extra situm viciniasque picti sunt* CANTIANAE *vero icones in T. II.* impetuum *ita rudes, ut pro nullis haberi queant. Sinuum, etsi nondum absolutissimam iconem trado, novas quasdam tradidi partes, & fidem meam liberavi, quam dedi n.* 18. *dissertationis de nervi intercostalis origine.*

EX-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 37 sur 543

EXPLICATIO LITTERARVM.

A Tentorium Cerebelli. [1]

B Sinus *longitudinalis* [2] durae matris, finis posterior bifurcatus. [2*]

C Si-

1 Pars anterior, quae ad processus clinoideos anteriores usque venit, hic demolita est.

2 Veteres quatuor omnino sinus cognitos habuerunt, quintumque, uti notum est, VESALIVS adjecit, quod minus mirum est, ante inventam injectionem. Sed, post FALLOPII egregiam descriptionem, denuo ex hominum memoria deleta FALLOPII inventa, sinuumque numerum ad quatuor aut quinque reductum, exiguum certe argumentum est industriae posterioris aetatis. Causa vero negligentiae fuit maxima, quod FALLOPIVS figuras non habeat, & omnes fere certatim VESALIVM exscribere sint soliti. Ita VALVERDVS *anat. corp. hum.* L. V. c. 1. & ARCHANGELVS PICCOLHOMINEVS *Prael. anat.* p. 245. 246. & SALOMON ALBERTVS *hist. pler. part.* p. 6. 7. & PLATERVS L. X. c. 7. & SPIGELIVS *de corp. hum. fabr.* p. 289. & RIOLANVS *Anthropol.* p. 254. 255. & CASPAR BAVHINVS (qui meliora meritum FALLOPIVM etiam carpit ob inventa) *Theatr. anat.* p. 291. & VESLINGIVS *syntagm.* p. 171. 172. & HIGHMORVS T. XVIII. (cujus icon est fere clancularia imitatio VESALIANAE) & MARCHETTE *Comp. anat.* p. 216. 217. & MOLINETTVS *Diss. anat. Pathol.* p. 184. & WILLISIVS *Cerebr. anat.* p. 44. & DIEMERBROECK *Op. omn.* p. 338. & COLLINS *Theatr.* p. 983. & ipse VERHEYENIVS p. 214. ed. *Brussel.* Hi omnes partim quatuor, partim quinque sinus numerant, & nihil post VESALIVM addiderunt.

2* Varia fabrica est celebris hujus concursus quatuor sinuum, sive *Torcularis Herophili*, uti recentioribus dictum est, nam GALENVM intelligere non facile est. Vetustiores anatomici solebant ita depingere, ut quatuor sinus instar crucis convenirent, angulosque aequales interciperent concursu. Ita VESALIVS L. VII. f. 7. Talem etiam crucem pingit CASSERIVS in tabulis SPIGELIANIS L. X. T. 6. f. 1. O. P. Q. R. T. XI. f. 1. & VESLINGIVS in *syntagm.* c. XIV. T. I. f. 5. & LOWERVS de *corde* T. 6. f. 1. & VIEVSSENIVS *neurogr.* T. I. & ORTLOB *oeconom. part.* p. 155. f. 2. & CHESELDENIVS in T. 16. compendii, edit. 1726. parumque diversa est icon SAL. ALBERTI l. c. Deinde FRANCISCVS SYLVIVS observavit, apud BARTHOLINVM p. 251. edit. 1641. non semper aequalem esse transversorum sinuum altitudinem, hancque adnotationem repetiit DIEMERBROECKIVS p. 339. & rationem addidit LOWERVS „ hanc diversitatem nempe variam esse, prouti quisque, dum vitalis erat, in hoc aut alterum latus magis solitus sit decumbere, *de corde* p. 159. Nihil admodum ideo mutarunt recentiores, *findi* ajunt longitudinalem in transversos (RIDLEY *of the brain.* p. 41. la CHARRIERE *Anat. de la Tete* p. 132.) Sed haec vox ambigua est. Nam longitudinalis sinus aliquando in ipso vertice, vix unam tertiam partem longitudinis emensus, in duos abit sinus, dextrum & sinistrum, sibi accumbentes, ut in eo cadavere fuit, ex quo icon desumta est; Haec fabrica a nemine memoratur anatomicorum quos legi, praeter unicum IACOBVM BERENGARIVM *Carpensem* in MVNDINVM p. ccccxxv. Alias jam declivis findi incipit, & proximus torculari. Sed MORGAGNVS accurate recensitis experimentorum vicibus, invenit omnino rarius findi, plerumque vero in dextrum transversum degenerare, rarissime in sinistrum, in utroque vero casu alterum transversum continuationi sinus longitudinalis tamquam ramum inseri *Advers. anat.* VI. p. 2. T. 1. f. 1. uno vel pluribus ostiolis. Hanc descriptionem suam fecit GARENGEOTVS *Hist. de l' Acad. des scienc.* 1728. & in *splanchnol.* nov. ed. II. p. 219. 220. calculumque suum adponit Cl. NICOLAI *diss. de direct.* vas. p. 45. WINSLOWVS totam rem incertam facit, ut sinum longitudinalem bifurcari describat in fabrica communiori, (*exposs. anat.* IV. *tr. de la tete* n. 40.) saepe tamen in alterutrum transversorum solum continuari modo dextrum, modo sinistrum, ut alter altero altior sit, aut major n. 41. Fere eadem habet CHESELDENIVS in nupera editione *anat. of the hum. bod.* 220. & non recedit SANTORINVS *obs. anat.* p. 51.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 38 sur 543

C Sinus *Quartus* bifurcatus [3], & crure uno in dextrum transverſum inſertus, altero in ſiniſtrum.

D Falcis Cerebri reliquiae.

E E Venae magnae Tentorii. [4]

F Venae Cerebri [5] inſertae transverſis ſinubus, in ipſo tentorio cerebelli, perpetuae.

G Oſtium ſinus *Occipitalis poſterioris*. [6]

H H

Contraria vero obſervatione, quam qua uſus eſt MORGAGNVS, uti olim in figura VESALIANA ſeptima libri ſeptimi, tum in BIDLOIANA T. VI. f. 2. & RIDLEYANA f. 4. videbatur, ita pro certo adfirmavit CANTIVS, lateralem ſinum in ſiniſtrum fieri p. 8. qui tamen deſcriptioni perfecte contrariam iconem dedit, ut in dextrum continuetur *Imp. Anat.* T. II. f. 1. Cl. LIEVTAVD eo videtur inclinare animum, cum dicat „ non raro ſiniſtrum transverſum majorem *Eſſays Anat.* p. 385. ſolet autem is major eſſe, in quem inſeritur longitudinalis. Ego vero, ſi meum judicium interponendum eſt, longe ſaepius reperio dextrum eſſe trunci continuationem, ſiniſtrum vero ramum minorem, inſertum dextro majori COMM. BOERH. II. p. 630. Inde fit, ut foſſae jugulares aliquando in dextro latere duplo, quam in ſiniſtro, majores ſint HVNAVLD *Mem. de l' Acad. des Sc.* 1730. Denique SYLVIVS olim l. c. & f. 4. deinde MORGAGNVS l. c. p. 3. & ILL. HEISTERVS *Compend. Anat.* T. VII. f. 32. crura fiſſi longitudinalis transverſo ductu conjuncta fuiſſe viderunt. In vitulo viderat RIVINVS de *dyſpepſ.* cor. 3. & transverſalem RIVINI vocat WELSCH. *Tab. anat.* 54. SLEVOGTIVS eumdem deſcribit de *dura Matre* n. 44. Id etiam rarius eſt, quod habet LIEVTAVD l. c. alterum ſinum lateralem defuiſſe.

3 Hoc rariſſimum eſt: habet tamen WINSLOW IV. p. 374. Plerumque in ſiniſtrum transverſorum aperitur, quando dexter trunci eſt continuatio. WINSLOW. l. c. CHESELDEN. *anat.* 1741. p. 220. MORGAGNI *Adv.* VI. p. 3. GARENGEOT l. c. p. 225. &c. Vidit etiam MORGAGNVS inſertum fuiſſe in transverſalem, communicantem inter longitudinales l. c. & in icone T. I. f. 2. pingit inſertum dextro, cui ego ter in ſeptem cadaveribus, aliquoties in ſiniſtrum vidi inſeri. Transverſo inſertum olim SYLVIVS vidit apud BARTHOLINVM l. c. Caeterum ſinus Quartus non transverſalis eſt, uti vulgo lego, ſed inclinatus, ut non mediocriter deſcendat.

4 Magnae & variabiles, ſed perpetuo aliquae reperiuntur. Eas VESALIVS pinxit L. VII. fig. 7. C. O. f. 8. V. V. f. 9. &c., ſed parvas, & VIDVS VIDIVS *Anat.* f. 4. *y. y.* f. 7. *y.* & RIDLEYUS f. 4. L. Neque alii ſunt ſinus laterales novi SYLVII apud BARTHOLINVM l. c. p. 251. f. 5. & DIEMERBROECKII p. 339. & BOVRDONI *deſcr. anat.* p. 195. & TAUVRYI *in anat. ration.* p. 257. An *Intralaterales* NICHOLLSII *Comp. Anat.* p. 40.

5 Faſciculus eſt venarum, quae in medios fere transverſos, pollicis & ultra diſtantia ab origine ex falciformi ſinu, confertae & perpetuae inſeruntur. Hae videntur venae eſſe, quas GALENVS ait „ ſuperficialiter in torculare congredi, tenues, ut ſpecillum non capiant *Adminiſtr. Anat.* IX. c. l. & apud ORIBASIVM p. 5. edit. DVNDASSIANAE. Oriuntur autem a lobis cerebri poſterioribus, & a cerebello, ac ex gyris quidem ſuperficialibus. Venae enim profundae cerebri & cerebelli Quartum ſinum adeunt.

6 DUVERNEYUS hunc ſinum invenit, uti ex PALFYNIO video, *Anatom. Chirurg.* II. p. 13. Nam TAUVRY l. c. & DIONIS *Cours d' Anat.* p. 518. & la CHARRIERE p. 133. qui eumdem ſinum deſcribunt, neminem auctorem citant. Verum neglectum omnibus Cl. MORGAGNVS in ſolidum collavit *Adverſ. Anat.* VI. p. 3. pene perpetuum, ut etiam in craniis criſtae cerebelli falcem ſuſtentanti crena pro hoc ſinu inſculpta ſit MONROO *of the bones* p. 110. Modo par eſt ſinuum, MORGAGN. l. c. WINSLOW., modo unicus. Quando unus eſt, uti unum faciunt DUVERNEYUS, & qui eo utuntur, tum CANTIUS, MONROO, & CHESELDEN., in alterutro latere reponitur falcis cerebelli, &, uti video, plerumque in dextro, cranio adplicatus, & a ſede torcularis ad magnum foramen deſcendit, ibique, diductis cruribus, magnum occipitis foramen ambit, uti WINSLOWUS, qui pro

H H Sinus *occipitales posteriores*, dexter, & sinister, cum suis cruribus, insertis in fossas jugulares.

I Falx cerebelli.

K K Sinus *transversi magni.*

L L Fossae Jugulares. 7

M M Sinus *petrosi superiores* 8 his fossis inserti.

N N Sinus *petrosi superiores.* 9

pro duobus novis sinubus numerat, & SANTORINVS l. c. p. 51. qui vidit bifido fine cum transversis inferius coivisse: inseritur autem fossis jugularibus, vel vertebralibus, si recte PALFYNIVS, DUVERNEYI inventa recenset, vel petrosis inferioribus, ut de sinu suo septimo & octavo dicit GARENGEOT p. 229. ex WINSLOWO l. c. IV. p. 366. & semel vidi. Plerumque tamen in fossas jugulares terminantur, & raro desunt. Quando duo sinus sunt, tunc eadem ratione circulum circa magnum foramen absolvunt, uti in icone. Neque utiliter factum est, quod a DIONYSIO l. c. a la CHARRIERE l. c. CANTIO, & ipso ILL. MORGAGNO l. c. & CHESELDENIO *anat. of. hum. bod.* ed. 1741. p. 220. non ultra magnum foramen occipitis sint deducti, ubi nunquam eos terminari vidi. Superior vero insertio est vel unica, eaque modo in Quartum CANT. l. c. p. 8. T. 2. f. 1. modo in lateralem dextrum MORGAGNI l. c. uti etiam vidi, modo in sinistrum, quod pariter mihi aliquoties obvenit. Quando duo sunt, tunc osculum unius in alterum aperiri visum est MORGAGNVS l. c. T. VI. f. 1. Mihi etiam alter in sinum lateralem sinistrum, alter in Quartum, visus est inseri. Crura horum sinuum, magnum foramen amplexa, nomine *Lateralium inferiorum* videtur intellexisse VIEVSSENIVS *Neurograph.* p. 8. In sinus Occipitales venas a vertebris adscendentes inseri vidi, quas etiam WINSLOWVS habet p. 367. tum venas a dura matre fossarum imarum cranii perpetuas.

7 In has fossas praeter sinus transversos, petrosos, & occipitales, solent inseri venae vertebrales, per peculiarem meatum ossis occipitis sinui magno jugulari inmissae, notissimae, tum venae aliquae a dura matre occipitali, & non raro mastoideae. Arteriam ab Occipitali per idem foramen infrequenter ad duram matrem venire video, quam etiam olim VESALIVS p. 496. edit. 1555. tum COWPERVS *append.* f. 26. & amicissimus D. WHREDE *de cerebro* p. 44.

8 Sinus petrosi inferiores, a FALLOPIO *primo* loco dicti p. 219. *b.* picti a VIDO VIDIO, T. XXIV. f. III. IV. & p. 118. nomine *Primi* & *Secundi*, breves sunt, lati, difformes, a fossis juxta radicem ossis petrosi adscendunt, & in receptacula inseruntur binis locis: 1. cum nervo sexti paris canalis it, per duram matrem, qui utrumque sinum conjungit. 2. cum cavernoso, & unito cum cavernoso circulari (CHESELDEN l. c.) ante nervum sextum inter processum clinoideum posteriorem, & Quintum par in ambitu carotidis internae. Hanc communicationem olim FALLOPIVS vidit, & pinxit VIDUS l. c. tum inter recentiores VIEVSSENIVS, qui nomen inposuit, & pro novis describit, T. XVII. ubi nimis anguSti pinguntur, & RIDLEYVS l. c. p. 44. (nempe cum circulari sub f. 2. *e.*) & LITTRIVS *Mem. de l' Acad.* 1707. p. 165. & BIANCHI apud MANGET in *Theatro* II. p. 347. Sed praeterea cum Occipitalibus anterioribus manifesto communicant, a quibus, quasi transverso canali uniuntur ORTLOBIO dicto not. 13. Hi sunt sinus inferiores sellae LITTRII p. 165. Venas aliquas ab ima medulla oblongata & spinali, recipiunt, quas etiam CHESELDENIVS pingit l. c. inter 8. & 14. Vidi eis fossas jugulares desiisse, absque ulla cum transversis communicatione, & hujus modi est icon ORTLOBII.

9 Hos idem dixit FALLOPIVS. *Quorum prior* &c. p. 219. *b. Tertium & Quartum* vocat VIDVS VIDIVS ex FALLOPIO p. 118. l. c. b. f. e. VIEVSSENS pro novis descripsit, nomenque inposuit, quod retinemus. Iconem etiam dedit ORTLOBIVS, & commodam RIDLEYVS f. 2. *d.* Perpetuo reperiuntur, ut male & hos, & priores neget adesse VESALIVS *exam. obs. fallop.* p. 167. Licet anguSti sint, facile per transversos inflantur.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 40 sur 543

O O *Vena cerebelli* his ſinubus inſerta. [10]

P P Sinus *occipitales anteriores*, *inferiores* [11] non perpetui.

Q Q Emiſſarium eorum cum nervo noni paris exeuns. [12]

R R Sinus *occipitalis anterior & ſuperior*, [13] perpetuus.

S S Ejus cum cavernoſis receptaculis & ſinu circulari anaſtomoſis. [14]

T Oſtium petroſi ſuperioris, in cavernoſum aperti. [15]

V V Receptacula, ſive *ſinus cavernoſi*. [16]

10 Venae inter cerebellum & medullam oblongatam adrepunt notabiles, perpetuae, a medulla oblongata ortae, & cerebello, quas etiam habet Cl. LIEVTAVD p. 337. Has olim FALLOPIVS dixit a pia matre cerebri venire p. 219. b. & depinxit VIDVS VIDIVS l. c. f. 4. p. p. p. p. deinde CHESELDENIVS T. XVI. ad 11. Verum praeterea hic etiam ſinus venas habet a tentorio, aliasque a dura matre foſſam mediam cerebri inveſtiente, quae aliquando majusculum truncum efficiunt, per angulum oſſis petroſi, qui cum ſquamoſo committitur, euntem, & inſertum laterali, in angulum eumdem, quem adit petroſus ſuperior. Hi ſunt *ſinus petroſi anteriores* WINSLOWI & GARENGEOTI, ſinus nomine, meo quidem judicio, indigni. Emiſſarium denique primum SANTORIN. not. 19. vidi non cavernoſo, ſed huic petroſo ſuperiori ſinui inſertum fuiſſe, cum ſuper cavernoſum durae matri inſtratum perrexiſſet.

11 Exigua eſt horum memoria, quos hic latos vidi, & multum a petroſis diverſos. Unum pingit ORTLOBIVS ad *Ln.* communicantem cum transverſo n. 13. quod hic ſecus fuit, & cum occipitalibus poſterioribus L. L. L. Eum *vertebralem* vocat, cum mihi primus circulus vertebralis diverſus videatur, & infra cranii caveam poſitus: In eum vero vertebralem ſinum, noſter deſcendens terminatur. RIDLEYVS aliquid ſimile adumbrat ad *e. m.*

12 His nempe ſinubus inſerta fuit vena vertebralis, quae in hoc ſubiecto, cum proprium foramen non nacta eſſet, infrequentiori fabrica cum nono pare per os occipitis ivit. Plerumque tamen proprium canalem nacta eſt, retro condylos occipitis, brevem, antrorſum euntem, terminatum in foſſam jugularem, dictum FALLOPIO p. 219. 220. & non bene a CASPARO BAUHINO negatum *Theatr. Anat.* p. 296. inpare certe cenſore FALLOPII. Caeterum cum nervo noni paris vidi arteriam a Carotide externa ad duram matrem veniſſe.

13 Hos nemini dictos ORTLOBIVS depinxit, ad N. N. N. & p. 156. deinde LITTRIUS nominavit, ſinum nempe durae matris retro proceſſus clinoideos poſteriores l. c. p. 163. *Transverſum conciliatorem* vocavit ORTLOBIVS, ſed ex fabrica non perpetua, idque nomen retinuit WELSCHIVS l. c. Nempe vidit, retro proceſſus Clinoideos, trans proceſſum oſſis occipitis anteriorem, transverſo ductu univiſſe petroſos inferiores. Hoc & BIANCHVS vidit apud MANGETVM f. 1. *u. u.* ego aliquoties. Frequentius tamen inordinati magis ſinus perreptant duram matrem, ab ipſis clinoideis proceſſibus, ad oſſis occipitis magnum foramen. Ita aliquot truncos, & obliquos pingit CHESELDENIVS T. XVI. *ante* 13. conjungentes petroſos ſinus inferiores. An *ſinus transverſalis ſuperior* WINSLOWI, an *inferior*? an uterque?

14 Ad interiora carotidis inter hanc arteriam & proceſſus clinoideos conjungitur cum circulari, ibidemque ad exteriora Carotidis cum ſinu cavernoſo. Haec conjunctio ipſi ſolet cum ſinu petroſo inferiori communis eſſe.

15 Perpetuo in receptacula hiat ibique cum inferiori petroſo conjungitur. Ita recte olim FALLOPIVS, & in icone VIDVS VIDIVS, & VIEVSSENIVS intero & * l. c. & ORTLOB l. c. ad l. Locus inſertionis eſt exterius quam proceſſus, clinoideus poſterior ſuper finem itineris Quinti paris anteriorem. Quare ait raro inſeri cavernoſis Cl. LIEUTAUD p. 387.

16 Receptacula ita cognita habuit FALLOPIVS, ut minime ignoraret, petroſos utrosque prope

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 41 sur 543

X X Sinus *transverſalis ſellae equinae.* [17]
Y Y Sinus *circularis RIDLEYI.* [18]
Z Z Venae *cerebri anteriores*, inſertae cavernoſis, perpetuae. [19]

a a Ar-

pe ſellam equinam conjungi, & in eam conjunctionem Venas varias etiam ex orbita p. 219. convenire, quas rudiuſcule expreſſit VIDVS VIDIVS l. c. Sed & LOWERO non ignota fuerunt receptacula, cum in brutis viderit, liquorem in venas jugulares inpulſum, proxime glandulam pituitariam erumpere c. VI. de *catarrh.* p. m. 248. &c. VIEUSSENIUS reſtituit eadem, in eo ſolo minus laudabilis, quod tertium, quartumque par nervorum iis adtribuerit, cum ne Quintum quidem ad verum ſinum pertineat. Vid. diſſ. *de nerv. interc. orig.* not. ppp. ORTLOBIVS *Polymorphos* dixit, (quod nomen retinuit WELSCHIVS l. c.) & figuram dedit (P. P. P.) omnino diſformem, ut facile crediderim, emiſſarium ſecundum SANTORINI (not. 19.) ab ipſo cum ſinu numeratum fuiſſe. Nam & RIDLEYVS non alia receptacula adgnovit, praeter itinera varia nervorum ſuis tecta vaginis, p. 45. & carotidis canalem p. 43. & venam illam, quam SANTORINVS pro duobus emiſſariis numerat, inſertam circulari ſinui p. 46. Eadem ratione receptacula ad ſinus petroſos inferiores retulit LITTRIVS l. c. p. 167. Sanguine vero non repleri, quod RIDLEYVS dixerat, ab omni experimento alieniſſimum eſt: neque unquam vidi, neque facile crediderim receptacula deſiderari, quod ſibi obveniſſe ait SANTORINVS p. 72. non uſus repletionibus. Communicant cum circulari, ad latera ſellae, inter nervum III. ſuperiorem, & ſextum, ante proceſſus clinoideos poſteriores, ſuper Carotidem, cum transverſo ſellae equinae, not. 17. ampliter, cum petroſis ſuperioribus & inferioribus, cum occipitalibus anterioribus, venisque dictis not. 19. per quas plerumque inflari poſſunt.

17 Valens & multo circulari amplior, in lamina inferiori durae matris, ſub glandula pituitaria mediam ſellam transverſus dividit, & cavernoſos ſinus conjungit. Hunc primus LITTRIVS deſcribere videtur, ſinumque vocat mediae ſellae transverſalem l. c. p. 163. & cum ſinubus inferioribus durae matris communicare ait p. 165. atque ſub glande Pituitaria eſſe p. 175. Idem eſt, quem inter glandulam & proceſſus clinoideos poſteriores BIANCHI vidit p. 343. & pro circulari habitum credit a RIDLEYO. WINSLOWVS videtur circularem inferiorem vocare, l. c. p. 367. NICHOLLS infracirculares p. 40. GARENGEOTVS pituitarium profundum, & nomine medii intelligit, vel hunc, vel ſequentem, LIEVTAVD l. c. p. 386. in eo diverſus a BIANCHO, quod ante glandulam pituitariam poni ajat. Verum NATVRA in his varietatibus facilis eſt.

18 Sinus *circularis ſuperior* WINSLOWI l. c. & GARENGEOTI, diverſiſſimus a priori, in lamina durae matris interna, circa glandulam pituitariam, in ſuperiori plano ponitur, & non raro eam totam ambit, anterius latior, poſterius perpetuo peranguſtus, & tunc quidem *circularis*, a RIDLEYO inpoſitum, nomen meretur, qui poſt BRVNNERVM deſcriptionem dedit p. 43. & iconem f. 2. 2. 2. Neque *Ovalem* male eum adpellavit LITTRIVS l. c. p. 163. 164. Communicat cum occipitali anteriori ad interiora Carotidis & ſupra eamdem; cum receptaculis trans Carotidem inter nervum tertium & proceſſus clinoideos; cum inſerto ibi petroſo inferiori ante nervum ſextum, inter proceſſus poſteriores & par Quintum, paulo poſterius & interius; cum ſuperiore vero, retro eosdem proceſſus, ſub nervi tertii quartique itinere nonnunquam continuantur, & huc pertinet icon CHESELDENII. Dudum cum petroſis docuit convenire RIDLEYVS, tum CHESELDENIVS p. 220. & in icone, ubi receptacula non diſtinxit a ſinu circulari & petroſis. Verum idem pene frequentius inperfectus eſt, circulo paulo minor, cum minus ſemicirculo ſegmentum retro glandulam pituitariam deficiat, deficere enim vidi, non ſolum exiguum eſſe, ut fatetur SANTORINVS *obſerv. anat.* p. 71. & MORGAGNVS *Adv.* VI. p. 25. dum tutantur RIDLEYVM contra BIANCHI objectiones. Hujusmodi bonam iconem dedit CHESELDEN. l. c. 10. Venulas accipit a ſella equina, aliquando inſignes, & non raro emiſſarium SANTORINI primum not. 19. ad hunc ſinum properat, trans receptacula & Nervum Quintum. Id etiam RIDLEYVS vidit p. 46.

19 FALLOPIVS ab orbita ad conjunctionem ſinuum petroſorum venas advenire docuit, & depinxit VIDVS l. c. f. 4. *u. u.* a cerebro vero *ſſſſ.* Deleta fere harum rerum memoria

a a Arteria durae Matris praecipua. [20]
b b Vena ejusdem comes. [21]
c Locus ubi peculiari foramine cranium pervoravit. [22]

d d Ar-

RIDLEYVS, duas venas descripsit, quae ad latera sellae equinae per duram matrem repant, eas conjungi, & uno trunco ad sinum circularem inseri dicit: aliam ab oculo ajebat venire, aliam a foramine Quinto cranii, quo nomine vult tertii rami Quinti Paris meatum p. 46. Haec ulterius rimatus SANTORINVS p. 73. tria reperit emissaria, quorum duo priora cum RIDLEYANIS venis conveniunt, tertium est vena, quae cum arteria & nervo obscurissimo loco super processus pterygoideos inferiores versus nares abit. WINSLOWVS in sinus inferiores cranii venas ex cerebro inseri recte monet l. c. n. 179. & easdem venas cum vena ophthalmica conjungi, pariter egregie docet LIEVTAVD p. 387. Venas autem ophthalmicas, adeo tenues, adeo a sinuum fabrica diversas, WINSLOWVS minus commode vocat sinus orbitarios, ut mirer non quidem GARENGEOTVM, qui omnia sua a WINSLOWO habet, sed NICHOLLSIVM WINSLOWVM hic sequi l. c. clarissimum demum LIEVTAVD hunc sinum operose describere, & situm definire, inter par sextum & ophthalmicum nervum, insertionem vero in cavernosos sub processibus clinoideis anterioribus p. 387. Ego vero in sinus cavernosos totum fasciculum venarum video confluere, 1. Ophthalmicas, unam vel duas minime ignoratas, praeter FALLOPIVM, VESALIO L. I. c. 12. & INGRASSIAE p. 91. 2. Venas loborum anteriorum Cerebri, perpetuas, sed sinuum nomine minime dignas, incerto numero. Venas porro magis reconditas: Nempe 3. principem durae matris venam (not. 21.), quae cum nervo secundo Quinti paris ad plexum venarum pterygoideum subit. 4. Venam, quae ab INGRASSIA dicta p. 91. & a MONROO *of the bones* p. 127. *secundi* emissarii nomine vocata a SANTORINO cum tertio ramo Quinti ad eumdem plexum descendit; 5. Venam comitem arteriae Carotidis, quam olim dixi COMM. BOERH. II. p. 343. & a Cl. WEISSIO in programmate Altorfii edito describi video. 6. Venam demum canalis, qui per crassitiem ossis multiformis, supra alas inferiores excavatus est. Haec vena mihi minus nota est quam nervus & arteria, INGRASSIAE dicta, & VESALIO. Quorum haec a nasali arteria, jamjam datura infraorbitalem, in fissura sphenomaxillari orta, retrorsum versus tubam EVSTACHII & Carotidis internae iter properat, ille vero arteriam sequitur. Ductum hujus venae incognitum esse festinus dixerat SANTORINVS. Nam inter Veteres VESALIVS ostium interius habet L. I. c. 12. f. 3. 4. EVSTACHIVS T. XLVI. f. 13. VIDVS VIDIVS T. V. f. 9. O. Foramen exterius EVSTACHIVS l. c. f. 11. 13. VIDVS VIDIVS l. c. f. 8. 10. O. Integram vero descriptionem canalis VESALIVS dedit in explicatione p. 58. edit. 1543. & VALVERDVS p. 11. & VIDVS VIDIVS p. 30. & INGRASSIAS p. 93. septimi foraminis nomine.

20 Hanc venae nomine descripsit VESALIVS, L. III. c. 7. sulcosque in ossibus inscriptos huic falsae venae tribuit. FALLOPIVS veriora docuit, ut eo minus bene recentiores, & ipse SPIGELIVS errorem VESALII retinuerint p. 289.

21 Venae durae Matris passim in sinus inferuntur, non obscurissimae, ut mirum sit, sollicite de ipsis esse inquisitum. Multae superiores in longitudinalem sinum inferuntur, comites arteriarum, quae super sinum incedunt ramosae, ut jurares sinui inseri. Aliae, quas dixi, in transversos, occipitales, fossas jugulares abeunt. Haec vero vena ex praecipuis est, indivisa comes arteriarum, quae ex meningea majori per os parietale, & alas magnas, & partem ossis petrosi adscendunt.

22 Hoc emissarium, nemini dictum recentiorum, non absque errore VESALIO cognitum fuit, quando a vena (quae Carotidis est ramus meningeus) furculum per peculiare foramen cranium subire scribit p. 62. ad f. f. 2. 3. c. XII. L. II. & p. 496. L. III. edit. 1555. Post VESALIVM COLVMBVS habet l. c. p. 38. & pro octavo foramine INGRASSIAS p. 93. Eadem VIDIVS tradit p. 30. & foramen, sed absque nomine, pingit T. V. f. 7. inter I. & L. MARCHETTE de eodem dicere videtur, quando foramen Meningeae arteriae saepe duplex esse dicit, *comp. anat.* p. 174. edit. Bat. Inter recentiores foramen MVRALTVS habet *Vadem. Anat.* p. 181. 367. & PALFYNIVS, *van de beenderen* T. 2. f. 3. *d. d.* & BOETTICHER de *ossib. cran.* n. 23. Sed ex VESALIO & MVRALTVM

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 43 sur 543

d d Arteriae *Carotides* in receptaculo, [23] finesque reſecti, ubi cerebrum ſubeunt.
e e Arteriola in receptaculo orta, ad nervos Quinti paris. [24]
f f Arteriae Ophthalmicae origo ex Carotide. [25]
g g Proceſſus clinoidei poſteriores, anguloſi.
h Criſta Galli.
i i Sinus Frontales.
k k Nervus *Quinti* Paris duram matrem ſubeuns.
l Ejus ramus tertius. [26]
m Ramus ſecundus.
n Ramus primus ſ. *ophthalmicus*.
o Nervus *Quarti* paris.
p Nervi *Tertii* paris truncus.
q Septimentum quo nervus Quinti paris a Sexto ſeparatur. [27]
r Nervus ſexti paris.
s Origo nervi intercoſtalis. [28]
t t *Septimi* paris ingreſſus in duram matrem.
u u *Octavi* primae radices. [28*]
x x *Secunda* radix *Octavi*.

y y Ner-

TVM & BOTTICHERVM ſua exſcripſiſſe manifeſtum eſt. Non perpetuum eſt, a plerisque omittitur, & obiter dicitur a WINSLOWO I. n. 233. In hoc cadavere venam meningeam ad plexum pterygoideum duxit, & in ſiccis capitibus non multis reperitur, quae apud me ſunt.

23 Mirabili flexu, ex oſſeo canale antrorſum adſcendit, tunc antrorſum transverſa pergit, paulum deorſum, inde ſub proceſſu clinoideo anteriori occulta, introrſum adſcendit, ultimoque flexu ſurſum paulumque antrorſum.

24 Hanc dixi de *orig. nerv. Interc.* n. XII. & ad BOERH. CCXXXI. not. *p.* Ludere vidi ortu, ut poſterius orta, daret etiam proceſſui occipitis anteriori, & glandulae pituitariae, diverſa a minoribus, ad infundibulum, glandulamque ramulis.

25 Hanc VESALIVS cognitam habuit, & INGRASSIAS, & omnis antiquitas.

26 Situm nervorum, per receptaculum, aut ſupra idem euntium, adeo facilem, non obſervatum fuiſſe in iconibus BIANCHI & VIEVSSENII miror. Ille quidem T. XVII. f. 1. extimum facit quartum, etiam exteriorem Quinto. Melius certe in BERRETTINI icone exhibentur. T. XXI. f. 2. & apud RIDLEYVM f. 2. Perpetuo intimus & ſupra receptaculum Tertius eſt, paulo exterior Quartus, inferior magis & exterior Quintus, multo inferior autem & in alio ſtrato, idemque interior Quinto Sextus.

27 Imperfectum eſt, ut non male BIANCHVS l. c. p. 346. & concedit MORGAGNVS l. c. p. 29. firmius interius, & qua parte nervus intercoſtalis oritur. Quintum omnino a ſanguineo lacu ſive vero receptaculo ſeparat, extrorſum eundo vero paulatim in celluloſam fabricam mutatur, quae Sextum cum Ophthalmico connectit Conf. COMM. BOERH. II. p. 361.

28 Non ignoro non recte depingi, quaſi extrorſum decederet a trunco, ſed ratio optica non aliter paſſa eſt, angulum pene rectum exprimi, quem cum Sexto facit, retrorſum deſcendendo, Conf. diſſ. *de nerv. interc.* n. X.

28* Eſt ramus Octavi Pharyngeus aut Lingualis, qui adeo a reliquo trunco diſtinctus eſt, ut pro peculiari nervo haberi poſſit. WINSLOW. III. n. III. Duas etiam radices RVYSCH. *Theſ.* I. p. 12.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 44 sur 543

y y Nervus *nonus*.
z Foramen medullae ſpinalis.

In oculo dextro.

poſtquam orbitae lacunar & magna pars oſſis malae demolita eſt.

1 1 Arteria *Ophthalmica*. [29]
2 2 Ejus ramus exterior ſive lacrumalis, comes nervi cognominis.
3 3 Surculus interior, qui nares petit.
4 4 Rami ad ſcleroticam, quorum aliqui Uveam adeunt. [30]
5 5 Reliquiae muſculorum Levatorum palpebrae & oculi.
6 Finis Levatoris palpebrae.
7 Glandula *lacrumalis*.
8 Nervus *opticus*. [31]

20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 uti in altero oculo.

In oculo ſiniſtro.

9 *Trochlea*. [32]
10 Muſculus *Patheticus*.
11 Muſculus *Levator* oculi.
12 Muſculus oculi *Internus*.
13 *Abductor*, reſectus. [33]
14 Ramus *Tertii paris ſuperior*, [34] ad Levatores oculi & palpebrae.

15 Trun-

29 Hanc arteriam cum ramis ſuis nullibi deſcriptam invenio, & optimus WINSLOWVS, non recte certe, ejus ramos arteriae infraorbitali adſcribit. Caeterum ſurculi hujus arteriae, ex ramo quidem externo per os malae ad genam eunt cum nervulis not. 44. tum gracillimus aliquis, RIDLEYO dictus, ad duram matrem, per extremam fiſſuram orbitae. A ramo vero interno ad palpebras, ſacrum lacrumalem, tum deorſum ad naſum naſique muſculos alii ſatis longe deſcendunt, ſurſum vero ad frontis partem non minimam.

30 Arteriolae ciliares COMM. BOERH. DXVI. not. *m*. Serpentinum etiam ductum harum arteriarum expreſſit RVYSCHIVS in *epiſtolis* T. XVI. f. 6. 8.

31 Inflexum pinxi, qualem reperio, & paulum conplanatum, teres enim figura a nervis aliena eſt.

32 Haec nuper accurate contemplatus, ſcutulum eſſe invenio cartilagineum, hinc convexum, inde contra os frontis excavatum, ut per eum ſulcum tendo Pathetici muſculi inflecti queat.

33 Eum muſculum medium diſcindere oportet, ut ganglion ophthalmicum rite conſpici poſſit.

34 Remota orbita equidem primus adparet interior Tertius, deinde altior Quartus & exterior, & adhuc exterior ophthalmicus Quinti, inferior demum pariter ac exterior Sextus. Nervus opticus imus eſt, quod omnino obſervandum eſt in iconibus EVSTACHII interpretandis. Caeterum primus idoneus auctor hic FALLOPIVS eſt. Hunc ſecuti ſunt VIDVS VIDIVS, CASPAR BAVHINVS p. 340. & WILLISIVS, & TAUVRY p. 214. & alii. Icon EVSTACHIANA Quarta Tabulae XVIII. totum repraeſentat. Nervus ergo Tertius, incumbens optico perpetuo

15 Truncus reliquus [35]
16 Ramus ad Obliquum inferiorem, *extimus*. [36]
17 Ramus ad Rectum inferiorem, *medius*. [37]
18 Ramus ad Rectum internum, *intimus*. [38]
19 Ramus *ad Ganglion* Ophthalmicum. [39]
20 Primi rami Quinti Paris ramus *ſuperior*. [40]
21 Ejusdem ſurculus *exterior*. [41]
22 Et *interior*. [42]

23 Pri-

petuo primum ramum dat levatori oculi; qui cum eo muſculo aliquamdiu progreſſus, ſurculum edit in palpebrae levatorem. Hic *primus* eſt FALLOPII p. 138. b. VIEVSSENII p. 167. & ab EVSTACHIO pingitur f. 4. a WILLISIO p. 302. f. 2. *b*. & a WINSLOWO deſcribitur III. n. 19. ILL. HEISTERVS duos diverſos pro his muſculis ramos facit, ad obſervationes a meis diverſas *Comp. anat.* p. 162. quales etiam WINSLOWO obvenerunt l. c. n. 20.

35 Interior trunculus exterior nervo opticco adjacet EVST. l. c. f. 1. ibique ramos ſub nervum opticum mittit, & vel in tres ramos finditur, uti EVSTACHIVS habet l. c. f. 4. & tres etiam ramos facit WINSLOWVS n. 21. vel ramo dato ad interiorem muſculum, trunci diviſio proxime ſequitur, ut maneat inferiori unus ramus, alter longiſſime ad obliquum excurrat. Ita CANT. T. IV. f. 2. & VIEVSSENS p. 167. & olim EVST. T. XVIII. f. 1.

36 EVSTACH. f. 1. 3. 4. FALLOPII *tertius*, WILLIS. l. c. ad *f*. WINSLOW. n. 21.

37 EVST. l. c. FALLOPII *ſecundus*, WILLIS. ad *d*. WINSLOW. n. 21.

38 EVST. l. c. FALLOPII l. c. *unus quidem*, WILLIS ad *c*. VIEVSSENS utrumque pro uno ramo habet. WINSLOW. n. 21.

39 FALLOPIVS olim fibrillas viderat p. 139. & plexum facere dixerat VIEVSSENIVS p. 167. ipſeque EVSTACHIVS videtur filamenta pingere f. 3. l. c. A ſuperiori ramo deducit PETITVS *Mem. de l'Acad.* 1727. p. 13. WINSLOWVS a ramulo obliqui inferioris l. c. quod etiam fieri vidi. Sed frequentius a trunculo inferiori venit, uti MORGAGNVS *Epiſt.* XVI. n. 59. vel ante datam ramum interni muſculi, ut VIEVSSENIVS, vel eo edito. Caeterum apud plerosque anatomicos vetuſtiores obſcura eſt hujus nervi notitia. Poſt egregiam enim FALLOPII deſcriptionem, tamen fere plerique VESALIVM ſecuti ſunt, qui & omnibus oculi muſculis proſpicere, & in temporalem muſculum ſurculos emittere dixerat. L. III. c. 5. uti prius IACOBVS CARPENSIS dixerat ex orbita egredi CCCCLVI. *b*. Hunc errorem ARCHANGELVS PICCOLHOMINEVS erravit p. 263. & inter recentiores BARTHOLINVS, BOVRDON p. 382. & alii. Inter nuperiores etiam Cl. VALSALVA ramum a Tertio ad externum oculi muſculum depingit *Diſſ. Anat.* T. II. f. 2. Cl. vero NICHOLLS ramum ad internum angulum oculi ire dicit p. 42. quae omnia valde a naturae norma remota ſunt.

40 Hunc iterum optime pinxit EVSTACHIVS, deſcripſit FALLOPIVS p. 141. *b*. WILLISIVS brutis uſus eſt. Porro VERHEYENIO nunquam viſum fuiſſe, ſatis adparet ex deſcriptione p. 381. In ipſo nempe receptaculo finditur Ophthalmicus WILLISII, in tres ramos, fere eodem loco prodeuntes, ſuperiorem, inferiorem, exteriorem, WINSLOW. III. n. 34. Aliquando tamen aliquis eorum prius a trunco ſecedit, quam reliqui *Superior* & major ſub perioſteo orbitae proxime ſuper levatores muſculos ad anteriora exit, in tota longitudine fiſſus & duplex. Ita EVSTACHIVS T. XVIII. f. 3. 5. & in primis in f. 5. quam huic nervo deſtinavit. VIEVSSENII icon non optima eſt T. 22. d. cui eſt *minoris ſuperioris primus* p. 170. Ad Levatorem palpebrae fibrillas dare vidit WINSLOWVS n. 35. mihi ignotas, idemque non bene unicum facit.

41 Ramus exterior, inſignior altero, per foramen ſinumve in margine orbitae, adſcendit ex orbita, & ad muſculum corrugatorem ramulos dat, & per orbicularem transverſim palpebras ſequendo, demumque inter cutem & frontalem longius verſus ſinciput retrorſum. Hunc EVSTACHIVS habet l. c. f. 3. 5. & T. XIX. VIEVSSENIVS pro trunculo rami *d*. deſcribit, a quo perpetuo diverſus eſt, uti contra WINSLOWVM monui.

42 Minor iſte, etiam ex orbita brevior prodit, per alium ſulcum oſſis frontis, & aliquando per canalem FALLOP. p. 142. Tunc uno ramo in corrugatorem & frontalem, alio in orbicularem, & carunculam dividitur EVST. l. c. VIEVSSENS l. c. & iconem dat *e*, pro ſurculo rami *d*.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 46 sur 543

23 Primi rami Quinti Paris ramus *Exterior.* 43
24 Ramuli ad faciem exeuntes per foramina oſſis malae. 44
25 Ramuli ad glandulam Lacrumalem. 45
26 Primi rami Quinti Paris, ramus *inferior.* 46
27 Ejusdem ſurculus *ad Ganglion.* 47
28 Ramulus ad *Nares.* 48
29 Trunculus antrorſum erepens. 49
30 Ganglion *Ophthalmicum.* 50
31 Nervuli *Ciliares.* 51
7. 8. uti in dextro oculo.

43 Perpetuus eſt, ſed difficilior. EVSTACHII & FALLOPII induſtriam fugit, a VIEVSSENIO additus, tertii nomine, minimus inter ramos. A Quinto, proxime ſub perioſteo orbitae, per ejus oram externam ſupra abducentem muſculum antrorſum abit. VIEVSSENS p. 170. T. 22. *p.* WINSLOW. n. 42. qui varietates in origine refert.

44 Modo unum, modo duos ramos ad muſculum temporalem & maſſeterem mittit. Hos, ignotos VIEVSSENIO, WINSLOWVS habet, n. 43.

45 Haec filamenta inter ſcleroticam & glandulam pergunt, & partim glandulae dant, partim in palpebram evaneſcunt. Valde metuo, ne hi ipſi nervuli a multis pro ductibus lacrumalibus ſint habiti.

46 Hic vicinus & interior Tertio ſupra opticum nervum, ſub muſculis levatoribus & externo, oblique introrſum properat, accedit ad patheticum, tuncque finditur in ramum 28. & trunculum 29. ab EVSTACHIO pingitur f. 5. 3. & 1. VIEVSSENIO *ſecundus ramulus* eſt p. 170. & l. c. *f.* tum *ſecundi propago craſſior k.* Ramulum ad ſcleroticam deſcribit idem, mihi ignotum.

47 Fibrillarum ad uveam nomine notus FALLOPIO p. 141. b. WILLISIO uveam etiam adire, VIEVSSENIO vero cum tertii ramulis in plexum abire dicitur *h.* inde ramos ad ſcleroticam dari, alias ad muſculum internum & inferiorem p. 170. TAUVRYVS VIEVSSENIVM ſequitur p. 217. 218. Sed omnino ganglion adit, non ramoſus & minutiſſimus, longe minor ſocio ramo Tertii. A ramo inferiori oritur, WINSLOW. n. 38. S. YVES *mal. des yeux* p. 21. MORGAGNO videtur ignotus fuiſſe ex *Epiſt.* VI. n. 59. WINSLOWVS vidit a trunco Ophthalmici oriri l. c. n. 38.

48 Hic ſub pathetico transverſus pergit introrſum & vel eodem, vel certe vicino oſtiolo, cum arteriola duram matrem ſubit, adparet in cranii cavea, ſub dura matre, ad latus criſtae galli, petit anteriora, & ad nares demum per foraminum cribroſum aliquod ex poſtremis deſcendit. Haec egregie vidit FALLOPIVS p. 142. in eo vero erravit, quod utrumque ramum 28. & 29. nares adire putaverit. EVSTACHIVS eum inflexa figura expreſſit l. c. WILLISIVS pingit p. 302. f. 2. h. & deſcribit, p. 154. VIEVSSENIVS *ſecundum ramulum propaginis interioris vocat*, ad *m.* CHESELDENIVS eumdem nervum habet in ed. 1741. anatomes ſuae p. 232. & WINSLOWVS n. 41. & MORGAGNVS *Epiſt.* XVI. n. 56. 57.

49 Sequitur Patheticum, tranſit ſub trochlea, abit ad palpebram ſuperiorem, corrugatorem, carunculam, partesque vicinas naſi WINSLOW. n. 40. PALFYN. *Anat. Chir.* p. 329. S. YVES l. c. VIEVSSENIVS duos trunculos facit, p. 170. unum *tertium n.* ad adnatam & muſculos palpebrarum, quartum *n.* ad palpebram & orbicularem *o.* Verum truncus longe unicus eſt, & verſus trochleam demum rami oriuntur. EVSTACHIVS rectum pingit l. c. f. 5. 3. & 1.

50 Ganglion a WILLISIO *plexus rotundi* nomine dicitur, ex quo ſurculi ad nervum opticum eant, p. 302. f. 2. & p. 151. deinde a Cl. SCHACHERO diſſ. *de catar.* p. 9. breviter ſed perſpicue, & a PALFYNIO *Anat. Chir.* II. p. 328. & S. YVES l. c. & a PETITO dictum *Mem. de l' Acad.* a. 1727. Oblongum, ad exteriora nervi optici, ſub muſculo abductore, inſidet diviſioni ramorum inferiorum Tertii, uti recte WILLISIVS, perpetuum, ex Quinto & Tertio pare conjunctum & ab eo omnes ciliares nervuli oriuntur. MORGAGNVS l. c. & WILLISIVS hoc Ganglion unice Tertio pari adtribuunt. A ſexto pare aliquid accedere ait PETITVS, quod quidem mihi nondum contigit videre.

51 Trunculi exigui, a Ganglio orti ſub nervo optico & ſuper eumdem, pergunt absque ramis, ad ſcleroticam, EVSTACHIVS aliquos a Quinto exhibere videtur in f. 3. 5. WILLISIVS pingit ad *g.* ſed Quinto tribuit idem, uti VIEVSSENIVS p. 270. T. 22. *h.* Meliora PETITVS habet & WINSLOWVS, & quos ſuperius excitavi.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 47 sur 543

©BIU Santé



©BIU Santé







©BIU Santé



©BIU Santé



©BIU Santé

TAB. II.
C. J. Rollinus Med Dr. delin.
fec. G. D. Heumann Acad. Gotting. Sculptor.

©BIU Santé



C.J. Rollinus M.D.f. del: ad nat. G.D. Heumann Grav.r de la Cour de S.M. Brit: & Ae L. Univ: de Göttingen

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

ICONUM ANATOMICARUM

PARTIUM

CORPORIS HUMANI

FASCICULUS II.

Arteria Maxillaris,
Thyreoideae inferioris T. I. & II.
Coeliacae T. I. & II.
Uterus.

AUCTORE

ALBERTO HALLER

PHIL. ET MED. D. MEDIC. ANAT. BOT. CHIR. P. P. O.
ARCHIATRO ET CONSIL. AUL. REGIO ET ELECT.
SOCC. REGG. ANGL. ET SVEC. SOD.

FACULTE DE MEDECINE DE PARIS

S.D. Meinhardt Graveur de la Cour de S.M. Britte. et de l'Univ. de Göttingen.

GOTTINGAE,

TYPIS ABRAMI VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

MDCCXLV.

LECTORI S.

ALBERTUS HALLER.

Cum in ea turba cadaverum, quam nobis munificentia Maecenatum ſubpeditat, non poſſimus non varia videre uberius, conſtitueram ſenſim anatomicas parare icones vaſorum, et viſcerum, prouti aliquam partem corporis minus accurate expoſitam viderem. Aderat rara opportunitas egregii delineatoris et Proſectoris ſolertiſſimi, D. CHRISTIANI IEREMIAE ROLLINI, *amici et contubernalis mei, qui patientia laboris, et fida umbrarum expreſſione, et indefeſſo perfectionis amore plerosque pictores ſuperaret. Hi enim homines, ut exercitati ſint in arte delineandi, neſcio quam tamen elegantiam, et ſemiveram pulchritudinem iconibus adfingunt: parcique temporis, compendia laboris ſequuntur. Maluiſſem equidem premere diutius icones, nonoque repolire anno, imitatus* ALBINI *ſapientem tarditatem. Semper enim ſupereſt, quod lima deterat, quod re-*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 55 sur 543

centior induſtria effingat felicius. Sed hoc conſilium ceſſit urgentis bibliopolae ſpei et deſiderio: eoque faciliorem me praebui, quo manifeſtiora exempla adſunt doctorum virorum, quos in expoliendis laboribus aeternum occupatos, ſuique calumniantes, dies oppreſſit ultima, et ea omnia delevit, quae potuiſſent, etiam imperfectiora, publice profuiſſe. Ergo ſubinde, prouti favebit occaſio et ocium, iterare iconum anatomicarum faſciculos viſum eſt, nullo certo quidem fine circumſcriptos, vaſis tamen corporis humani inprimis deſtinatos. Recipe ergo, quae praeſto fuerant, LECTOR BENEVOLE. *Narium autem internarum icones, dudum ſculptas, et arteriae meſentericae, et minorum arteriarum ſyſtematis renalis et ſpermatici, et pelvis arterias, et carotidis reliquos ramos exſpecta: earum enim figurarum aliquae pene abſolutae, omnes autem adfectae ſunt. Vale. D. 4. Mart.* 1745.

D. AL-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 56 sur 543

D. ALBERTI HALLER
ANAT. P. P. O.

ICON ARTERIAE MAXILLARIS.

LECTORI S.

Arteriam maxillarem internam primum ad ultimos ſurculos usque perſecutus ſum in cadavere militis, ultimo ſupplicio adfecti, anno 1738. *Menſe Februario. Ejusdem anni Martio menſe Cl.* I. G. GUNZIUS *pro gradu, ut vocant, disputavit, inde in Galliam iter fecit, et apud ſolertiſſimum virum* I. E. BERTINUM *anatomen docentem, vidit accuratam diſſectionem ejusdem arteriae. Hoc ita ſe habere, manifeſtiſſimis ipſius* BERTINI *teſtimoniis confirmare poſſum. Ego interim a.* 1742. *menſe Auguſto deſcripſi ramos memoria dignos Maxillaris arteriae omnes, in commentario Boerhaaviano, qui, ob graviſſimum morbum meum, ſequentis anni M. Martio ex prelo prodiit T. IV. p.* 51. *prius vero anno* 1740. *brevem enumerationem ramorum in hoc ipſo commentario dederam (Tom. II. n.* 231, *not. h.) Deinde aeſtate anni* 1743. *Cl.* GUNZIUS *ſuas et* BERTINI *obſervationes edidit. Neque enim docti viri nullas partes fuiſſe dixero, ſed unice deſidero, non ſatis manifeſto eum agnoviſſe, quanta pars deſcriptionis ad* BERTINVM, *tunc toto orbe remotum, ſpectaret. Inde enata aemulatione, cum fruſtra literis animum Cl. Viri inflectere tentaſſem, uſus libertate anonyma-*

rum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 57 sur 543

rum ſchedarum ea verba in me effudit IDEM, *quae me tunc male habuerunt, cum primum legerem, nunc vero video ipſi Cl.* GVNZIO *non poſſe non etiam magis moleſta eſſe, quam mihi unquam fuerunt. Talia enim ſcripſit, qualia ipſe credere non poteſt. Ita omiſſam mihi exprobrat omenti a duodeno originem, quae nulla in corpore humano eſt; transpoſitum in ſiniſtrum latus initium coli inteſtini, quod nullibi in icone mea vel adumbratur: male depictum iter nervi intercoſtalis, quod ipſe in explicatione ejus iconis momeram non ſecundum naturam pictum eſſe, neque tamen ob rationes opticas aliter pingi potuiſſe. Sed poſt hanc acerbitatem eo magis mihi laborandum eſſe putavi, ne ullam mihi permitterem voculam, quae iras proderet, aut occaſione uterer carpendi. Ita viſum eſt demonſtrare Claro Viro, quam immerentem provocaverit. Meas tamen obſervationes de eadem arteria edere non dubitavi, ut ſentiret* IPSE, *non defuiſſe etiam mihi aut occaſionem videndi, aut voluntatem. Publicae etiam utilitati credidi hanc aemulationem inſervire poſſe, ea enim extra dubium vera viſura eſſe omnibus, quae ab viris adeo non ex conpacto ſcribentibus, conſona dicerentur. Decerpſi adeo hanc partem angiologiae, in qua laboro, ſumtam ex viginti quatuor cadaveribus ſollicite diſſectis. Iconem addidi, quae mihi non undique placeret, ſed tamen ſermonem utcunque dirigeret. Duas enim, et tres forte in tanta ſtratorum diverſitate icones praeſtiterat paraſſe, et olim parabo. Sequentur reliqui arteriae carotidis rami, uti ſenſim mihi ipſi in eorum hiſtoria ſatisfecero. D. VIII. Febr.* 1745.

EXPLI-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 58 sur 543

EXPLICATIO LITERARUM.

A. Aorta.
B. Subclavia arteria dextra.
C. C. Carotides.
D. Carotis vulgo interna.
E. Carotis vulgo externa. *a*)
F. Thyreoidea ſuperior *b*) loco mota, & deorſum tracta.

G. Ca-

a) Quoties aliqua Carotidis externae longitudo eſt inter ſuam & Thyreoideae ſuperioris originem, tories Carotis externa magnitudine ſuperat internam. Ita ſaepe, & repetito video. Perpetuo vero, quae externa dicitur, interna vere eſt, uti recte obſervat CANTIVS *Impet. Anat.* T. I. f. 2.

b) Hujus arteriae omnino addenda eſt deſcriptio, magnae certe, recte obſervante Cl. PETSCHE *obſ. anat. ſyll.* n. 39. tum in fetu, tum in adultis cadaveribus, & ſaepe nihilo minoris, quam carotis interna, ut etiam majorem inveniam, quam Cl. GVNZIVS fecit p. 13. Haec ergo arteria a carotide externa, proxime ab ejus ortu, nonnunquam ita proxime oritur, ut tres rami Carotidis eſſe videri poſſit, confer Cl. GVNZIVM p. 12. qui ſimilia vidit. Inde flexuoſe deſcendit trunco ſuo, ad ſuperiorem, externamque partem cognominis glandulae, perque eam undique ramoſa finitur. Solent autem trunci dexter & ſiniſter ad ſe invicem ſe inclinare, ſaepe etiam alii ſuperficiales reperiri, alii profundi, a quibus & oeſophagus habet, & aſpera arteria, deinde rami exigui cum Thyreoidea inferiori communicare. Rarius autem paulo ſurculi, qui appendici glandulae proſpiciunt, coeunt cum hyoideo ramo arteriae Lingualis. Ramos ergo, praeter thyreoideae glandulae proprios, ad alias partes emittit, fere quos dicam. Primo loco ſuperficialem ſurculum ſupra os hyoides, & ad muſculum hyothyreoideum non raro euntem, qui arcum facit cum conpare, & anaſtomoſes etiam cum aliis ramis trunci habet. Alias etiam ad membranaceum ſpatium inter os hyoides, & ſcutiformem cartilaginem ſurculos dat. Alias ad cutem, muſculumque cutaneum verſus mentum ramos edit. Sed hic ramus non rariſſime deficit. Alter ramus deſcendit ad Hyothyreoideum, conjunctus ſaepe intermedio ramo cum aliquo trunci ejusdem ramo inferius orto; idemque ad cutaneum colli ſurculum dat, alio vero ramo ad ſternomaſtoideum deſcendit, alio ad imam cartilaginem thyreoideam ad hyo- & cricothyreoideos abit, conjunctus aliquando priori per ramum intermedium: aut cum ſocio transverſum arcum ſuper cricothyreoideum facit. Alias etiam ad ſternothyreoideum, & azygon, & frequenter ad thyreopharyngaeum longus ramus abit, etiam Cl. GVNZIO viſus p. 13. Vidi etiam ramum praelongum cum jugulari vena ad claviculam deſcendiſſe, & ibi ſe inſeruiſſe in inferioris thyreoideae ramo ſuperficiali. Vidi, neque raro, notabilem ramum ad pharyngem deſcendiſſe. Sed tertius, perpetuus ramus Laryngeus eſt, qui cum nervo octavi paris, ſuper originem muſculi thyreopharyngaei, inter cartilagines cricoideam & thyreoideam ſe inmergit: alias autem, ſed rarius, per foramen cartilaginis thyreoideae ſubit. Deſcendit in hujus & annularis cartilaginis intervallum: & ſubito aliquot ramos emittit; unum adſcendentem, in dorſum epiglottidis & vicinas membranas inter os hyoides & laryngem: alterum transverſum in aryarytaenoideos, & cricoarytaenoideum poſteriorem, in quo muſculo cum adſcendentis thyreoideae ramulis frequentibus ſurculis inoſculatur. Hic ultimus ramus alias diſtinctus eſt ab eo, qui faciei poſteriori guttalium cartilaginum & aryarytaenoideo muſculo proſpicit. Alium dat deorſum ad thyreoarytaenoideum & cricoarytaenoideum lateralem & poſticum & cricothyreoideum, qui nonnunquam, cum eo muſculo ad anteriora redit, & ante imum laryngem apparet. Truncus profundus, in ventriculum, ſuper ligamentum inferius ramum dat, & ad faciem anteriorem laryngis in membranam muciferam. Haec tota Laryngea, nonnunquam ſupra Thyreoideam proprio trunco a carotide externa oritur. Reliquorum vero, quos recenſui, ramorum, aliqui nonnunquam deſunt, plures non vidi. WINSLOWVS in L. III. *de Arteriis* n. 52. breviſſime totam arteriam tradit. FALLOPIVS duplici trunco ortam deſcribit *obſerv.* p. 132. CANTIVS originem bene expreſſit, nihil ultra T. I. f. 2. Cl. GVNZIVS brevius deſcribit, tum alius, nuperus auctor.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 59 sur 543

G. Carotidis internae flexiones extra cranium. *c*)
H. Ejusdem curvatura intra os petroſum. *d*)
I. Sectio ejus, ubi perforata dura membrana cerebrum adit.
K. Arteria lingualis obiter indicata. *e*)
L. Arteria facialis obiter expreſſa.
M. Ramus ejus palatinus. *f*)
N. Ramuli ad uvulam.
O. Ramuli, non perpetui, ad poſtremam partem palati oſſei.
P. Rami ſuperficialis linguae, qui ad mentum & labium inferius eunt.
Q. Arteriae infraorbitalis anaſtomoſis cum Alueolari a Maxillari interna. *g*)
R. Arteria temporalis.
S. Arteria occipitalis. *h*)
T. Auriculares.
V. Arteriae temporalis ramus interior. *i*)
Y. Ejusdem ramus exterior.
Z. Ramus auricularis.
α. Ramus ad maſſeterem & temporalem muſculos. *k*)
β. Trun-

c) COWPER apud DRAKE T. XX. n. 13. Caeterum modo acutioribus, modo ampliori-bus angulis flectitur.

d) Perpetua haec, & parum variabilis, primum ſurſum, tunc antrorſum migrat. In eo itinere tres vidi ramulos dediſſe carotidem, ad ductum pterygoideum & tubae cartilaginem, ad eamdem cartilaginem, & in canalem nervi duri arteriolam, quae ex hiatu oſſis petroſi ad duram matrem exivit. Hanc forte VALSALVA dixit, ut credo c. II. n. 22. ſed non perpetua eſt. An aliquis horum ramorum forte eſt, quem pro ramo nervi Intercoſtalis ad pharyngem eunte habuit D. LIEVTAVD p. 437?

e) Hanc, & angularem ſuo loco dicam, propriis expreſſas iconibus.

f) Pene perpetuus eſt, & major inter duos ramos, quos facialis arteria edit, dum ſecundum maxillae inferioris marginem, per glandulae maxillaris ſulcum repit. Tonſillas & palatum mobile, & ipſam uvulam adit. Vidi palatinam ſeorſim, ſed proximam, a trunco externae carotidis ortam fuiſſe. Vidi etiam, cum minor eſſet, pharyngeam adſcendentem ejus locum obtinuiſſe.

g) Hanc anaſtomoſin multiplicem reperi. Vidi ramum illum comitem buccinatoris (*s*), inſigni anaſtomoſi cum infraorbitalis ramulis conveniſſe; Vidi eamdem communicaſſe mutuis ramis cum arteriae facialis ſurculis.

h) Vide hujus hiſtoriam breviter recenſitam in deſcriptione Thyreoideae inferioris.

i) Quae in frontem exporrecta coit cum ophthalmicae ramis.

k) In hoc & in nupero cadavere hic ramus defuit, caeterum pene perpetuus, quem maxillaris interna arteria alias emittere ſolet, poſtquam ante pterygoideum externum, retro maxillam, transverſa fere introrſum migravit, in angulo, ubi incipit adſcendere. Alias ex primis ejus arteriae ramis eſt, ad latus externum Externi Pterygoidei, frequentius vero temporalis profundae primae. Transverſa eſt, ante tendinem temporalis & proceſſum coronoideum decurrit, Temporali imo, tendini ejus, & proximo Maſſeteri interno proſpicit, transverſim inter duos maſſeteres delata, tum deorſum. Ramulos etiam cum temporali ſurſum emittit, & nonnunquam dat Pterygoideo externo ramum deſcendentem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 60 sur 543

β. Truncus Maxillaris internae. *l*)
γ. Ramus *Meningeus*. *m*)
δ. Ra-

l) WINSLOWI l. c. n. 58. tum D. LIEUTAUD. D. VERDIER, BOUDON in PALFYNI *anat. Chir. II.* p. 242. (quorum corruptissima descriptio est, cum totidem truncos fere faciant, quot rami sunt), & Cl. GUNZII. EUSTACHIO nota fuit, ut apparet ex resecta origine T. XXIV. inter 13. & n. edit. Albinianae, sed a nemine, nisi fallor, ante nostra tempora pro dignitate descripta. Haec arteria temporali plerumque major est, ut pro trunco habeat Cl. GUNZIUS p. 16. 17. cujus temporalis arteria ramus sit. Verum directio carotidis externae repugnat, continuata temporali. Oritur ex trunco carotidis externae super ligamentum descriptum a Cl. WEITBRECHT *syndesmol.* p. 82. T. 8. f. 32. lit. *i.* quod sub condylo maxillae incipit, & ad angulum usque descendit, supra & juxta pterygoideum internum, atque inferius, quam articulatio maxillae inseritur. Ergo ad mediam fere altitudinem rami maxillae inferioris, prodit nostra arteria, & introrsum, paulum deorsum, se recondit, pone maxillam, ante pterygoideum externum. Post sex lineas mutata directione adscendit, pene ad jugum usque. Tunc magis oblique sursum & antrorsum secundum alae externae medium fertur, donec ad oram ossis maxillae superioris veniat, ubi ima pars est fissurae sphenomaxillaris, & propria spinula ex osse sphenoideo eminet. Inde miris saepe flexionibus adscendit antrorsum in fissura sphenomaxillari, eo magis semper abscondita, quo superior, ad usque fissurae orbitariae inferioris partem posteriorem. In origine vero infraorbitalis arteriae, quae origo est sub initio sulci hujus arteriae, maxillaris mutat directionem, & introrsum per semunciam flectitur, tunc vero subito in tres quatuorve ramos consumitur. Haec contuli cum Cl. GUNZII descriptione p. 18. & in universum convenire video. Quomodo vero Cl. LIEUTAUD hanc arteriam descendere viderit p. 479. ego non video. Nunc ramos quos vidi, enumero. Auricularem omitto sive temporalem posteriorem, quae solet propago esse temporalis arteriae, semel omnino visa a maxillari oriri. Hac omissa, ramus primus arteriae maxillaris, etiam non perpetuus, est auricularis profunda. Eam vidi contra ossa nuda adscendere ad posteriora meatus auditorii, inque ejus membranas & glandulas distribui. Alias a temporali venit. Alter, itidem ortus ex principio hujus arteriae, est *tympanica*, quae partim in pinguedinem distribuitur, quae ibi ad exteriora maxillae inferioris & plurima est, uno vero furculo per fissuram, quae inter articulationem maxillae inferioris meatum auditorium est, ad musculum anteriorem mallei subit. Nondum ausim perpetuum dicere, descripsi tamen qualem vidi. Tertius, sed frequens, est, qui parallelus fere & prior meningeo, sursum inter alam & musculum circumflexum tubae se abscondit, & furculum dat, qui secundum alam externam descendit, & utrique prospicit pterygoideo musculo, alium vero ad tubae musculos. Ipse trunculus, saepe non minimus, cum nervo tertio Quinti paris, & vena perpetua ad duram matrem venit, & receptaculum, in nervum Quintum, duramque matrem absumtus. Vidi ramulum a Carotidis internae ramo, quem voco arteriam receptaculi *ic. bas. cran. e.* exiisse cum nervo tertio Quinti, inosculatum arteriolae ab hac, quam hic dicimus, arteria profectae. Caeterum arteriam a maxillari, quam descripsi, breviter habet WINSLOW l. c. n. 58. uberius Cl. GUNZ p. 23. in fine, & aliquando seorsim vidit ortam, uti & mihi contigit. Eadem a meningea, fere ex dimidia longitudine, longe frequentius oritur.

m) *Meningea*, recte a FALLOPIO descripta & VIDO p. 133. p. 137. obiter a COLUMBO p. 184. deterius a VESALIO, qui pro propagine internae carotidis descripsit L. III. p. 489. & venae, ni fallor nomine p. 467. & L. I. p. 64. constans & princeps arteria durae matris, ex maxillari adscendit, paucis post lineis, quam ipsa orta est, & nonnunquam ex ipso principio, ut a Temporali orta videri possit, uti CANTIUS voluisse videtur l. c. & WINSLOW n. 64. & RAVIUS apud VALENTINUM *Zootom.* L. II. p. 102. *append.* & CHESELDEN p. 185. Eadem, prius quam cranium subeat, ambitur duobus ramis nervi tertii Quinti, qui iidem cum Duro communicant. Saepissime ramos, prius, quam cranium subeat, exhibet, qui repentes per partem sphenoidis ossis, commissam hinc squamoso ossi, inde alis vespertilionis, in musculum pterygoideum externum absumti, ubi supra alas ab ossis cuneiformi modo dicta regione oritur, ramulos tamen aliquos dant, qui minutissimis foraminulis perforant os cuneiforme, duramque matrem numerosi adeunt. Eos dixisse videri potest DIEMERBROECKIUS *Anat.* L. VI. p. 477. cujus *interior ramus* maxillaris est. Plerumque meningea fere media ramum dedit supra notatum, ad *l*, a quo etiam tubae musculi habent, trunco parallelum: alias furculum in non perpetuos canales ossis multiformis versus alam externam misit. Vidi etiam meningeam nullum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 61 sur 543

δ. Ramus *Maxillaris inferior. n)*
ε. Ramus meningeae pterygoideus. *o)*
ς. ς. Rami duo *pterygoidei* Maxillaris. *p)*
ζ. Ramus *temporalis profundus exterior. q)*
η. Ramus *temporalis profundus interior. r)*

θ. Ra-

nullum ramum dediſſe prius, quam cranium ſubiret. Caeterum haec arteria, longe plerumque uno, aliquando tamen duobus, & vicinis foraminibus, quorum anterius minus eſt, cranium ſubit: ut olim vidit VESALIUS p. 64. Sed etiam D. de MARCHETTIS p. 107. & PALFYN. *anat. Chir.* ed. nov. II. p. 57. duo foramina habent, & alii. Vide etiam *expoſ. icon. baſ. cran.* Inde, uti notiſſimum eſt, durae Matri cerebrum tegenti ſecundum convexitatem ejus ad ſinum falciformem usque, undique proſpicit, in cranii vero baſi inprimis foſſae mediae, tum anteriori cerebri. Vidi aliquoties ramum meningeae, vel duos, intra cranii ortos, per foramen alae magnae pterygoideae, duove foramina, proxime extremam alam parvam & glandulam lacrumalem ſubiiſſe, oſſique praeterea dediſſe malari, ubi craſſiſſimum orbitam terminat. Hunc ramum deſcribere videtur RAVIUS l. c. Venam vero durae matris comitem arteriae meningeae perpetuam reperio, quam etiam Cl. GUNZIUS habet p. 20. & dudum deſcripſi in COMM. BOERH. T. II. Caeterum foramen, quod deſcripſi in baſi cranii ad lit. *c.* non quidem perpetuum, ſed verum foramen, neque rimae ſimile eſt, ut viſum Cl. GUNZIO p. 20. Denique ab eadem meningea intra cranium oriuntur tum rami tres, quatuorve, qui per intervallum partis ſquamoſae & petroſae in os petroſum deſcendunt dicti DUVERNEYO *de l'oreille* p. 13. tum, continuo, quando in cranium prodit, duae arteriae, quarum ſuperior per fiſſuram propriam ingreditur aquaeductum, uti nunc coram video, & habet ſolertiſſimus CASSEBOHMIUS, n. 105. inferior muſculum internum mallei & tympanum adit. Poſteriori autem foſſae cerebelli plerumque ramus ab occipitali, aut a pharyngea eſt, praeter minores eos, quos vertebralis & occipitalis per magnum foramen inmittunt, aliosque, quos per vaga foraminula oſſis occipitis arteria hujus nominis durae matri dat.

n) Maxillaris inferior a COLUMBO detecta p. 181. non maxima, FALLOPIO dicta p. 132. b. ſex & octo lineis a trunci ortu egreditur. Deſcendit antrorſum cum nervo, & ſurculo ſat magno dato introrſum ad pterygoideum internum, quem comitatur nervus a linguali, dicto Cl. GUNZIO p. 25. tota in canalem oſſeum abit, plerumque communi cum nervo foramine, alias proprio. Hunc canalem in juniori-

bus corporibus effregi, & reperi ſublegiſſe dentium trium molarium radices, dediſſe in ſingulos alveolos, dentiumque imperfectorum folliculos ramum unum, duosque, quorum poſtremus maximus eſt, omnes vero per folliculum dentis reti faciunt. Ad molarem primum finditur arteria, & ramo uno cum mentali nervo ad faciem exit (COLUMBUS l. c. LIEUTAUD p. 480.) ſed perexiguo, inoſculato ramulis facialis arteriae, uti recte habet WINSLOW n. 62. Altero ramulo porro ſub radicibus dentium inciſorum adſcendit ad ſymphyſin usque, datque & inciſoribus, & ad ipſam oſſis diploen. Vena proprium canalem habet, inferiorem arterioſo.

o) Modo deſcriptus in not. *m.*

p) Ramuli Pterygoideis muſculis & maxime externo ex toto itinere transverſo arteriae accedunt, ſuperficiales alii, alii profundi. Magnum vidi introrſum deſcendiſſe ad utrumque muſculum, vidi trans alam externam ad ſolum internum, alium parvum ad alam & muſculum exteriores iviſſe; alias exiguum ex principio arteriae veniſſe. Semper aliqui ſunt, numerus & locus incertus eſt. Unum facit Cl. GUNZ. p. 26. & minores alios addit p. 30.

q) Hic & alter perpetui ſunt. Oritur autem prior infra eam ſedem, in qua arteria jugum contingit. Inde cum temporali muſculo adſcendens, ante pterygoideum externum, venit in temporum partem, in qua eminet margo oſſis ſquamoſi, conjuncti cum alis magnis oſſis cuneiformis. Abſumitur in carnem temporalis muſculi, & pericranium, ſed etiam maſſeteri dat, & fere ſemper Externo pterygoideo. Hoc fere loco etiam *ſuperficialis* oriri ſolet, not. *k.* & ea non raro hujus temporalis ramus eſt. Vidi etiam tres fuiſſe temporales, mediamque praeter eas, quas deſcripſi, minorem.

r) Hic fere oritur abſoluto transverſo itinere ad eam ſedem, ubi ſinui Highmori maxillaris arteria ſe adaptat. Parallela priori adſcendit, tecta jugo, per foſſam temporalem, quam facit os malae, commiſſum multiformi. Finis, qualis priori. Ab ea fere perpetuo ramulos vidi perforaſſe os malae, & adiiſſe periosteum & pinguedinem orbitae, & ſaepe lacrumalem glandulam. Caeterum duas etiam temporales habet EUSTACHIUS T. XXIV. XXV. & Cl. GUNZ. p. 27. & ramum, qui os jugi perforat p. 29.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 62 sur 543

ε. Ramus *buccalis*, comes buccinatoris muſculi. *s*)
ς. Ramus *alveolaris*. *t*)
ζ. Ramus *infraorbitalis*. *u*)

μ. Ra-

s) Ex majoribus ramis, aut truncus ipſe alveolaris eſt. Nonnunquam tamen proprio trunco provenit, alias a temporali profunda, aut ab infraorbitali oritur. Cum nervo erepit transverſus, dat muſculo buccinatori, & nonnunquam zygomatico, levatori proprio labii ſuperioris, & levatori communi, oris demum membranae. Cl. GUNZIUS breviſſime recenſet p. 30.

t) Non minima, & maxillari inferiori aequalis, perpetua, eleganter fere ſemper ſerpentina, per gingivas, carnibusque nudas partes oſſis maxillae ſuperioris, repit in faciem, & buccinatorem imprimis, & pinguedinem, quae malae rotunditatem facit, & cavam partem oſſis malae, hujusque periosteum, & gingivas, quibus frequentes ramulos edit. Dat etiam ſurculos, ſed incredibili parvitate, ſubeuntes dentes inciſivos. Vidi etiam per propria foraminula, in ſceletis non rara, dediſſe ſinui HIGHMORI ejusque membranae. Hic ramus nonnunquam ab infraorbitali oritur, & plerumque unus eſt hujus alveolaris & ejus arteriae truncus, quae buccinatorem comitatur not. *s*. Ab alveolari vero, in eo angulo obtuſo, quem facit oſſis maxillae maxima convexitas reſpondens ſinui, cum foſſa temporali commiſſa, oritur arteria *dentalis maxillae ſuperioris*. Eam dentalem in junioribus proſecutus ſum. Reperi uno ramo magno in gingivas abiiſſe, alio ſubiiſſe foſſam communem, quae in pueris tres dentes molares continet, his dediſſe, tunc exiiſſe ex hac foſſa, & per ipſam oſſis crasſitiem in proprio canali iter feciſſe, ramulosque perſubtiles dediſſe inciſoribus, anaſtomoſi vero coiviſſe, ubi ex fovea molarium prodibat, cum ramulo arteriae palatinae. In adultioribus ſulcum proprium habet, ſuper radices dentium inciſoriorum, ſub ſinu Highmori transverſim incedentem. Non raro idem truncus dentalis arteriae ramos dat Highmoriano ſinui. Caeterum dentalem breviter habet Cl. GUNZ. p. 31. & ibidem Highmorianas, alveolarem vero etiam COLUMBUS p. 184.

u) Perpetua eadem, oritur aliquando communi radice cum ramo Alveolari, ſub parte poſtrema foſſae orbitariae, & ſub ſulco, qui ducit in canalem infraorbitalem. Inde flexuoſa per ſemicanalem oſſis maxillaris repit, deinde per canalem integrum exit ad faciem non minima. Ibi proſpicere ſolet levatori communi labiorum, levatori ſuperioris labii, imaeque parti naſi, & anaſtomoſi plerumque convenire & cum ophthalmicae ramo naſali, & cum magna faciali, & cum arteria comite buccinatoris. Vidi peculiari foramine alium ramulum infraorbitalis arteriae perforaſſe os maxillae ſuperioris, ſuperius & interius, & levatorem labii ſuperioris adiviſſe. Ramulos autem, priusquam ſubeat orbitam, emittit conſtanter quidem aliquos ad duram matrem orbitae, & pinguedinem oculo circumpoſitam: ex ipſo vero canalis introitu, vel ex canali, alium, cujus ſurculi extimi etiam ad orbicularem inferiorem veniunt, alii transverſi obliquum inferiorem, ſaccumque naſalem & cum eo nares ipſas adeunt. In eodem angulo interno communicat idem cum ramo ophthalmicae. Alii, fere duo, rami infraorbitalis ex ipſo canali ad ſinum Highmori per propria foramina deſcendunt, membranamque hujus ſinus ſuperiorem ſuis pingunt ramulis (WINSL. 612.). In hac arteria nobiscum conſentit Cl. GUNZ. p. 32. Aliquando etiam infraorbitalis cum ramo ſecundo Quinti ſurculum dat retrorſum in duram Matrem replentem fiſſuram orbitariam inferiorem, & ſphenomaxillarem, & in receptaculum, quem ramum vidi alias a trunco maxillaris ſuper orbitalem prodiiſſe. Ita viciſſim cum ramo ſecundo quinti ramum a Carotide interna, ejusque ramo, quem depinxi *ic. baſ. cran. e.* vidi ex cranio veniſſe. Alicujus vero momenti arteriam duram matrem adiiſſe, nunquam vidi, qualem deſcribit WINSLOW T. III. n. 60. T. IV. n. 26. & LIEUTAUD. p. 480. & SYLVA *de la ſaigneé* p. 211. 343. & PALFYN *anat. Chir.* ed. ult. II. p. 57. & GARENGEOT. *ſplanch. not. II.* p. 216. & alii. Conſentit vero mecum Cl. GUNZ. p. 31. 33. Quam autem VIEUSSENIUS arteriam eodem loco pingit p. 31. & T. XVII. *lit.* X. X. & repetit RIDLEY p. 21. fig. 2. *b. b.* eam Carotidi internae tribuunt, in foramine petroſo haerenti. Sed ego RIDLEYUM ramum ab ophthalmicae naſali ramo pingere crediderim. VIEUSSENIUS autem aliquid peculiare vidit, majorem forte arteria receptaculi. Ita neque unquam hanc noſtram infraorbitalem vidi dediſſe arterias oculares, quod excidit WINSLOWO T. IV. *de la tete* n. 295. 296. & D. LIEUTAUD. p. 480. & primum obſervavi in BOERHAAVIUM T. IV. p. 95. deinde Cl. GUNZ. p. 33. Sed olim ophthalmicam verius notam habuit COLUMBUS p. 184.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 63 sur 543

μ. Ramus *palatinus.* y)
ν. Ramus *pharyngeus ſupremus.* z)
ξ. Ramulus *ductus pterygoidei.* aa)
ο. *Naſales* arteriae.
π. Ramuli ad perioſtea fiſſurae orbitariae. *bb*)

ρ. Ar-

y) *Palatina ſuperior*, & ab ortu mihi dicta, & a coeli palatini altitudine, quo mobile palatum ſuperat, vix niſi nominatur a COLUMBO p. 184. Ea ex trunco provenit paulo inferius, quam is finitur. Simplici aliquando trunculo, ſed cito fiſſo, alias & ſaepe duplici, alias triplici provenit. Inde per canalem pterygopalatinum deſcendit. Truncus poſterior paulum retrorſum inclinatus, venit in partem ultimam palati oſſei, & finitimam palati mobilis, glandulasque & membranas ejus. Plures etiam vidi fuiſſe, per plures canaliculos perforantes pyramidem oſſis palati. Anterior, major, per foramen palatinum anterius in palatum oſſeum procedit, antrorſum migrat ſub dentibus, mirumque facit rete ſub oſſe maxillari, cui innumeros dat furculos, tum alios pulpoſae ſubſtantiae palati. Ab eo ramo oriri vidi arteriam exiguam, quae cum membranea propagine per ductum inciſivum ad nares adſcendit. Breviſſime has palatinas memorat WINSLOW n. 59. uberius GUNZIUS p. 39.

z) Hic ramus, niſi minor eſſet, poſſet haberi pro ultima continuatione arteriae, quam deſcripſimus. Oritur ad ſupremam partem ſinus Highmori. Adſcendit retrorſum retro ſinus ſphenoideos, in tenſam & tendineam pharyngis ſellae turcicae ſubrenſi ſubſtantiam, per quam, & in ſummo pharynge, & deorſum verſus alas pterygoideas dividitur. Dat etiam furculos nutritios oſſi, cui proxime ſubeſt, & aliquando canalem oſſeum proprium perforat, ſuper alarum radicem, a Vidiano diverſum, alias ſub oſſe nudo repit. Dat autem perpetuum ramulum, in BOERHAAVII commentario a me deſcriptum T. IV. p. 51. in paradoxum illum pterygoideum ductum, qui cum nervo, & vena retrorſum transverſus incedit, & plerumque anaſtomoſi facta communicat cum ramo aut Carotidis internae, ut aliquoties manifeſtiſſime vidi, orto in ipſo oſſeo ſinu, aut pharyngeae adſcendentis, & etiam Cl. GUNZIO obſervante p. 38. aut, quod ſaepius vidi, ramuli a meningea orti, qui in fiſſuram aquaeductus ſe inſinuat, comitemque ſe addit nervo duro. Hic diverſus eſt a ſtylomaſtoidea, quae a temporali orta nervum durum comitatur, & ita parva eſt, ut proprium locum inter ramos carotidis externae accepiſſe vehementer mirer apud D. LIEUTAUD. Caeterum arteriola ductus Pterygoidei etiam proprio nonnunquam trunco a naſali oritur, ſub Pharyngea ſuprema, & perpetuo inſeritur in cartilaginem tubae, ad anteriora canalis carotici. Et ductum, & arteriolam habet MONROO *of the bones* p. 128. ſed male naſalem ea via ducit, deinde Cl. GUNZIUS p. 39. Sed longe magis mirarer habere eum ductum veteres, ut VESALIUM p. 64. INGRASSIAM p. 93. PLATERUM p. 36. 118. VIDVM p. 30. niſi ita deſcriberent, ut appareat, haec ſubtilia vaſa ipſis ſatis non fuiſſe perſpecta. Nervum comitem a ſecundo Quinti deſcribit POUPART apud le CLERC. *Chir. compl.* p. 107. Venam nunc manifeſto mihi viſam SANTORINUS Conf. *expl. ic. baſ. cran.*

aa) Nominata a FALLOPIO p. 133. obiter a WINSLOWO dicta eſt n. 59. melius vero a Cl. GUNZIO p. 36. Veteres & nuper CHESELDENIUS p. 185. male ab interna Carotide deduxerunt. Unicus aliquando, plerumque duo rami, alias tres ſunt, qui per intervallum duorum proceſſuum oſſis palati, ſupremas nares adeunt, ad radicem poſteriorem ſuperioris conchae. Ramos perſecutus reperi, ſuperiorem alium minoremque adſcendere uno ramo ad cellulas ethmoideas poſteriores, & ſinum ſphenoideum per orificium, quo in nares patet, parte altera poſtremam ſepti narium adire. Ramus vero major oblique antrorſum trans imum os ſpongioſum anterior deſcendit in fundum narium. Dat autem oſſi ſpongioſo vulgo ſuperiori, tum inferiori, & ramos antrorſum euntes meatui narium medio, imo furculus forte ipſius eſt, neque enim ſatis certo vidi, qui per ductum inciſivum ad palatum oſſeum deſcendit. LIEUTAUD. p. 480. Alios ramulos in ſinus HIGHMORI mediam & internam partem inmittit. Anterior vero pars ſepti narium & proximae cellulae ethmoideae furculos habent ab ophthalmicae ramo, qui cum nervo a Primi Quinti ramo inferiori transverſus orbitam perforat, pictus in icone baſeos cranii, deinde antrorſum, dura matre, tamquam tubo, veſtitus, venit, & per foramina cribroſa deſcendit in ſeptum cellulasque. Hic ramus ad duram matrem, cribroſo oſſi proximam, totamque foſſam cerebri anteriorem dat furculos, Ramos ejus naſales jam DIONIS habet *cour d' anat.* p. 583. ſed totis naribus non bene tribuit. Meningeos deſcribit CHARRIERE *anat. de la tete* p. 110. & pingere videtur RIDLEYUS. Aliqua etiam pars ſupremarum narium furculos habet ab arteriola & venula, quae naſi os perforat. Eae ipſae etiam ophthalmicarum ſunt propagines.

bb) Vide not. *u*.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 64 sur 543

τ. Arteria *Pharyngea adſcendens. cc)*
υ. Ramus ejus ad linguam.
φ. Ramus ad muſculos colli.
χ. Ramulus ad ganglion cervicale ſuperius.
ψ. Rami pharyngei, & muſculorum uvulae.
ω. Vena jugularis interna.
a. Nervus durus Paris ſeptimi.
b. Ejus anaſtomoſis cum nervo octavi paris. *dd)*
c. Nervus noni paris.
d. Ejus ramus deſcendens ad colli muſculos & nervum Phrenicum. *ee)*
e. Truncus nervi octavi paris.
f. Nervus acceſſorius.
g. Nervus ab Octavo ad baſin linguae & plexum pharyngeum. *ff)*
h. i. Ner-

cc) Hanc arteriam, quod nondum ſatis deſcripta ſit, hic viſum eſt recenſere, donec figuram addere liceat. Nomen dedi, quod ſurſum ad infundibulum Pharyngis inprimis adſcendat, WINSLOWUS hanc videtur velle n. 54. ſed ramos ipſi tribuit, mihi non viſos, omittit vero eos, quos nunquam defuiſſe vidi. Ita neque quidquam obſervationes meae commune habent cum iis, quae habet Cl. GUNZIUS p. 14. Sed neque arteriola eſt, ut alibi vocatur, neque tres tantum ramos habet, uti nuper imperfectiſſime deſcripta eſt. Cl. LIEUTAUD eam omnino omittit. Ex carotide externa oritur, ex omnium primis, e regione fere lingualis arteriae, ſed poſterior, ut lateat tecta reliquis Carotidis ramis, caeterum minor omnibus, & fere lineae diametro. Adſcendit trunco ſuo, quaſi recta ſubitura foramen caroticum, adnexa pharyngis poſteriori lateri, ubi hunc multa celluloſa fabrica cum muſculo recto interno & longo connectit, retro muſculum ſtylopharyngeum, cui ſurculum dat, Ramos autem ſoleo in externos & internos dividere. Internorum primus inflexus pharyngem adit, datque etiam interno pterygoideo. Vidi etiam primum ramum a pharyngea ad linguam veniſſe cum nervo linguali octavi paris, in poſtremam craſſitiem hujus organi. Deinde Pharyngei incurvi rami non unicus ſaepe, ſed duo, & tres ſimillimi ex trunco veniunt. Alius ramus *palatinus*, incurvus, & pterygoſtaphylino tectus, in pharyngem & velum mobile palati deſcendit, & uvulam ipſam & pharyngopalatinum muſculum, & tonſillam. Etiam iſte duplici trunco ſaepe advenit. Tertius cum ſtylopharyngeo, ad tubam usque adſcendit, & reflexus duobus ramis iterum deſcendit cum levatore palati mobilis, cui, & circumflexo, ſurculos dat, aliquando etiam palato mobili. Truncus ipſe pharyngeae adſcendit, quaſi penetraturus in cranium, ſed dato ramo in pharyngem, in tubam cartilagineam abit, & ultimo per cartilaginem oſſi petroſo & occipitali intermediam, ſub canalis carotidi parte interna antrorſum it in duram matrem usque. Externorum ramorum fere primus in perioſteum vertebrarum, ganglion intercoſtale, nervum octavi paris, & maſtoideum aliquando muſculum abit. Sequi ſolent unus, duo, tresve trunci in muſculos rectum, longum, rectum aliquando lateralem, perioſtea vertebrarum colli, glandulasque conglobatas colli. Hi fere adſcendunt. Alius etiam ſurſum cum jugulari adſcendit, ſed in rectum lateralem & originem recti majoris abſumitur: & idem dat pharyngis parti poſteriori. Hujus ſurculus partim cum nervo octavi paris cranium ſubit, & per duram matrem, in facie interna oſſis petroſi, in ſinum usque cavernoſum adſcendit, cum nervo ſexti paris, aliis vero ſurculis in venae jugularis membranas finitur, & in carotidis membranas. Caeterum aliquando duas pharyngeas adſcendentes, ſed proximas vidi ex carotide oriri.

dd) A duro nervo continuo, poſtquam ex foramine ſtylomaſtoideo exiit, ramus deſcendit trans biventrem muſculum, iterumque ad ſuperiora redux inſeritur ramo pharyngeo Octavi, nemini, quantum novi, dictus.

ee) Ad hunc aliquoties vel in ſupremo, vel in imo thorace acceſſiſſe, & conjunctum fuiſſe vidi. Conf. Diſſ. *de orig. nerv. interc.*

ff) Hunc plexum hujusmodi nuper reperi. Lingualis nervus octavi paris deſcendit, cum ſtylopharyngeo, cui & vicino pharyngi ſurculos impertit, abitque in linguae carnes proxime os hyoides, exterius quam arteria & vena lin-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 65 sur 543

h. i. Nervi intercoſtalis duae radices. *gg*)
k. Trunculus communis.
l. Ganglion ejusdem magnum.
m. Intercoſtalis vulgo dictus nervus.
n. Nervus Maxillaris inferior a Tertio Quinti.
p. Nervus Lingualis ab eodem.
q. Nervus temporalis ejusdem.
r. Nervus buccalis.
s. Nervus infraorbitalis.
t. Nervus Laryngeus.
u. Nervus Palatinus.
x. Nervus ab infraorbitali ad ſinum Highmori.
y. Nervus quarti paris.
z. Nervus ſexti paris.
r. Nervus tertii paris.
Δ. Nervus opticus.
⊙. Ductus ſuper pterygoideas alas.
1. 2. 3. Muſculi a proceſſu ſtyliformi orti.
1. Stylogloſſus.
2. Stylohyoideus.
3. Stylopharyngeus.
4. Globus oculi.
5. Trochlea.
6. Muſculus patheticus.
7. Rectus ſuperior.
8. Elevator palpebrae ſuperioris.
9. Sinus Highmori pars.
10. Stylus tubae inmiſſus.

lingualis. Nervus vero a ſuprema parte Lingualis nervi octavi paris ante carotidem internam deſcendit, ad crico- & thyreopharyngeum muſculos. Sed prius, plexum facit in intervallo carotidum, a quo ramuli varii ante lingualem arteriam conflexi, ad eam ipſam, alii ad temporalem, alii ad carotidem externam arteriam veniunt, in tunicis conſumti. Ad eumdem plexum ramos dat Laryngeus octavi paris ramus, cum intercoſtali variis anaſtomoſibus junctus. Dat etiam Ganglion magnum intercoſtalis ramos, & pharyngeo, & laryngeo octavi paris varie conjunctos. Sub eo vero plexu, quem dixi pharyngeum, alius plexus eſt laryngeus, conjunctus ex ſurculis ganglii magni & ex Laryngeo octavi paris. Hujus plexus ſurculi abeunt in thyreopharyngeum, in muſculos glandulae thyreoideae incumbentes, in cricopharyngeum, & alius deorſum ad glandulam, quam nominavi, qui duplici ſurculo cum recurrente nervo inoſculatur. Haec obiter, neque collata cum ſcriptoribus, alias expediam. Monere autem interim viſum eſt, plexum illum, qui carotidibus proſpicit, primum a me deſcriptum *de orig. nerv. interc.* n. 17. ab anatomicis Gallis etiam recentiſſime detectum eſſe, uti ex Cl. GUNZII opuſculo video p. 4.

gg) Nempe modo duplici trunco nervus intercoſtalis oritur, modo ſimplici. Perpetuus eſt, qui anterior & exterior adjacet carotidi, ex meatu oſſeo ad proceſſum clinoideum poſteriorem adſcendenti. Idem plerumque ciro bifidus eſt. Alter non perpetuus & minimus, interior eidem carotidi adſidet & poſterior.

D. AL-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 66 sur 543

D. ALBERTI HALLER

ANAT. P. P. O.

ICON ARTERIAE THYREOIDEAE INFERIORIS

PRIMA

PROGRAMMATIS INVITATORII LOCO

AD DEMONSTRATIONES HYEMALES

MDCCXXXXIII - MDCCXXXXIIII.

LECTURIS S.

Arteriarum historia dudum mihi inventis fecunda visa est, quae a solo WINSLOWO, *et nondum cum ea ubertate sit tradita, quam in ossium et musculorum historiis videmus. Ergo sumsi mihi hanc partem anatomes, quam ex abundantissima cadaverum obportunitate ornarem, daboque operam, ut iconibus, quae hactenus fere nullae sunt, illustratam edam, quam primum partem aliquam ita, ut mihi utcunque satisfaciam, perspectam habebo. Hanc autem, de qua nunc ago, thyreoideam inferiorem olim a.* 1735. *M. Febr. doctissimi* RITTERI, *physici nunc Lauterbacensis in Hassia, penicillo primum adumbrari curavi, miratus magnitudinem ignoti fere vasis. Deinde a.* 1737. *M. Octobri pene totam persecutus sum, ramos certe adscendentem, oesophageum, thoracicum, ramulosque ad me-*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 67 sur 543

dullae ſpinalis involucra primum vidi, et horum ramorum brevem hiſtoriam, quod mihi novi viderentur, dedi M. Aprili ejusdem anni 1738. *in hiſtoria* fetus bicipitis *p.* 20. *Monui tunc virum, qui eo tempore miniſtri et amici loco mihi erat, ut hanc ſibi ſumeret ſpartam, eumque video nuper, multis a meo conſilio annis, in* epiſtola anatomica *p.* 26. *deſcripſiſſe, aut certe nominaſſe, ramum Thyreoideae adſcendentem, ramulos ad ſpinalis medullae involucra, ramos ad glandulas bronchiales, ramulos minores ex trunco arteriae thyreoideae ad duram matrem, arteriolam cervicalem poſteriorem, uberiorem denique de* vaſis Thyroidibus *tractationem promittere. Non ideo viſum eſt non edere icones, quae mihi non displicerent, & deſcriptiones, quas edendas ſuſceperam* de arter. & venis bronch. *p.* 8. *et* de nerv. imper. *p.* 14. *et in quibus nonnulla forent nondum ab eo auctore promiſſa, ut ramus ſcapularis thyreoideae, ramus cervicalis poſterior, anaſtomoſes cum vertebrali, rami bronchiales, oeſophagei, thoracici, laryngei, arteria cervicalis ſuperior, et infima, tum alia. Neque video damnum aliquid, quod in anatomen ſit rediturum, ſi, quam maxime, praeter meam alia deſcriptio aliaque icon prodierit. Id unum addo, mire has arterias ludere, ut difficilis illa ſectio oſſeorum proceſſuum mihi minus moleſta fuerit, quam mearum obſervationum ordinatio. Eas enim numeroſiſſimas, et mirifice a ſe ipſis diverſas habebam. D. XI. Febr.* 1745.

EX-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 68 sur 543

EXPLICATIO FIGURARUM.

T. I.

A. Cor obiter expreſſum, & reclinatum.
B. Aorta deſcendens.
C. Oeſophagi pars.
D.D. Aſpera arteria.
E. Thyreoideae glandulae pars dextra.
F. Larynx obiter indicatus.
G. Vena Cava.
H. Radix carotidis dextrae & ſubclaviae.
I. Carotis dextra.
K. Subclavia dextra.
L. Vertebralis.
M. Mammaria.
Ξ. Intercoſtalis ſuperior. *a*)
Π. Ejus anaſtomoſes cum inferiori.
N. Subclaviae truncus.
O. Cervicalis ſuperficialis. *b*)
Σ. Tho-

a) Perpetua arteria, uti dudum, contra GARENGEOTVM, adſerui *Comm. Boerh.* n. 308. not. *d.* egregie jam GALENO nota *de venar. & arteriar. diſſect.* c. 9.

b) Hujus, & duarum ſimilium arteriarum hiſtoria neceſſario cum thyreoideae hiſtoria conjungenda eſt, cum unius rami, alterius deficientes ramos ſaepe ſuppleant. Plerique omnes obiter recenſent. Ergo *Cervicalis ſuperior* ſive *ſuperficialis*, non penitus perpetua, oritur ex ſubclavia, ſecundum ambitum exteriorem muſculi ſcaleni primi, mediocris arteria, & multo minor, quam thyreoidea. Eam omittit WINSLOW, & qui alii de his rebus ſcripſerunt, notaſſe videtur EUSTACHIUS T. XXV. ad β. & T. XXVI. ad 15. COWPERUS vero expreſſiſſe in *append.* T. III. ad 20. 20. huc enim, ob transverſum ſitum, mallem referre. Ex hac origine, transverſim fere profecta, continua tegitur radicibus brachialium nervorum, ut totidem ſupra ſe, totidem fere infra habeat, deinde vero a ſcaleno laterali abſconditur. Dat ſcaleno anteriori, & laterali, & longo, ſurſum euntem ramum. Ibi finditur & generat ramum dorſi ſcapulare, quem alias vidi ex Thyreoidea veniſſe, alias ex intercoſtali ſuperiori, alias ex cervicali profunda. Is cum nervo & vena deſcendit, venit in foſſam ſuperſpinalem ſcapulae, dat muſculo, qui eam replet, acromii periofteo, cuti ſummi humeri, & nonnunquam deltoidi, & per hiatum inter radicem proceſſus coracoidei, & coſtam ſuperiorem, ut ajunt, ſcapulae, deſcendit in muſculum infraſpinalem, inque eo terminatur. Hanc EUSTACHIUS habet T. XXIV. ad *p. q.* editionis ALBINIANAE. *Scapularis externa* eſt WINSLOWI n. 126. qui ad teretem usque vidit deſcendiſſe, & *Scapularis ſuperior* WALTHERI *de vaſ. vertebr.* p. 13. Hujus aliquando ramus eſt, alias cervicalis profundae ramus, quae ſecundum baſin, ſcapulae fere ad angulum ejus inferiorem, deſcendit, varie diſtributa in infraſcapularem, ſerratum poſteriorem ſuperiorem, & majorem alterum, rhomboidem, latiſſimum, trapezium, & his muſculis perforatis in cutem ſummi dorſi & cervicis. Solet autem alio ramo inter ſerratum ſuperiorem minorem & rhomboideum repere, alio inter coſtas & ſerratum. Surſum ſaepe ramum edit in ſplenium capitis, ſplenium colli, transverſum colli, ſcalenos, levatorem ſcapulae, complexum, omnes, vel tres priores. Satis conformem meis obſervationibus pingit EUSTACHIUS T. XXIV. & deſcribit, cum nomine *ſcapularis* & *colli poſterioris* ILL. WALTHERUS l. c. p. 11. 12.

Alter hujus arteriae cervicalis princeps ramus transverſalis eſt, is levatore ſcapulae tegitur,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 69 sur 543

Σ. Thoracica externa.
P. Thyreoideae inferioris truncus. *c*)
Q. Ramus transverſus ſcapularis. *d*
Φ. Ejus finis in ſuperſpinali muſculo.
Ψ. Nervus diaphragmaticus.
Ω. Nervus noni paris.

R. Ra-

gitur, dat huic, & deorſum nonnunquam latiſſimo, tunc finditur. Surculus ſuperficialis eſt, qui Levatori, Trapezio, & cuti proſpicit. Profundus alter ad ſplenium capitis, alterumque colli ſplenium, tectus-trapezio, ramoſus abſumitur, maxime in ſplenium capitis. Hunc ramum profundum vidi a thyreoideae ſurculo ſuppletum fuiſſe. Eadem cervicalis aliquando, & quidem in corpore, unde icon prima deſumta eſt, tegit profundo trunco proceſſus transverſos colli, & cum Thyreoideae ramo adſcendente patulo ramo conjuncta eſt, ſub atlante. Dedit eadem ad duram matrem medullae ſpinalis ramos, ſub prima, ſecunda, tertia, quarta vertebra colli, qui ſinguli cum ſibi vicinis arcus fecerunt. Hi vero rami ab adſcendente ramo Thyreoideae venire ſolent.

Cervicalis alia *minor*, *inferior* viſa eſt aliquoties orta a ſubclavia, prope thyreoideam, ſed exterior, adſcendere ad muſculos profunde a proceſſibus transverſis ortos, ſpinalem, ſcalenum brevem, aliosque, & ad medullam ſpinalem dare, ſub vertebra quinta, ſextaque, aut, ut bis vidi, ſub ſeptima & octava. Trunculus ejus in levatorem, ſplenium colli, transverſalem abibat. Alias a Thyreoidea oritur prope originem. Ea videtur eſſe, quam *aliam valde exiguam* vocat WALTHERUS l. c. p. 12.

Cervicalis vero *profunda*, perpetua, diverſa a prioribus, & plerumque proprio trunco orta, venit ex ſubclavia, proxime Thyreoideam, alias ante eam, alias poſtquam ea jam nata eſt. Eam habet WINSLOW cum nomine *Cervicalis poſterioris*, additque aliquando ex vertebrali oriri T. III. *des arter.* n. 93. Idem nomen habet VERDIER. Sed dudum, neque male, ut breviter, deſcripſit VESALIUS p. 487. iconemque dedit in *tab. art.* reperiitque utcumque VIDUS p. 136. iisdemque cum VESALIO verbis VALVERDA p. 280. Muſculam dixit C. BAUHINUS *theatr.* p. 239. T. XII. L. II. O. O. & SPIGELIUS p. 175. ex VESALIO uterque, unde etiam CASSERII icon ſumta eſt L. VI. T. II. inter d. & e. Idem nomen habet DIEMERBROECK p. 476. BARTHOLINUS p. 652. VERHEYEN T. XXXVIII. lit. k. HEISTERUS & plerique alii. Ex principio ſuo dat ramulos ante corpora vertebrarum imarum colli ludentes, aliosque ſcaleno brevi, laterali, longo: tunc tecta brevi ſcaleno, aliisque muſculis colli ab his vertebris ortis, ſub proceſſu transverſo quinto, ſexto, aut ſeptimo (WINSLOW.) adſcendit introrſum, inter ſpinalem muſculum & proceſſus transverſos, dat utrinque ramos varios, & terminatur fere in conplexum, prope occiput, ibique ultimis ramulis exit in cutem. Ejus rami alii in ſtrato eo ſunt, quod inter ſpinalem & conplexum eſt. Horum denuo alii interni ſunt ad conplexum, ſpinalem. Idem paſſim in trapezium & cutem exeunt ſuperficiales EUSTACH. T. XXIV. ad g. Alii vero extrorſum eunt ad conplexi, trachelomaſtoidei, ſplenii capitis, ſplenii colli, transverſalium origines. Horum ramorum aliquis ex ſupremis inoſculatur ramo vertebralis arteriae, tectus obliquo inferiori, cui dat ſurculos, ſub atlante, pluſculi vero cum occipitalis ramulis continuantur. Utramque anaſtomoſin etiam WINSLOWUS habet n. 94.

Infimae vero partis colli, ſub quinta vertebra, carnes profundiſſimae peculiarem ramum accipiunt, ab intercoſtali ſuprema, ex ipſo thorace ſurſum miſſum.

c) *Thyreoidea inferior* arteria, toto in pueris reliquo trunco ſubclaviae major, proxime exterius, quam vertebralis, oritur, eodem fere loco, quo mammaria, & intercoſtalis ſuperior. Semel rariſſimo exemplo, a carotide vidi natam. Eam WINSLOWUS *Cervicalem anteriorem* vocat, ejusque ramos anteriores & inferiores breviter recenſet. WINSLOWUM fere imitatur BOUDON IN PALFYN p. 241. & VERDIER. EUSTACHIUS eam adumbravit T. XXV. & XXVI. ubi tres rami habentur, thyreoideus, adſcendens, cervicalis, & forte Laryngeus. Praeſtantiſſimus denique WALTHERUS vocat *arteriam juguli & ſcapulae communem*, eique etiam eos ramos adtribuit, quos cum nomine cervicalium deſcripſi, *de vaſ. vertebr.* p. 11. Veteres obiter, & vix nominarunt. Confer VIDI VIDII iconem T. XXVII. f. 1. f. ubi praeter omnem naturae morem parvam pinxit. Paulo majorem fecit COWPERUS *append.* T. III. 19. 19. ſed minime perfectam dedit deſcriptionem. Obiter etiam recenſet D. LIEVTAVD p. 481. Haec magna arteria ab origine in ramos tres vel quatuor finditur. Quatuor in eo corpuſculo fuerunt, unde icon prima deſumta eſt.

d) Primus, perpetuus, GALENO forte dictus, ubi inter ramos ſubclaviae proximo vertebris

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 70 sur 543

R. Ramus *transverſus colli. e)*
S. S. Ramus ſuperficialis ad cutem pectoris.
T. Ramus ad Levatorem, conplexum, ſplenium.
V. Ramus ad Trapezium.
Y. Ramus deſcendens ad ſuper- & infraſpinalem.
Z. Ramus Thyreoideae *adſcendens. f)*

a. Sur-

tebris loco ramum ad loca claviculae vicina nominat *de art. & ven. diſſ.* c. XI. Semel tamen vidi, a mammaria, & ſemel ab intercoſtali ſuperiori ortum fuiſſe. Superficialis eſt, parallelus claviculae: Prope originem ſuam ramulum dat in maſtoidei inſertionem ſternalem, & ſternohyoideum, alium in caracohyoideum, alium ad cutem colli & ſummi pectoris; alios parvos in membranas cavae venae & ſubclaviae, alium tectum clavicula in ſubclavium, majusculum, alios in trapezium, uti fere aliquid habet ſimile EVSTACHIVS T. XXV. lat. ſin. Trunco vero ſuo in foſſa ſuperſpinali cutaneus finitur, ramo ad humeri cutem ad exterius latus deltoidis aliquando emiſſo. Alias autem vidi cum levatore adſcendiſſe, dediſſe huic & trapezio, & inoſculatam fuiſſe ſurculo cervicalis arteriae. Vidi etiam locum tenuiſſe rami ſcapularis cervicalis arteriae, & per hiatum coſtae ſcapulae ad infraſpinalem muſculum veniſſe. Eſt ubi ramum ad infraſcapularem & ſerratum anteriorem majorem deorſum miſit, quem ſolet dare deſcendens ramus Cervicalis arteriae.

e) Alius ramus, qui in icone prima pingitur, non raro ſubpletur a ramo cervicalis ſuperioris. Transverſus autem datis ramis in maſtoideum, cutem pectoris (ic. I.) collive, trapezium, ſplenium, levatorem ſcapulae, trunco ſuo adſcendit inter levatorem & trapezium, in hunc, ſplenium, trachelomaſtoideum, Levatoremque ſcapulae abſumta, communicans paſſim in ſplenio, & alibi, cum ramis occipitalis. Vidi hunc ramum, communi cum adſcendente principio pariter ortum, (ut in ic. I.) dediſſe toti cervici ad occiput usque, deorſum in conplexum, ſurſum vero cum eodem in rectum usque majorem, tum trachelomaſtoideo &c. Idem dabat tres ramos medullae ſpinalis, quos alias Adſcendens dat, ad tertium, quartum & quintum par nervorum. Locum ergo occupabat trunci cervicalis ſuperficialis not. *b.*

f) Tertius ramus Thyreoideae, *adſcendens*, perpetuus fere eſt. Oritur aliquando ſolus, alias cum priori, vidi etiam ſeorſim veniſſe a ſubclavia, exterius, quam thyreoidea. Minor caeterum prioribus, adſcendit ſecundum proceſſus transverſos colli, adjacens hic ſcalenis, inde recto interno. Hinc *ſcalena* dicta eſt ILL. WALTHERO l. c. p. 12. ubi eam breviſſime indicavit. Dat ramos variabiles, alios ſuperficiales ſcaleno anteriori, & medio, etiam longo, & levatori ſcapulae, majoremque ex ſumma pene parte, trans ſcalenos, ad levatorem ſcapulae, cumque eo deorſum, tum ſplenio; alium recto interno, levatoris principio, maſtoideo aliquando, & glandulis jugularibus, ubi deſinit nonnunquam, & alios varios ramos adſcendentes, per vertebrarum faciem anteriorem ludentes. Vidi etiam dediſſe praelongum ſurculum, qui ſequebatur nervum octavi paris. Ultimo circa primam vertebram inoſculari ſolet ramo deſcendenti pharyngeae, & datis ramis ad ganglion intercoſtale magnum, & glandulas jugulares, ibique terminari.

Profundi vero rami alii paſſim ad muſculos cervicis intertransverſales, ſcalenos poſticos, ſplenios colli, transverſales, ab iisdem ortos proceſſibus, variis locis exeunt. Sed etiam cum nervis cervicalibus pene perpetuo ramos dat ad medullae ſpinalis involucra, quorum ſupremus longe plerumque, & pene ſemper, ſub atlante in vertebralem arteriam patulo oſculo inſeritur. Numerus autem ramorum incertus eſt. Saepiuſcule vidi dediſſe ramos ad ſpinalem medullam, cum nervo ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto. Alias cum quarto, quinto & ſexto nervo medullae dediſſe; alias cum tertio, quarto, quinto, ſexto, alias cum quinto, ſexto. Vidi trunco majori ſub quarta, & alias ſub tertia vertebra ſe abſcondiſſe, ut in ic. I. ubi numeroſos ſurculos conplexo & trachelomaſtoideo dedit, porroque ad cervicem ſub ſecunda vertebra venit, inter ſplenium & conplexum, dedit utrique, inoſculata occipitali ſuper proceſſum transverſum atlantis, profundeque ibi demerſa communicavit, & cervicali & vertebrali arteriae, & cum iſta conjunctim medullae ſpinalis involucro dedit. Vidi eodem loco, ſub vertebra quarta, veniſſe profundum ramum in cervicem, & loco cervicalis arteriae profundae inter ſpinalem & conplexum iviſſe, dediſſe trachelomaſtoideo, deſcendenti DIEMERBROECKII, ſpinali, conplexo, multifido denique, & toti profundae cervici. In eodem cadavere ad medullam ſpinalem edidit cum quinto, quarto, tertio, ſecundoque nervorum cervicis, ultimo vero, uti fere ſolet, inoſculata fuit in vertebralem, ſub atlantis transverſo proceſſu.

In cadavere, unde Icon II. deſumta fuit, tres trunci fuerunt adſcendentes. Eorum major, a thyreoidea ortus, dedit primo loco trans ſcalenum,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 71 sur 543

a. Surculus ad Scalenos.
b. Surculus profundus, unde rami ad medullam.
c. Ramus ſuperficialis ſuperior.
d. Surculus ad ſcalenum anteriorem.
e. Ad eumdem & longum ſcalenum.
f. Supremus ad ſcalenum muſculum rectum.
g. Surculi ſupremi ad glandulas jugulares ganglionque intercoſtale.
h. Ramus Thyreoideae Thyreoideus. *g*)
i. Surculus in muſculum ſcalenum & medullam. *h*)
k. Ramus ad aſperam. *i*)
l. Ramus ad aſperam, qui cum ſurculo Bronchialis pectoralis communicat.
l. Alius ramus ad aſperam. *k*)
m. n. Rami ad oeſophagum.
o. Trun-

lenum, levatori, tunc alium, in cutem, & trapezium, inoſculatum ramulo rami transverſi not. *e.* porro trapezio, ſplenio colli, trachelomaſtoideo, glandulis jugularibus, levatori, ubi bis cum occipitali, & ſemel cum adſcendente ramo ſecundo conjuncta fuit: alium ramum miſit trans levatorem ſcapulae, inoſculatum & priori, & occipitalis ramo maſtoideo, adeuntem glandulas jugulares, ſplenium colli, & transverſalem. Alium vero ſub ſecunda vertebra in conplexum dedit & Levatorem, Truncus alium ramum vertebrali inſeruit, ſub ſecunda vertebra, cum pharyngeo ramo de more communicantem, idemque truncus transverſali dedit, & ſplenio, & ſuperficialis factus eſt. In muſculos vero rectum & longum anterius numeroſos dedit ſurculos. Minor vero ramus ortus ex ſubclavia, ſed ſimillimus fabrica ſua ramo adſcendenti thyreoideae, gracilis per intervallum recti & ſcaleni adſcendit, dedit ramos in ſcalenum, in trapezium, in rectum, communicavit cum ramo occipitalis in recto ipſo, & inſerta eſt vertebrali, ſub ſecunda vertebra. Minimus autem adſcendit ex trunco thyreoideae, fere ex ortu, ſub ſexta vertebra, analogus imae cervicali, dedit vicinis muſculis, adſcendit ante proceſſus transverſos ſeptimae & ſextae vertebrae, concurrit, & ſuper ſeptimam, & ſuper ſextam, cum vertebrali, & cum ſexto, ſeptimoque pare dedit ramos ad duram matrem.

g) His quatuor ramis datis, ſcapulari, cervicali, transverſo, adſcendente, thyreoideae truncus reliquus pergit ſerpentino itinere adire glandulam ſuam, & laryngem. Illam multis, magnisque ramis ſubit, qui cum ſuperioris Thyreoideae ramis paſſim inoſculantur. Ab his ramis ramuli ad carotidis membranas eunt, alii transverſales priores duos annulos laryngis oberrant, alii adeunt thyreo- & cricopharyngaeum, ſaepe ad epiglottidem usque adſcenſuri, alii non raro Thymi cornua ſuprema ſubeunt. Unus vero nobilior *Laryngeus inferior*, perpetuus, dato ad oeſophagum ſurculo, in laryngis poſteriora venit, ad exteriora cricoarytaenoidei poſterioris ad thyreoarytaenoideum, ſed inprimis ad cricoarytaenoideum poſteriorem totum abit, inque utriusque horum muſculorum carne cum ramo ſuperioris thyreoideae inoſculatur. Alius, & quidem a transverſali aſperae ramo, ſurculus cum cricothyreoideo ſubit, & huic & cricoarytaenoideo poſteriori proſpicit.

h) Sed ex thyreoidea propria ramuli oriuntur, alii introrſum deorſum euntes, alii ſurſum. Hi minores, unus vel duo, adſcendunt ad muſculum rectum, ganglion, cervicale medium & ramis ſuis pingunt anteriorem faciem corporum vertebrarum. Eorum imus etiam cum nervo ſeptimo medullam ſpinalem adire viſus eſt.

i) Qui introrſum eunt, perpetui ſunt, numerus variat. Tres ſaepe reperi, ſupremum ad aſperam magnum, qui deorſum ramulis ſuis cum ſequentium ramis communicat.

k) Duo vero ad glandulas bronchiales, pinguedinem, oeſophagum & aſperam cum priori, & cum ſequente varie inoſculantur, uterque multifidus.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 72 sur 543

o. Trunculus thoracicus.
p. Ramus ejus trachealis.
q. Ramus thoracicus.
r. Anaſtomoſis cum intercoſtalium ſuprema.
s. Anaſtomoſis cum bronchiali.
t. Anaſtomoſes trachealium.
y. Bronchialis ſiniſtra. *l*)
z. Oeſophagea ſiniſtra ſuperior.
α. α. α. Aliae. *m*)
β. β. β. Intercoſtales aorticae.
γ. Intercoſtalium inferiorum ſuperior.
δ. Inde orta bronchialis dextra.
ε. Bronchi.
η. Carotis dextra.
θ. Truncus cerebralis.
λ. Carotis externa.
μ. Thyreoidea ſuperior.
ν. Rami in glandulam.
ξ. Ramus ad cutem menti, & ad muſculos laryngis.
π. Arteria coronaria.
ϱ. Nervus Octavi paris.
σ. Nervus Intercoſtalis.

τ. τ. Duae

l) Ramus demum ultimus, *thoracicus*, plerumque reperitur, majuſculus, qui tectus magnis vaſis ad thoracem venit, ramulisque ad aſperam, glandulas bronchiales, poſterius mediaſtinum, longum muſculum, oeſophagum, & membranas vertebris incumbentes datis, varie inoſculatur cum bronchiali, & intercoſtali ſuperiori ex aorticis, & ſuprema Ic. I. Vidi ortum fuiſſe a ſubclavia proprio trunculo, proxime thyreoideam, & cum hujus ramis trachealibus, & cum bronchialibus communicaſſe. Deſcripſi in COMM. BOERH. T. III. p. 17. not. *d*.

m) Arteriarum bronchialium immenſa varietas eſt. Earum addam eas, quas poſt editam de his ipſis vaſis diſſertationem videre contigit. Vidi a ſubclavia retro mammariam bronchialem arteriam ortam, adiiſſe aſperam & oeſophagum, quam forte arteriam intelligit Cl. D. HEBENSTREIT *de venar. & arter. confin.* p. VII. Vidi a mammaria bronchialem dextram deſcendiſſe, retro vaſa cordis magna, cum praeterea alia dextra ex aorta veniret, communis cum ſiniſtrae trunco & intercoſtali ſuprema ſiniſtrarum. Alias tres ab aorta bronchiales vidi, quarum una dextra retro omnia vaſa cordis migravit transverſa, alias & bis quidem unica ad dextrum & ſiniſtrum bronchum venit. Obiter etiam viſum eſt monere, vaſcula ſuperficialia pulmonis anteriora, quae membranam externam & celluloſas lineolas perrepunt, a *Phrenica* illa *deſcendente* anteriori eſſe, quae nervum Phrenicum comitatur.

Venae bronchiales mihi occurrerunt dextra a trunco venae cavae, ſiniſtra ex ſuperiori intercoſtali dextra orta, & praeterea inferior ex azygae ramo prope decimam coſtam nata.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 73 sur 543

τ. τ. Duae radices cervicales.
υ. Ganglion cervicale medium. *n*)
φ. Ramus ejus profundus & ganglion cervicale imum.
χ. Ramus ſuperficialis, anſam faciens circa arteriam ſubclaviam. *o*)
ψ. Rami cardiaci.
ω. Ramus ad recurrentem.
Γ. Nervus recurrens.
Δ. Cardiacus nervus a Vago ortus.
Θ. Rete oeſophageum ab octavo pare.
1. Rectus interior capitis.
2. Scalenus primus.
3. 4. Scaleni laterales.
5. Levator ſcapulae.
6. Conplexus.
7. Splenius capitis.
8. Superſpinalis.
9. Longus colli.

n) Id ganglion modo ſupra, modo infra arteriam thyreoideam ſedet *Comm. Boerh.* 185. not. *d.*

o) *de nervorum imperio in arterias* n. 17.

D. AL-

D. ALBERTI HALLER

ANAT. P. P. O.

ICON ARTERIAE THYREOIDEAE INFERIORIS

SECUNDA

PROGRAMMATIS INVITATORII LOCO

AD DEMONSTRATIONES HYEMALES

MDCCXXXIIII - MDCCXXXV.

EXPLICATIO LITERARUM.

A. Subclavia arteria.
B. Superſcapularis.
C. Progreſſus arteriae ſubclaviae.
D. Thyreoidea ad glandulam euns.
E. Thyreoidea adſcendens.
F. G. H. Rami adſcendentis in deſcriptione dicti. *a*)
r. Ramus ad rectum colli.
Δ. Ramus ad ganglion cervicale, inoſculatus pharyngeae ſupremae.
I. Ejus anaſtomoſis cum vertebrali.
L. Carotis.
M. Truncus ejus ad cerebrum euns.
N. Carotis externa.
O. Ramus ad Maſtoideum.
P. Thyreoidea ſuperior.
π. Lingualis.
Q. Maxillaris.

R. Occi-

a) not. *f.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 75 sur 543

R. Occipitalis. *b*)
Σ. Ramus ejus meningeus.
υ. Thyreoideae ramus vertebrali inſertus.
φ. Alter ſuperficialis ad ſplenium.
S. S. Vertebralis. *c*)

T. Ejus

b) *Occipitalis* COWPERI l. c. II. II. DRAKE T. XXII. II. WINSLOWI n. 66. BOUDON p. 24. LIEUTAUD p. 478. etiam KULMO dicta T. XVI. Eſt *alter ille ramus, quem retro ferri diximus* COLUMBI p. 131. Quinta FALLOPIO p. 132. Quartus ramus VERHEYENII p. 368. BOURDON p. 369. Ex Carotide externa prodit non minima, & Pharyngea major, e regione fere lingualis arteriae, vel etiam prior, continuo ſub biventre, ſupra nervum noni paris. Transverſim fere ante venam jugularem fertur, deinde ſuper rectum lateralem & inter proceſſum transverſum atlantis, proceſſumque mammillarem, porro adplicata oſſi occipitis, & primo tecta trachelomaſtoidei origine, deinde conplexi, occiput circumlegit, donec inter conplexos, in medio occipite, vel iis perforatis, ad occiput cutanea longe lateque dividatur.

Rami alii majores ſunt, minores alii. Primus gracilis ad biventrem & ſtylohoideum it (WINSLOW. n. 67.). Alius, ſaepe multiplex, ad glandulas jugulares & maſtoideum muſculum abit, & cum eo longe deorſum, inoſculatus nonnunquam thyreoideae, aut cervicali. Tunc meningeus ramus nonnunquam provenit, qui cum vena jugulari cranium ſubiit, deditque magnum ramum durae matri foſſae cerebelli, parvum vero, qui ſolet a Pharyngea adſcendente venire, cum nervo octavi paris, ad duram matrem, quae faciem internam petroſi oſſis veſtit. Hic ramus alias parvulus eſt, alias ſubpletur a Pharyngea adſcendente. A carotide ortum, comitemque venae Jugularis, olim dixit D. de MARCHETT. *comp. anat.* p. 105. Poſt hunc ramum, retro autem nonnunquam dat, ad lobulum imumque finem helicis, a quo ramo etiam ſtylomaſtoideam vidi orta fuiſſe. Verum ea, etſi deſcripta a D. LIEUTAUD, ſaepe deeſt. Aliquando etiam temporalem poſteriorem edidit, retro auriculam adſcendentem, hinc occipitali, inde temporali varie inoſculatam, a quo ad convexitatem conchae aliasque auriculae partes rami eunt: ſed plerumque eum ramum dat temporalis. Inde occipitalis ſplenio colli, & trachelomaſtoideo ramum dat. Sequitur deſcendens ramus gracilis ad rectum lateralem, & nonnunquam ad obliquos, & alius, eo loco, quo tegitur arteria a trachelomaſtoideo, trans obliquum ſuperiorem, in hunc, in trachelomaſtoideum, & colli ſplenium, & aliquando in transverſalem, inoſculatus alicui ramorum cervicalium. Hic ramus non perpetuus eſt, aut ſoli dat trachelomaſtoideo. Tunc inter trachelomaſtoideum & conplexum ramus princeps cervicalis (WINSLOW l. c. n. 67. VERDIER) ad exteriorem oram provenit complexi. Hujus alius ſuperficialis ramus eſt, ad mediam ſaepe cervicem deſcendens, in ſplenium capitis & colli, & conplexum, inoſculatus etiam cum cervicali ſuperiori, vel ramo thyreoideae. Etiam hic ramus nonnunquam multo brevior eſt, caeterum vix deficit. Alter ramus trunculi, quem dixi, profundus, circa obliquum ſuperiorem muſculum conflexus, dato ramo transverſali, rectum majorem decuſſante, & datis rami ad obliquum utrumque & conplexum, partim ſurſum, inter oſſa & duos rectos adſcendens finitur in utrumque rectum, & partim ſub proceſſu transverſo atlantis non minimo ſurculo inſeritur in vertebralem (Ic. II. lit. h. WINSLOW. n. 127. SYLVA *de la ſaign.* p. 211. & forte RAV l. c. p. 103. ubi vertebralem cum ramis muſcularibus dicit communicare). Ab eo ramo alius ſurculus non exiguus deſcendit in conplexum, qui cum cervicali, aut ejus loco cum thyreoidea profunda communicavit, WINSLOW l. c. Surſum vero, dum truncus circumtegit occiput, minores occipitales ramos emittit, ſplenio, occipitali, pericranio. Eorum unus, exterius quam vena, quae foramen maſtoideum perforat, os bis perforaſſe viſus eſt, alius in ipſa ſede crucis occipitis duram matrem per foramen proprium adiit: ſed alius etiam ramus inter conplexos exeuns, in duram matrem ſe demerſit, ſuper atlantem, & cum ea in cranium venit per magnum foramen, non tamen perpetuus.

c) Ad vertebralis arteriae hiſtoriam addo, oriri ex ſubclavia proxime interius, quam thyreoidea. Inde continuo adſcendit, extrorſum ambita ramo intercoſtalis in ganglion cervicale imum redeunte *de nerv. imper.* p. 14. tunc ſubit proceſſum transverſum vertebrae plerumque ſextae. Vidi tamen a trunco aortae in ſiniſtro latere ortam, vidi quartae, ut EUSTACHIUS habet T. XXVI. aut tertiae vertebrae foramen ſubire. Per hos porro transverſos proceſſus adſcendit alternis undulationibus, ad atlantem usque, anterius quam nervorum ganglia: deinde infra ejus vertebrae praelongum proceſſum transverſum ſurſum extrorſum, tunc

ſur-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 76 sur 543

T. Ejus arcus circa atlantem.
X. Thyreoideae ramus ad vertebras, ſive adſcendens, prima in deſcriptione. *e)*
Y. Ejus ramus inferior.
Z. Ramus cervicalis profundae ad vertebras. *f)*
Φ. Ejus ramus muſcularis.
Ψ. Ramus a Thyreoidea in vertebralem.
a. Ramus rami inferioris adſcendentis thyreoideae ſub ſexta vertebra duram matrem adeuns.

b. Ra-

ſurſum iterumque introrſum retrorſum in ſulco ſuperno atlantis inſignem flexionem facit, (WINSLOW) l. c. LIEUTAUD, COWPER *Append.* T. III. 15. 15. & magis adhuc curvam facit DRAKE l. c. RIDLEY T. I.). Inde continuo cranium ſubit, per foramen magnum, uti notum eſt. Recte ita ſe habere demonſtravit COLVMBVS p. 182. contra VESALIUM, qui per foramen peculiare occipitis oſſis dixerat ſubire. Ramos in itinere parvos ad muſculos proxime ex vertebris ortos hinc inde emittit, majuſculum autem cum ſingulo nervorum pare ad medullam ſpinalem dat, ubique cum poſteriori arteria ſpinali communicantem, inter nervea miſtum filamenta: Unus autem & alter, longe major ſociis, cum anteriori ſpinali arteria inoſculatur, diverſo truncō a poſteriori ramo ejusdem paris. Id vidi cum quarto nervo contigiſſe. WILLISIUS *de cerebro* T. XIII. & BLASIUS, cujus eadem icon eſt, de *medulla ſpinali* f. 1. & VIEUSSENIUS T. XVIII. f. 3. 1. 1. 1. 1. 2. 2. 2. 3. 3. 3. ramos habent, ad poſteriorem arteriam ſpinalem inoſculatos, non autem eos, qui adeunt anteriorem. Caeterum ramos intercoſtalium arteriarum ad medullam ſpinalem jam GALENUS habet *de ven. art. diſſ.* c. ult. a vertebrali vero recentiores omnes, ut VESALIUS L. III. p. m. 487. & in *exam. obſ. Fall.* p. 93. VALVERDA, WINSLOW n. 95. LIEUTAUD p. 483. &c. Sed alii praeterea ad duram Matrem ramuli veniunt, qui medullam non ſubeunt, parvi, incumbentes gangliis, incerta origine. Ii, quando durum hoc involucrum adtigerunt, uno ramo ad id ipſum, altero ad pinguedinem mollem medullae circumpoſitam eunt, & quilibet ſemper cum vicinis ſuis anaſtomoſes efficit. Intercoſtalium arteriarum medullares ramos hac fere ratione deſcribit WALTHERVS l. c. p. 5. Hi rami, quos paſſim nominavi, incerta lege proveniunt, plerumque tamen vel ex vertebrali, vel ex thyreoideae aliquo adſcendente ramo. VIEUSSENS vertebrali tribuit, eodemque facit trunco oriri cum ramo, qui ſpinali arteriae inſeritur T. XVIII. f. 3. ad 3. 3. 3. id autem a meis obſervationibus abludit. Vidi ſub ſexta vertebra unice a vertebrali veniſſe, ſub quinta, quarta, tertia ex ramo conjuncto thyreoideae & vertebralis, ſub ſecunda ex ejusdem ramo & thyreoidea profunda, ſub tertia a vertebrali, ſub ſecunda a vertebralis ramo cum thyreoidea miſto, ſub prima & occipite a vertebrali veniſſe. Vidi ramum comitem nervi ſecundi, tertii, quarti, quinti, veniſſe a Thyreoideae ramo adſcendentis, qui ſuper atlantem demum in vertebralem inſereretur, ſexti vero & ſeptimi ſocios in eo cadavere veniſſe ab intercoſtali ſuperiori. Vidi tertium, quartum, quintum, ſextum, ex eo trunco veniſſe. Vidi quartum, quintum, ſextum, ab eodem adſcendente ramo, ſeptimum ab uno ramulorum anteriorum trunci Thyreoideae veniſſe. Vidi tertium, quartum & quintum prodiiſſe a ramo profundo ſecundi rami thyreoideae. Vidi cum ſecundo, tertio, quarto, quinto nervo ramos non a thyreoidea, ſed a ramo cervicalis arteriae veniſſe.

Sub atlante demum vertebralis magnum plerumque muſcularem ramum dat, nonnunquam ad rectum ſuperiorem, alias ad trachelomaſtoideum, conplexum, & ſcapulae levatorem, inoſculatum ramo cervicalis ſuperioris, ſuper atlantem vero non raro ad occiput dat ramulum ad involucra & orientem conplexum WINSLOWO n. 97. Alium denique ſuper eam vertebram ad duram matrem medullae ſpinalis fere ſemper edit vertebralis, uno ſurculo transverſim in duram membranam inter atlantem & occiput terminatum, alio adſcendentem in cranium foſſamque cerebelli, ſed parvo, & qui vix mereatur inter durae matris arterias recenſeri. Habet tamen VIEUSSENIUS depictum l. c. WINSLOW l. c. n. 103. SYLVA l. c. & valde inſignem vocat VAUGUYON *tr. des oper.* p. 317. Is autem, quem ego vidi, non per foramen condyloideum poſterius tranſiit, ut RIDLEYO viſum p. 22. ſed per magnum foramen occipitis.

e) *Tab. Thyreoid.* I. not. *f.*
f) Cervicalis alia minor ib. not. *b.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 77 sur 543

b. Ramus ſub quinta ſubeuns.
c. Ramus ſub quarta, a Thyreoidea adſcendente.
d. Ramus ſub tertia a vertebrali.
e. Ramus ſub ſecunda ab eadem cum thyreoidea inoſculata.
f. Ramus ſub prima a vertebrali.
g. Occipitalis trunculus in vertebralem inſertus. *g*)
h. Ramus arteriae vertebralis ad duram matrem ſuper Atlantem.
i. Vertebralis arteriae rami profundi ad medullam euntes.
k. Eorum quartus major. *h*)
1. 2. 3. 4. &c. Proceſſus transverſi cervicis. Arcus atlantis ſolus relictus eſt, cum reliquas vertebras demolirer.

g) Vid. in not. *b*.

h) not. *d*.

D. AL-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 78 sur 543

D. ALBERTI HALLER
ANAT. P. P. O.

TABVLAE
ARTERIAE COELIACAE
PRIOR ET POSTERIOR.

LECTURIS S.

Nulla magna praefatione hic utendum duxi, qui ſatis manifeſtum eſſe perſuaſus ſum, nullam hactenus tolerabilem iconem totius Coeliacae arteriae, adeo nobilis, datam eſſe, ſi ab EVSTACHIANA *receſſeris, cui viſcerum, viciniarumque defectus obſtat, ne perinde utiliſſima ſit, uti eſt artificioſiſſima. Deinde ante paucos annos nulla pene hujus arteriae notitia fuit, antequam* WALTHERVS *et* WINSLOWVS *eam declararent. Sequebantur omnes* VESALIVM, *magnum virum, ſed in vaſorum corporis humani cognitione non perinde perfectum, ut in oſſibus muſculisque deſcribendis fuit. Ergo ex iconibus, quas multas perfectas habebam, duas ſumſi, quae mihi videbantur ſufficere explicandae deſcriptioni: hanc ex magno numero cadaverum brevem, quantum potui, et perſpicuam concinnavi. D. 20. Febr. 1745.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 79 sur 543

ARTERIAE COELIACAE

TABULA I.

A. B. C. D. r. Δ. Hepatis facies cava reclinata.
A. Lobus dexter, ejusque facies cava reſpondens colo inteſtino. *a)*
r. Foſſa reſpondens reni.
B. Lobulus anonymus, inter venam vmbilicalem, & veſiculam fellis. *b)*
C. Lobus ſiniſter diſtractus, cujus figura paulum corrupta eſt.
Δ. Foſſa ad radicem lobuli, per quam meant magna vaſa hepatis.
D. Lobulus Spigelii. *b*)*
E. Veſicula fellis.
F. Foſſa umbilicalis.
G. Pons pene perpetuus, qui partem hujus foſſae tegit. *c)*
H. Vena umbilicalis.
I. Foſſa ductus venoſi.
K. L. Ventriculus ex ſitu naturali reclinatus, & ab hepate remotus, ut pars aliqua pancreatis adpareat.
K. Pars proxima oeſophago.
L. Pylorus.
M. Curvatura duodeni ita reflexi, ut pars duodeni deſcendentis & transverſi poſterior fiat anterior.
π. Lienis transverſi *d)* apex.

N. Pan-

a) COMM. BOERH. T. III. p. 113. In eo libro p. 111. per incuriam l. 18. notarum pro *dextro* legatur *ſiniſtro.*

b) Minime iniquum eſſet, licet forte micrologum, hunc quartum lobum hepatis definire, qui anterior obponitur Spigeliano, major, obtuſus, circumſcriptus ad dextra foſſa veſiculae felleae, ad ſiniſtra foſſa umbilicali, ad poſteriora fiſſura magna transverſali. Ita VERHEYEN. p. 92.

b)* Eminentia nempe major, papillaris COMM. BOERH. III. p. 114.

c) EUSTACH. T. XI. f. 4. Vidi tamen defuiſſe.

d) Ita plerumque reperio, & recte WINSLOW T. IV. n. 330.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 80 sur 543

N. Pancreatis portio.
O. Ren Dexter.
P. Alia pars pancreatis, inter duodenum deſcendens & transverſum.
Q. Omentum gaſtrocolicum obiter exhibitum.
Σ. Pars meſenterii.
Φ. Pars peritonaei tegens vaſa meſenterica.
R. Coeliacae truncus.
S. Aortae truncus. *e*)
T. Appendix diaphragmatis dextra ſeparans venam cavam ab aorta.
V. Pars capſulae ſiniſtrae.
X. Phrenica dextra ex coeliaca. *f*)
Y. Phre-

e) Aorta tranſit ſecundum latus dextrum oeſophagi, ordientis curvaturam ventriculi minorem. Ab ea arteria inter lobuli partem ſiniſteriorem, & ventriculi ſedem, quae dilatatur ab oeſophago, exit *coeliaca*, dextrorſum, antrorſum deſcendens: quam nunquam vidi eodem cum meſenterica trunco provenire, quod refert GALENUS *de art. & ven. diſſ.* c. IX. & RIOLANUS. Vidit tamen VESLINGIUS, in fetu, *epiſt. poſthum.* XX.

f) Ex origine coeliaca continuo dat Phrenicas vel capſulares, illas ſatis frequenter, has ex trunco rarius: vidit tamen Cl. PETSCHE *ſyllog. obſerv.* n. 49. & ego ter vel quater. Phrenicae, quarum delineatio in alia tabula cum renalibus & ſpermaticis dabitur, una vel utraque, plerumque ex coeliaca venit, & frequentius quam ex aorta, per meas certe obſervationes & WINSLOWI *Expoſ.* III. n. 172. Ex aorta tamen prodeuntes pingit EUSTACHIUS T. XXV. & VESALIUS Tab. p. 484. deſcripſit GALENUS *diſſ.* c. IX. VALVERDUS, VIDUS, COLUMBUS, PLATERUS, DIEMERBROECK, KEILIUS & plerique anatomicorum. Vidi etiam unum truncum fuiſſe, cito bifidum, ut WALTHERUS l. c. KULMUS p. 83. ad D. Vidi tres fuiſſe, duas poſteriores a trunco coeliacae, unam anteriorem a Coronaria ſiniſtra. Vidit Cl. WALTHERUS duas fuiſſe, ex coeliaca utramque, ſed alteram ex angulo diviſionis *de nerv. interc.* itemque HEBENSTREITIUS ex diviſione coeliacae, tamquam quartum ramum ortam vidit phrenicam. Vidi quatuor arterias, duas ex coeliaca, ex aorta duas. Alias tres vidi, aorticas duas, unamque ex coronaria ſiniſtra. Alias coeliaca unam dat, aorta alteram, tuncque frequentius dextra a coeliaca provenit, uti WINSLOW, COWPER app. T. III. 40. DRAKE T. XX. n. 176. LIEUTAUD, PALFYN II. p. 246. Siniſtram tamen inde ortam, dextram ex aorta prodire vidit ILL. WALTHERUS *coeliac. tab.* & frequentius eſſe vult CHESELDEN *anat. ed.* VI. p. 188. & ego alias vidi. Verum analogia ſitus pro WINSLOWO eſt.

Utraque Phrenica adſcendit extrorſum, per anteriora appendicis ſepti, & dat capſulae renali WINSLOW l. c. ramum, quem vidi manifeſto cum renalibus vaſis communicaſſe. (WINSLOW l. c. n. 73.). Deinde in ſeptum porro varie abſumitur. Bis vidi dextram ramum dediſſe ex ſede appendicis verſus cavae oſtium. Is appendici ſurculum exhibuit, & trans eam ramum dedit tendini ſiniſtro COWPER *Myot.* T. XXXV. N. *ſiniſtri lat.* & medio, carnibusque ſternalibus & coſtalibus, porroque ipſe per carnem dextram, circumſcribendo oram tendinis, ramoſus evanuit. Hujus ſurculus eſt, qui ligamentum ſuſpenſorium & venam umbilicalem nonnunquam adit, dictus RUYSCHIO *Epiſt.* V. T. 5. f. 5. & *Epiſt.* IX. & HEBENSTREITIO *de arter. confin.* Truncus autem extrorſum ivit, & ad imum finem alae dextrae in ſuperius ſtratum ſepti, inter tendines faciei thoracicae carnesque abdominales receptus eſt. Inde ramum ad ſedem dexteriorem tendinis dedit, inter duo tendinis ſtrata, trunco vero deſcendit in carnem ſub ala, indeque dextrorſum abiit, iterumque ſuperficialis facta, ramis alae tendinique dextro datis evanuit. *Siniſtra* vero caetera ſimilis, dat capſulares & appendicales, ſed nonnunquam etiam coronariam ventriculi, peculiarem, dictam WINSLOWO n. 176. quae etiam dextrae dedit diaphragmatis appendici. Eadem phrenica ſurculos dat, qui cum ligamento hepatis

ſini-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 81 sur 543

Y. Phrenica ſiniſtra ex coronaria ſuperiori.
a. Coronaria ſuperior arteria. *g*)
b. Phrenica ſiniſtra alia ex aorta.
c. Coronariae ramus dexter. *h*)
d. Alter poſterior.

A. Ra-

ſiniſtro hujus viſceris ſuperficiem adeunt. Inde Phrenica trans carnem ſiniſtram, accedit ad imum ejus lateris tendinem, dat carnibus infra tendinem poſitis, fertur trans ortum alae ſiniſtrae, & finditur. Truncus unus ſequitur oram alae ſiniſtrae, longe in carnes coſtales abſumtus. Alter tegitur muſculoſo ſtrato, & per ipſam pleuram exit ad extremas usque carnes, a coſtarum margine eminente circa nonam coſtam ortos. Ita inveni, perpetuo ſe habere non dixerim.

His phrenicis datis, ad finem lobuli ſiniſtrum, truncus coeliacae ſaepe tripes fit, in coronariam ſplenicam, & hepaticam ſecta, ut primus LOWERUS p. 214. deſcripſit, tum WINSLOW n. 171. VERDIER, LIEUTAUD p. 488. pro ordinaria fabrica, & videtur pingere COWPERUS l. c. cujus tota coeliacae icon obſcurior eſt: Vidit etiam WALTHERUS *de ven. port.* & ego frequenter. Plerumque tamen ſiniſtram coronariam prius edit, quam ſplenicam, atque adeo unice finditur. Ita EUSTACHIUS T. XXVII. f. 2. & WINSLOW n. 177. & WALTHERUS in ic. & *de ven. port.* & *de nerv. interc.* ll. & PALFYN *corrigé* par BOUDON ll. p. 246. Vidi duos tantum ramos fuiſſe coeliacae, nempe ſplenicam & hepaticocoronariam ſiniſtram, cum reliquos ramos coeliacae daret meſenterica. Vidi etiam ſatis frequenter tripedem fuiſſe coeliacam, cum edita prius coronaria eſſet ut WALTHER *obſ.* 3. Tunc hepatica ſiniſtra ſive foſſae venoſae, & dextra, & ſplenica tripodem fecerunt. Vidi tantum duos ramos fuiſſe, & coronariam a ſplenica ortam, quale exemplum pingit etiam EUSTACHIUS T. XXVII. f. 4. & VESALIUS l. c. deſcribunt ſequaces omnes, C. BAUHINUS, BARTHOLINUS, D. de MARCHETTIS, I. van HORNE, KEIL, BLAS. *miſcell.* p. 83. VERHEYEN T. XXXVIII. ad *c.* KULMUS T. XVI. HEISTERUS n. 293., & fere omnes anatomici, iis exceptis, quos citavi. Vidi coronariam ſiniſtram ex aorta ſupra coeliacam prodiiſſe. Duos autem truncos coeliacae diſtinctos fuiſſe, quod VESALIUS ſe vidiſſe refert p. 484. id quidem nondum vidi.

g) Arteria paulo frequentius unice coronaria eſt, neque enim rariſſime praeter ventriculum hepati maximum ramum exhibet, mereturque nomen Gaſtrohepaticae ſiniſtrae, impoſitum ab ILL. WALTHERO. *Gaſtricam majorem* dixit C. BAUHINUS p. 56. & DIEMERBROECK, & alii. *Gaſtricam* GLISSONIUS *de ventric. & inteſt.* p. 116. *Gaſtricam ſiniſtram* KEIL. *abridgm.* p. 342. KULMUS l. c. *Epigaſtricam* LOWER l. c. *Gaſtricam ſuperiorem* WALTHERUS. *Coronariam ſuperiorem* COWPER l. c. 39. qua voce alii pro unico ramo ipſius uſi ſunt. Quando ſoli ventriculo proſpicit, tunc minor inter tres ramos coeliacae eſt. Fertur autem ſiniſtrorſum, antrorſum, & accedit ad ſummam partem curvaturae minoris ventriculi, ſub latiſſima parte oeſophagi. Ibi dividitur, hac fere ratione. Ramus ſuperior omnium dividitur iterum. Surculus cum oeſophago adſcendit in thoracem, ibi conſumtus, & inoſculatus oeſophageis thoracicis: alter transverſus circumlegit ad coronae modum oeſophagi partem latiſſimam, ramisque ſuis ultimo in coeco fine ventriculi cum vaſis brevibus inoſculatur EUSTACH. T. XXVII. f. 4. l. l. edit ALBIN. Hunc habet VESALIVS ic. p. 454. z. & L. V. f. 14. d. & f. 15. & f. 12. R. tum VERDIER, LIEVTAVD p. 488. & alii. Idem non raro diaphragmatis parti proximae ramulos exhibet (WINSLOW n. 181.). Vidi, ut in hoc cadavere, omnino phrenicam ſiniſtram inde ortam eſſe.

h) Ramus autem coronariae inferior, major, per curvaturam minorem verſus pylorum flectitur: uti VESALIVS ic. p. 484. & L. V. f. XIV. l. EVSTACH. T. XXVII. f. 2. 4. WINSLOW n. 180. LIEVTAVD p. 488. &c. & ſurculos utrinque ad planum anterius & poſterius ventriculi mittit, inoſculata ramis Gaſtropepiploicarum. Haec *Gaſtrica ſiniſtra* eſt C. BAUHINI p. 56. Saepe iſte Coronariae ramus non ſimplex eſt, ſed duplex, aut, ut in hoc cadavere, triplex. Medius anaſtomoſin illam ſolitam fecit cum coronaria parva, laterales paulum ad utrumque planum divergendo receſſerunt a medio. Anaſtomoſin habet EVSTACHIVS T. XXVII. f. 2. LEONCENA *Phil. trans.* n. 280. WINSLOW n. 180. & alii.

Deinde in hoc cadavere & aliquot aliis, ramus princeps, trunci nomine dignus. Coronariae magnae, hepar ſubiit, & hac ratione aliquoties vidi. Id pro perpetuo habet WINSLOW n. 181. vidit Cl. PETSCHE n. 50. & depingit etiam in tabula ſua WALTHERVS, & pro frequenti narrat VERDIER; An eadem, quam pro ſecunda hepatica deſcribit FANTONUS

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 82 sur 543

△. Ramus coronae ſimilis.
e. Capſularis. *i*)
f. Splenica peculiaris. *k*)
g. Splenica. *l*)
h. Pancreatica, inoſculata duodenae.
⊙. Coronaria dextra. *m*)
i. Pyloricae ſuperiores. *n*)
▲. Hepatica dextra. *o*)

k. Duo-

Anat. diſſ. p. 108? Hic ramus in circuli pene modum conflexus circa lobulum Spigelii, ſubiit foſſam ductus venoſi, cumque ea venit in foſſam umbilicalem, uti ramus coeliacae dexter alioquin ſolet, datque nonnunquam diaphragmati, ut WINSLOWVS habet n. 181. Alias praeter coronariam, hepatica ſiniſtra, ex trunco coronariae orta, ſecundum ad ventriculum ramum dedit, ex parte ſiniſterrima foſſae ductus venoſi. Alias non magnus truncus, ſed rami tamen aliqui, a coronaria magna adeunt foſſam ductus venoſi.

i) Nempe utraque phrenica, quae ex coeliaca prodit, continuo capſulae fere trunco aequalem ſurculum exhibet.

k) Haec arteria ſatis rara eſt. In hoc cadavere, unde icon eſt, orta a trunco dextro coeliacae, per pancreatis partem anteriorem, cui dedit, apicem adiit lienis, huicque ſe immiſit, & in ipſo lienis ſinu cum ramo lienalis vulgaris inoſculata eſt.

l) Truncus dexter coeliacae plerumque ſplenicam non edit: quae deorſum ſolet ad pancreas pergere. Hic autem, rariori exemplo, eam produxit, poſtquam inde ſeceſſerat Coronaria. Caeterum ſplenica in adultis major eſt, in junioribus ſuperat hepatica. Perpetuo vero hepatica ſub lobuli Spigelii papilla, & ſecundum oram curvaturae minoris, tendit antrorſum, & dextrorſum, ad ſedem usque pylori, & veſiculae felleae cervicem. In eo itinere paucos ramos dat. Vidi tamen dediſſe pancreaticas aliquas. Sed eadem coeliacae dextra propago dat etiam ramulos ad omentum minus, quorum aliquos vidi cum eo omento in foſſam umbilicalem veniſſe, inoſculatos ramis comitibus hujus venae.

m) Deinde ad ſedem cervicis veſiculae, finemque dextrum lobuli, findi ſolet, in minorem *Pancreatico Duodenalem*, & majorem, *hepaticam* arteriam: & ea cervix angulum horum vaſorum replet. Sed in hoc & frequentibus cadaveribus paulo prius, quam findatur, alias hanc coronariam ramus hepaticus inter dextros ſiniſterior dedit, alias duodenalis arteria, uti videtur velle EUSTACHIUS T. XXVII. f. 2. & LIEUTAUD p. 489. COWPERUS ex Gaſtroepiploica deducit l. c. n. 36. Haec arteria eſt *pylorica* GLISSONII l. c. COWPERI, WALTHERI *de ven. port.* WINSLOWI n. 183. LIEUTAUD l. c. VERDIER, BOUDON l. c. *Gaſtrica dextra* VERHEYENII p. 570. DIEMERBROECKII p. 478. c. BAUHINI p. 56. D. de MARCHETTIS p. 37. KEILII. Habet etiam VESALIUS ic. p. 484. *p.* Relegit oram ventriculi, quae curvaturam minorem conſtituit, minor minusque ramoſa, & inoſculatur coronariae ſiniſtrae, majori WINSLOW n. 183. Deorſum etiam miſſis ramis cum Gaſtroepiploica dextra varie conjungitur WINSLOW l. c. Surculos dat omento minori, ductibusque bilariis, communicantes cum arteriolis a cyſtica venientibus, etiam Cl. HEBENSTREITIO obſervante l. c. ſed eos ſurculos alias Duodena prima edit. Semel minimam vidi, ut tota curvatura minor a ſola ſuperiori Coronaria ramos haberet, omnino uti EUSTACHIUS pingit T. XXVII. f. 2.

n) *Pylorica ſuperior* parva, *Gaſtrica dextra minor* WALTHERI *de coel.* k. una (vel plures) deſcendens per faciem anteriorem pylori, alias ex duodenali oritur, alias ex Coronaria parva, alias ex hepaticarum aliqua NICOLAI *de direct. vaſ.* p. 64. Cum coronaria parva exiguos circellos inſulasque facit WINSLOW l. c. deorſum vero eundo alios cum pylorica inferiori, alios ſecundum duodenum cum Duodenali prima, quos Gaſtricae dextrae tribuit Cl. HEBENSTREITIUS.

o) *Hepatica dextra* arteria eſt continuatio trunci dextri coeliacae, ſplenica in pueris major, etiam quando edidit Pancreaticoduodenalem. Plerumque ex origine finditur, in ramum adſcendentem, ſive ſiniſtrum, & in ramum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 83 sur 543

k. Duodena prima ſ. ſuperior. *p*)

l. Ra-

mum transverſum, dextrum COMM. BOERH. III. p. 36. Duos etiam habet EUSTACH. T. IX. f. 2. Nonnunquam aliqua ſiniſterior hepatica prior abſcedit, quam duodena orta ſit. Ita WALTHERUS *de nerv. interc.* II. Hepatica adeo ante truncum venae portarum (EUSTACH. IX. f. 2. & T. XXVII. f. 1. 2. 4.) pergit, & ei fere parallela, deinde duobus fere truncis, ut EUSTACHIUS ubique pingit, alias tamen tribus & quatuor hepati inſeritur, ad foſſam umbilicalem, & foſſam ductus venoſi diviſus. Hi rami inde porro ad lobulum, lobum ſiniſtrum, lobumque anonymum dividuntur. Vidi etiam aberrantem inde ramum lobum ſiniſtrum adiiſſe, qui in propria portione omenti parvi equitabat. A ramo foſſae umbilicalis oriuntur ſurculi ad ligamentum teres & ſuſpenſorium euntes. Hi anterius cum ramis epigaſtricae, adeuntibus venae umbilicalis involucra, (MORGAGNO etiam obſervante *epiſt.* I. f. 4.) poſterius cum ramis phrenicae aut mammariae arteriae communicant, qui ſuſpenſorium ligamentum adeunt. Habet ramulum, ſed alieno loco BIANCHI l. c. ab U ad C. Porro in hoc cadavere & alias non raro nullus adfuit ramus in foſſam ductus venoſi, niſi parvum ramum velis, ab hepatico trunco cum vena portarum in fiſſuram transverſalem miſſum. Neque defuerunt cadavera, in quibus praeter dextram, hepatica ſiniſterior, & magis ſuperficialis, communi trunco cum duodenali nata eſt, ut apud WALTHERVM *de coel.*

Dexter vero ramus hepaticae magis perpetuus, tectus vaſis omnibus bilariis, profundior in fiſſurae transverſalis finem, caudamque migrat notatam in COMM. BOERH. III. p. 113. Haec eſt *bilaria* WINSLOWI n. 187. & a WALTHERO pingitur ad *c.* Dat lobo dextro & Spigelii lobulo. Ab eo trunco in hoc cadavere, & alias frequentiſſime, nonnunquam tamen ab aliqua ſiniſteriorum, ubi alterutra cervicem veſiculae adtigit, *Cyſtica* arteria oritur, longe plerumque unica, etſi duas numeret WINSLOW 187. VESALIUS p. 490. & ic. p. 484. C. BAUHINUS, HEISTER, KULMUS, & nonnunquam duas eſſe viderit LIEUTAUD. Ea dextrorſum ad cervicem veſiculae exit, duobusque ramis eam amplectitur, anteriori evidente, & inferiori profundo. Una etiam eſt ORIBASIO *anat.* p. 122. PECHLINO *obſ.* 59. *Cent.* I. WALTHERO *de coel. & ven. port.* LIEUTAUD p. 490. VESALIO L. V. f. 25. p. 623. SPIGELIO L. VIII. T. VIII. f. 1. RVYSCHIO *Epiſt.* V. T. 5. f. 4. COWPERO l. c. 34. BIANCHO *hiſt. hep.* T. II. ab u. ad 1. HEBENSTREITIO *de arter. confin.* & accuratioribus anatomicis. Uterque ramus in nerveam tunicam veſiculae ramos dat, ſed trunco ſuo in hepatis ſede proxima finitur. RUYSCH l. c. uti viciſſim ab arteria majuſcula, replente foſſam veſiculae, ut nunc video, vel a vicinis hepaticis, ut alias vidi, & RUYSCHIUS habet l. c. g. ramuli ad veſiculam veniunt, viſi etiam HEBENSTREITIO l. c. Eadem etiam cyſtica ex principio ſuo ſurculos dat ad bilarios poros, communicantes cum duodenali prima, & ſimillimi etiam ex hepatica eo veniunt. Bis vidi omnino, duas cyſticas fuiſſe, vidi unam, & natam a ramo hepaticae cum meſenterica communicante. Vidi duas, unam a dextra hepatica ortam, alteram a ſiniſteriore, & ita vidit ILL. WALTHERUS *de ven. port.* Vidi in hoc ipſo cadavere, ſecundam cyſticam poſteriorem & reconditam, veſiculae partem cervici proximam adiiſſe, ex cyſticae trunco ortam. Verum non ea haec eſt, quam gemellarum alteram vocant auctores.

Caeterum quinquies vidi arteriam hepaticam dextram, quae tecta vena portarum, & vaſis bilariis, adiit hepatis magnam foſſam a meſenterica veniſſe, ex dexterrima ſede pancreatis ortam. Sed alias cum ea hepaticae aliae a coeliaca dexteriores adfuerunt, ut etiam Cl. PETSCHE vidit n. 51. & WALTHERUS: tunc hepatica a meſenterica reſpondet dextro recondito ramo coeliaco. Alias omnino nullae praeter eam, quam generat coronaria, fuerunt hepaticae, uti in obſervatione etiam Cl. PETSCHE fuit. Quoties adeſt, generat cyſticam, & aliquando pyloricam, & duodenalem, WALTHER *obſ.* 3. Hanc hepaticam habent D. de MARCHETTIS *comp. anat.* p. 27. WALTHER in progr. ad diſſ. de *inteſt. anguſt. obſ.* 3. NICOLAI *Comm. Lit. nor.* 1732. *hebd.* 33. KRÜGER *anat. theodid.* p. 10. CHESELDEN *anat.* T. XX. f. 7. edit. III. & ed. VI. p. 188. PETSCHE l. c. n. 49. 51. HENSING *de perit.* n. 41. WINSLOW n. 189. MOSEDER *diſſ. de veſic. fell.* p. 8. Alias hepaticas minutas a phrenica dixi. Addo nunc mammarias, non ſolum ex ipſo recto muſculo dare ſurculos in venam umbilicalem, communicantes cum hepaticis, ſed me ſemel vidiſſe mediaſtinam illam vulgo dictam, vel phrenicam ſupremam, & ſemel ramum mammariae internae, ad quartam coſtam ortum, per foramen ſepti, inter laminas mediaſtini, ad diaphragmatis tendinem veniſſe: & utramque obſervationem reperire apud egregium virum D. HENSING de *periton.* n. 41. Hae in meo exemplo & diaphragmatis parti ſiniſtrae & convexa hepati late inſervierunt. Denique vidi a renali dextra arteria ramum ſuperficialem ad lobum dextrum hepatis veniſſe, uti reni proximus eſt, longe per hepar diſtributum.

p) *Pancreaticoduodenalis* arteria, ſive trunci dextri coeliacae ramus deſcendens, retro pylorum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 84 sur 543

l. Ramus ad cyſtidem.
m. Pancreaticoduodenalis. *q*)
n. Gaſtroepiploica dextra. *r*)

lorum deſcendit, (EUST. T. XXVII. f. 2. 4.) in icone altera porro adparitura. Habet enim VESALIUS p. 484. Prius tamen, quam ſe abſcondat, dat, ſed rarius, hepaticam parvam in foſſam umbilicalem euntem, quae alias ex trunco prodit: perpetuo vero *duodenam ſuperiorem, dextram*, unam, ut in hac icone, aut duas. Vidi tamen eam ab hepatica aliqua veniſſe. Vidi tres fuiſſe trunculos, a Duodenali omnes. Haec arteria dextrorſum relegit duodeni partem transverſalem, tum partem deſcendentem, transeundo ad dexteriora ductus choledochi, quem decuſſat, adpoſita dexterior, & ad dexteriora & poſteriora pancreatis, dat huic & duodeno, ultimo vero in parte poſteriori pancreatis, in ima parte deſcendentis ſedis duodeni, ſiniſtrorſum recurvata inoſculatur ramo duodenali Meſentericae, ut EUSTACHIUS habet T. XXVII. f. 2. & 4. & WALTHERUS *de coel.* Quando duae ſunt, tum inferior eademque longior, hanc facit anaſtomoſin. In principio ſuo etiam anaſtomoſes habet cum Pylorica ſuperiori. Dat non raro ductibus bilariis. In hoc cadavere cum peculiari ramo pancreatico-meſentericae inoſculata eſt. Sed in eo cadavere & in aliis pluſculis, Duodena ſuperior brevis fuit, dimidioque duodeno deſcendenti unice proſpexit, reliqua pars omnis hujus inteſtini, quam ſolet occupare, habuit arteriam a meſenterica ſuperiori. An hanc vult WINSLOW n. 186.? Ea arteria ſtatim ſub pyloro, retro pancreas, demerſa, diviſa eſt in tres ramos. Sinister ad duodeni partem ultimam abiit, quae ſiniſtrorſum adjacet Meſentericis vaſis. Medius in ipſo pancreate deſcendente inoſculatus eſt, & Pancreaticae, & ſecundae duodenali a Meſenterica ortae. Dexter autem ramus, ſive is, de quo agitur, retro pancreas erepſit, conſcendit duodenum, proſpexit ejus partis deſcendentis faciei poſteriori, tum partis transverſae alterius, ſurſum cum Duodena dextra.

q) Porro *Pancreaticoduodenalis*, dum retro duodeni principium, ante pancreas deſcendit, dat ramos ipſi duodeno, alios parvos, alios longiores, ad flexionem transverſam primam: Ubi autem finem inferiorem eſt emenſa duodeni, vel paulo ſupra, dat ramum *Pancreaticum transverſum*, quem alias meſenterica producit. Is ſiniſtrorſum per faciem poſteriorem & carnem pancreatis longe, & pene ad duas tertias hujus glandulae ſiniſtrum ramoſus exit. Vidi eum dediſſe fere in principio *epiploicam poſteriorem* ex majoribus, ad partem dexterrimam omenti Gaſtrocolici, ipſumque colon. Hic ramus alias ſeorſim venit a Pancreaticoduodenali, alias & plerumque, a gaſtroepiploica dextra, ut WALTHER de *coeliac.* f. Noſtro vero modo vidit LIEVTAVD, cui eſt *Epiploica dextra* p. 489. In eodem etiam retro duodenum tranſitu, minutis ad pancreas editis ramulis, cum aliis exiguis ſurculis transverſis trunci meſenterici communicat. Sub duodeno vero primo loco Pancreaticoduodenalis ad dextra dat *Pyloricam inferiorem*, ad ventriculi partem inter curvaturas mediam, & proximum duodenum. Ea & cum ramis Pyloricae ſuperioris perpendicularibus, & cum ramis Gaſtroepiploicae dextrae, & cum Pancreaticoduodenali inſulas facit.

r) Ad ſiniſtra vero educit eadem Pancreaticoduodenalis, ad rectum angulum, magnam *Gaſtroepiploicam dextram* C. BAUHINI, D. de MARCHETT., DIEMERBROECKII p. 478. GLISSONII, HEISTERI & plerorumque: *Gaſtricam dextram* WINSLOW n. 184. LIEVTAVD p. 489. KULMI l. c. BOUDON: *Gaſtricam majorem* SPIGELII L. IV. T. VIII. f. 1. 2. *Coronariam inferiorem* COWPERI n. 35. VESALIO pingitur ic. p. 484. *r*. & L. IV. f. 14. 15. *c*. f. 2. h. f. 4. *o. o.* Ea cum omento, ſecundum curvaturam ventriculi majorem, diſtans a ventriculo, natansque in omento, fertur ad ſiniſtra, ramis tum ad utrumque planum ventriculi, tum deorſum vel antrorſum ad omentum datis EUSTACH. T. IX. f. 2. VESAL. L. V. f. 4. 9. f. 3. *a. b.* Earum aliqua dexterior eſt *Epiploica minor* LIEUTAUD p. 489. *dextra* VERHEYENII, BOUDON, DIEMERBROECK, KEILII, KULMI & aliorum. Eae epiploicae ad colon delatae, varie, ſed parvis ramis, cum arteria colica media inoſculantur WINSLOW n. 185. Vidi etiam ramulos inde ad veſiculam bilis una cum membranis omento minori continuis veniſſe. Sed Gaſtroepiploica, omentalibus datis & ventricularibus, & ſurculis numeroſis ad glandulas, quae in ea curvatura jacent, abſumtis, ultimo occurrit ramo dexterrimo Gaſtroepiploicae ſiniſtrae, & cum ea continuatur EVST. T. IX. f. 2. T. XXVII. f. 2. WINSLOW n. 185. LIEVT. LEONCENA in *Phil. trans.* n. 280. (cujus icon caeterum multis modis vitioſa eſt). Alias non trunco, uti neque EVSTACHIVS T. XXVII. f. 4. neque VESALIVS habet, ſed ramo aliquo haec communicatio perficitur: uti obſcuram vidit hanc communionem Cl. HEBENSTREITIVS. Sed anaſtomoſis frequentior eſt. Truncus autem

Pan-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 85 sur 543

n. Ductus cyſtici alia arteria.
o. Cyſtica.
p. Cyſtica alia.
q. Hepatica ſiniſtra.
r. Arteria ligamenti ſuſpenſorii.
s. Ductus cyſticus.
t. Ductus hepaticus.
v. Ductus choledochus.
u. Epiploica dextra arteria. *s*)
y. Rami omentales.
z. Colica media. *t*)
α. Arteriae meſentericae.
β. Ileocolica.
γ. Vena Cava.
δ. Vena Portarum.
ε. Vena emulgens ſiniſtra.
ζ. Arteriae renales.
η. Spermatica vaſa.
θ. Ligamentum ſiniſtrum hepatis.

Pancreaticoduodenalis, *Duodena* WINSLOW n. 186. LIEVT. p. 489. BOVRDON, KVLMVS, HEISTER &c. dicta VESALIO p. 490. *Inteſtinalis* C. BAVHINI, DIEMERBROECK p. 478. KEILII, aliorum, in ſemicirculi fere ſpeciem cavae curvaturae duodeni parallelus circumit, ante pancreas, ubi craſſiſſimum eſt, dat huic glandulae, & duodeni transverſi primi, deſcendentis, & transvetſi ſecundi faciei anteriori, ultimoque inoſculatur ramo meſentericae ſuperioris, vel qualem deſcripſi ex hoc cadavere, vel alteri, ſimili, inferiori, in ea ſede pancreatis ortae, quae proxime dexterior eſt magnis vaſis meſentericis. Is in dextrum & ſiniſtrum trunculum findi ſolet. Siniſter adit oriens jejunum & duodeni partem maxime ſiniſtram. Dexter vero ſupra duodenum transverſum ſecundum & Pancreaticoduodenali trunco, & Duodenae primae inoſculatur, illi ante pancreas, huic pone idem, totidem ramis ſuis: Ita voluiſſe EVSTACHIVM manifeſtum eſt ex utraque icone T. XXVII. Hic caeterum ramus meſentericae pancreaticus inferior, idemque inteſtinalium primus, alias ſupra colicam mediam arteriam, ut in hoc cadavere, alias infra eam ortus eſt, alias vidi duodenalem ramum meſentericae ab eo ramo veniſſe, quem meſenterica dabat hepati.

t) De his vaſis proprio loco dicetur.

EXPLICATIO

TABULAE II.

A. B. Hepatis dextrorsum reclinati dexter lobus.
r. Lobus sinister.
Δ. Lobulus SPIGELII.
C. Vesicula fellis.
D. Ren dexter.
E. Ventriculus ita directus, ut orificium utrumque retrorsum spectet, fere uti in summa plenitate.
F. Oesophagus.
⊙. Omenti gastrocolici portio.
G. Pylorus.
H. Duodeni portio descendens.
I. Duodeni portio transversa altera.
K. Ejusdem pars sinistra & oriens mesenterium.
L. Ren sinister.
M. Lien in situ naturali.
N. Pancreatis planum anterius.
O. Pancreatis planum posterius extroversum.
P. Arteria mesenterica transeuns retro duodenum, & ante pancreas.
Q. Arteria colica media.
R. Truncus coeliacae.
S. Arteria coronaria superior.
Φ. Φ. Venae portarum rami mesenterici.
T. Vena portarum paulum dextrorsum revulsa.
U. Arteriae coeliacae ramus dexter.
X. Ejus truncus hepaticus.
Y. Duodenalis.
Z. Arteria gastroepiploica dextra, curvaturam majorem ventriculi relegens.
a. a. Arteriae pyloricae inferiores duae. *a*)
b. Arteria Pancreaticoduodenalis magna, relegens curvaturae cavam partem.

c. Rami

a) Vide T. I.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 87 sur 543

c. Rami ad duodenum. γ. ad pancreas. ε. anaſtomoſes cum pyloricis parvis.
d. Pancreatica longe ſiniſtrorſum transverſim exeuns. *b*)
e. Inſertio arteriae a ſplenica in Pancreaticoduodenalem. *c*)
f. Ramus arteriae a meſenterica in eamdem inoſculatus. *d*)
g. Locus inſertionis duodenae primae.
h. Arteria ſplenica. *e*)
i. Rami pancreatici. *e**)

k. Rami

b) Haec eadem modo a meſenterica provenit, modo a ſplenica: ſemper autem ex ora inferiori pancreatis exit, & exiguis ramis adit Meſocolon transverſum, inter magni arcus inteſtinalis crura, perque hoc meſocolon ſpargitur, paſſim inoſculata ramis Colicae mediae. Arteriae vero, quas ex dextro & ſiniſtro trunco coeliacae VESALIUS deducit ad colon, vel inferiorem omenti membranam, variis locis, (ut L. III. p. 484. *o. B.* L. V. f. 4. x.) nunquam ita reperiuntur, & unice a magno viro depictae ſunt, quod iis in locis venae revera a gaſtroepiploica, & a ſplenica ad colon transverſum emittantur. Sed harum venarum comites arteriae ſunt a meſenterica ſuperiori, uti notiſſimum eſt, & icone proxime exprimetur. Easdem arterias repetit VALVERDUS, cujus fere omnes deſcriptiones arteriarum ex VESALIO ſunt, & VIDUS VIDIUS L. III. c. 17. p. 138. & PLATERUS p. 117. & ROLFINK. *diſſ. anat.* p. 1154. & BAUHINUS, qui Epiploidem dextram, & Epiploidem poſticam vocat, p. 56. & RIOLANUS p. 114. cujus peſſima deſcriptio eſt, l. c. & DIEMERBROECK & GLISSON. Unum enim VESALIUM plerique anatomicorum exſcribunt.

c) Hic ramus *ſplenicae* primus *Pancreatica ſuprema*, ſatis frequens eſt, & ex ortu fere dextrorſum ante pancreas, retro ſedem pylori fertur, modoque duodeno faciei poſteriori ſtatim ſub pyloro, modo pancreatis capiti inſumitur. Inoſculari vidi Pyloricae inferiori, in loco adhuc a duodeno tecto, hic autem Pancreaticoduodenali ultimae. Eumdem ramum vidi veniſſe a trunco coeliacae ſupra tripodem, ut in hoc ipſo cadavere. Vidi etiam ex aorta prodiiſſe, ſupra coeliacam, communi trunco cum coronaria ſiniſtra COMM. BOERH. III. p. 34. Venam ſociam videtur deſcribere C. BAUHINUS p. 50. Vidi ejus locum tenuiſſe arteriam ex meſenterica, omnium primam ortam, quae retro pancreas diviſa, hinc ad dextra, inde ad ſiniſtra, ad meſocolon transverſum venit, inque colon eſt terminata; Communicabat autem cum Gaſtroepiploicis.

d) Nempe Meſentericae arteriae rami duodenales vario modo ſe habent. In cadavere, cujus prima icon eſt, duae erant, earumque & ſuperiori & inferiori inoſculabatur Pancreaticoduodenalis. In eo, cujus haec ſecunda icon eſt, unica fuit, bifida, eaque non egreſſa limites duodeni transverſi ſecundi, & inoſculata tum Pancreaticoduodenalis trunco, tum duodenae ſuperiori ſive dextrae. Hujusmodi arteriam habet WINSLOW n. 197. Uterque caſus frequens eſt. Hi rami vero diverſi ſunt a minimis ſurculis, qui cum Pancreaticoduodenali, retro duodenum, per pancreas transverſi communicant.

e) *Splenica*, plerumque tertius ramus coeliacae, idemque in adultis hepatica major eſt, ſecundum obſervationes ILL. WALTHERI *de coel.* BOUDON l. c. olimque VASALII p. 490. BARTHOLINI & aliorum. In cadavere noſtro rami dextri propago fuit, nunquam autem ex aorta prodeuntem vidi, quod olim DRELINCOURTIUS deſcripſit, & alii, & ex iis TILINGIUS *de vaſ. brev.* p. 95. Deſcendit ad pancreas, oram legit ſupernam hujus glandulae, deſcendit iterum ad fines ejus, & denuo fit transverſa, ſic ſerpentinis alternationibus ad cavum lienem venit ARANTIO obſervante *obſ. anat.* c. 35. & SPIGELIO L. VIII. T. 9. f. 1. 4. DIEMERBROECKIO p. 478. RUYSCHIO *epiſt.* III. T. 4. WINSLOWO n. 194. DRAKE l. c. 41. BIDLOO T. 36. f. 1. WALTHERO *de ven. port.* Non optime ergo rectam pingit EUSTACHIUS. Denique lienis ſinum relegit multis, octo etiam & decem, ramis ipſi immerſa. Ex poſtremis vero ramis ſplenicis, cum omento, ſurculi tres fere quatuorve cum nomine *vaſorum brevium* ad coecum ſaccum Ventriculi veniunt EUSTACH. T. XXVII f. 2. 4. WINSLOW n. 194. VESAL. p. 484. ζ. L. V. f. 14. 15. *g*. Eorum ſupremus ſub ligamento ab apice lienis ad ventriculum eunte proxima eſt. Ramuli a ſplenica alii ad diaphragma, dicti ſunt RUYSCH. *epiſt.* IX. p. 11. Ex ipſo denique liene non raro ſurculi a ſplenicis ramis in pancreas remittuntur.

*e**) Splenicae arteriae rami ſunt *Pancreatica* deſcendens not *c*. quae tamen alias nullam cum duodenali communionem habuit, ſed ex imo pancreate ad meſocolon exiit, not. *b*. Deinde

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 88 sur 543

k. Rami Gaſtrici poſteriores. *f*)
l. l. Rami ſplenici.
m. Arteria Gaſtroepiploica ſiniſtra. *g*)
n. Ejus anaſtomoſes cum dextra.
o. o. Vaſa brevia.

de *Pancreaticae parvae*, quae ex tota longitudine ſplenicae numeroſae deſcendunt. EUSTACH. T. XXVII. f. 2. 4. &c.

f) Hujusmodi rami ſplenicae arteriae minime infrequentes ſunt, adeuntque ex ipſa ſuperiori & fere medio ora pancreatis, ventriculi tuber ſiniſtrum, ſub oeſophago, in facie dexteriori, eoque cum omento delati veniunt EUSTACHIUS T. XXIV. f. 2. 4. absque literis: CASSERIUS L. V. T. I. WALTHER *obſ. 3. de ven. port.* p. XI. Hae videntur eſſe *Gaſtricae ſiniſtrae* VERHEYENII, BOUDON aliorum.

g) Tum, ad finem pancreatis ſiniſtrum, aut ad duas tertias pancreatis exit ex ſplenica *Gaſtroepiploica ſiniſtra* C. BAUHINI, D. de MARCHETTIS, GLISSONII, DIEMERBROECKII; *Gaſtrica ſiniſtra* WINSL. n. 191. LIEUTAUD p. 490. dicta VESALIO p. 491. & ic. p. 484. ε. L. V. f. 14. 15. ad k. f. 3. d. f. 4. ζ. Ea arteria antrorſum emergit & deorſum, magnoque ambitu ventriculum, a quo remota eſt, longis tribus quatuorve poſteriori omenti faciei innatantibus flexuoſis ramis adit, neque unum plerumque truncum habet, parallelum ventriculo, uti dextra ſolet Gaſtroepiploica. Alias, ut in hac icone, eadem verus truncus eſt ſplenicae, tuncque lineales ipſi pro ramis ſunt. Surculi hujus arteriae perpetui, primi, Pancreas adeunt, WINSLOW n. 192. LIEUTAUD p. 491. Sequentes, dexteriores, omentum & colon, WINSLOW n. 192. Ventriculares vero rami in utroque plano cum Coronariarum ramis deſcendentibus inoſculantur. Ramorum, qui ultimus eſt, trunci nomine venit, & ventriculum propius originem omenti circumlegens inoſculatur ultimo fini Gaſtroepiploicae dextrae EUST. T. XXVII. f. 4. Alias in medio fere pancreate finditur ſplenica: Ramus ſuperficialis Gaſtroepiploica eſt, a qua unus & alter ramus ad ſummum lienem venit, profundus ſplenicae truncum continuat. Ita coram video, & habet LOWERUS p. 214.

Rami vero gaſtroepiploicae omentales varii ſunt, alias parvi omnes, alias unus reliquis major, qui meretur *Epiploicae ſiniſtrae* nomine diſtingui. Id nomen C. BAUHINUS p. 56. & WINSLOWUS habet n. 194. & LIEUTAUD p. 490. & D. de MARCHETT. & DIEMERBROECK p. 479. & VERHEYEN. p. 370. & KEIL. & KULMUS. Habet etiam VESALIUS p. 491. & ic. p. 484. ad γ. & ε. L. V. f. 3. ſub d. f. 4. prope ζ. Eorum ramorum aliqui dant ligamento ſuſpenſorio lienis, & cum eo, vicino colo.

D. AL-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 89 sur 543

D. ALBERTI HALLER
ANAT. P. P. O.

ICONES UTERI HUMANI

LECTURIS S.

In priori fasciculo icon uteri exstat Cl. HVBERI, *qui ex theatro anatomico, cujus cura mihi mandata erat, Cassellas vocatus, ibi Professoris et Medici Aulici dignitate auctus est. Plurima etiam eorum, quae de columnis, lacunis, et carunculis dicenda habebam, vir Cl. occupavit, et ita proposuit, ut cum ipso omnino sentiam. Non ideo tamen visum est omittere novas meas icones, novasque observationes. Illas dedi, quod mihi vehementer placeant, ut quae summa fide, et artificio non vulgari, a Cl.* ROLLINO, D. HVBERI *successore, delineatae, et satis, si ita definire licet, feliciter sculptae sint, et passim a prioribus differant: Istas nolui premere, quod et consensu suo, et dissensu non inutiles esse videantur: et ea enim firmiora*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 90 sur 543

miora fore putavi, quae nobis similiter visa essent; et nova aliqua, aut aliter a me reperta, hanc historiam uberiorem redditura esse, deque dubiis lectorem monitura. Scriptores ex integro contuli, et aliter forte eorum monumentis sum usus: certe eorum memoriam, qui ante me aliquid invenissent, nullo modo credidi praetermitti posse, etiam si ab alio prius fuerint adlegati. Cum mea HVBERIANAM *descriptionem comparavi: cum vero fusa sit, et multo quam mea longior, omnia excitare, aut ad amussim conferre non potui. Candidi tamen hominis duxi indicare, prae oculis mihi fuisse veteris discipuli et convictoris opusculum. Dabam D. 27. Febr.* 1745.

EX-

EXPLICATIO

FIGURAE I.

A. Uterus.
B. Craſſities uteri.
C. Cervix a latere aperta.
D. Tumor eminens oris uteri.
E. Valvulae cervicis, in hoc cadavere confuſiores. *a*)
F. Ovula Nabothi.
G. Ligamentum teres.
H. Tuba lateris dextri.
I. Laciniae, in quas expanditur.
K. Ovarium in ſitu.
L. L. Ovula varia integra & diſſecta. *b*)
M. Vaſa alarum veſpertilionis.
N. Ovarium ſiniſtrum, rimoſum. *c*)

O. Pars

a) In pluſculis nuper cadaveribus non bene ſe habuerunt, ut oportuerit iconem dare ex cervice puellae recens natae, cui pulcherrimae fuerunt. Rudes enim fere erant, quas apud auctores vidi, cervicis icones. Haec autem mihi fabrica conſtantior, etſi non perpetua viſa eſt, ut duae columnae ſint, & arborum quaſi trunci, anterior & poſterior, uterque non ſtrato, quaſi verrucoſo, ut in vagina, factus, ſed ſimplici, calloſa magis eminentia, acuto dorſo eminet. Ab utroque trunco exeunt valvulae ſurſum tendentes, extrorſum, ad vaginam cavae (MORG. *adv.* I. n. 14.) in aciem extenuatae MORG. ib. ſibique ab anteriori & poſteriori columna occurrunt, in arcum flexae brevem, parum cavum. A qualibet valvula, quae in arcum flexa eſt, numeroſae membranulae breves, quaſi pectinis figura, ad proximam aliam valvulam, aut deſcendunt, aut transverſae exeunt, interque has membranulas ſinus ſunt mucoſi, quem mucum in recens natis copioſiſſimum, lactis colore & conſiſtentia puris, video vaginam, & uterum replere. Caeterum hanc meam deſcriptionem, repetito factam, confer cum *Comm. Boerh.* V. P. II. p. 209. & adde, ſaepe confuſam fabricam eſſe, & inordinatas valvulas, nobiscum tamen WINSLOWUM fere ſentire T. IV. n. 598. & SANTORINUM p. 214. Sed MORGAGNI etiam cervicem duos truncos habere crediderim, etſi paulo incomtius ſculptos repraeſentaverit *Adv. I.* T. III. f. 1. Neque de TREWIANIS iconibus dubito, etſi unicum truncum nominet Vir ILL. *Commerc. Lit. Nor.* 1731. *ſpec.* 7. p. 52. & pingat 1736. T. 2. f. 5. ad *hebd.* 32. 1735. *hebd.* 39. T. IV. f. 11. Nam unam anatomicus fere deſtruit, dum cervicem aperit. Morbus harum valvularum eſt, quem nuper vidi. Appendix nempe fuit, uvulae prolapſae ſimilis, pendula in oſtium, & nonnunquam ovis NOUVESIANIS diſtincta, qualem etiam RIOLANUS vidit p. 197. & NICOLAI *Comm. Lit.* 1732. *hebd.* 32. Nuper etiam in femina matura pene nullas valvulas vidi, nullasque veſiculas.

b) Inter haec ovula unum fuit, in hoc ipſo corpore, ſed in altero ovario, avellanae mole, liquore turbido & ſordido plenum.

c) Uti ſolet, maxime in vetuſtioribus corporibus.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 92 sur 543

O. Pars Peritonaei ſervata, vaſa habent a ſpermaticis.
P. Arteria ſpermatica.
Q. Venae truncus.
R. Venae minores.
S. Corpus pampiniforme.
T. Vaſa ovario inſerta.
U. Alia vaſa ad uterum deſcendentia.
X. Tuba ſiniſtra vaſculoſa.
Y. Ligamentum ſive ala veſpertilionis.
Z. Laciniae tubae vaſculoſae.
a. a. Ureteres.
b. Arteriae ureteris ab hypogaſtricis.
c. Arteriarum uteri & vaginae plexus. *d*)
d. Veſica reclinata.
e. Vagina.
f. Pars poſterior, in qua leves rugae fere transverſae. *e*)
g. Maculae in vagina frequentes. *f*)
h. i. Trunci rugarum vaginae.
h. Rugarum truncus anterior. *g*)

i. Alter

d) Vide vaſa uteri & ovariorum in *Comm. Boerh.* T. V. P. I. ad num. 656.

e) Haec pars vaginae non raro omnino levis eſt GRAAF *de mul. org.* 79. dimidia (MORGAGNO obſervante *adverſ.* I. p. 10.), & nonnunquam major, certe in adultis. Nam in junioribus ita vidi valvuloſam & papilloſam, ut etiam aſperior eſſet, quam in vaginae aditu, & ipſa denique uteri cervix exterius aſperis lineis percurreretur. Sed contra integram vaginam, nonnunquam obſcure valvuloſam vidi, detritis rugis omnibus, ut etiam ſuperior columna, adeo elegans, aegre veſtigia ſui relinqueret. Hactenus ergo recte LINDEN. *phyſ.* p. 316. GRAAFIUS p. 80. PLAZZONUS p. 114. 115. LAMY *des ſens* p. 151. MORGAGNUS *adv.* I. p. 10. HUBERUS, & alii, qui rugas vaginae per aetatem aut venerem deleri dixerunt.

f) Hujusmodi nigricantes, leves, planas, maculas frequenter vidi, neque, quid ſint, poſſum hactenus definire. An fontes menſium? quia ſimiles maculis uteri? Sed menſes ex vagina fluere non probabile fit COMM. BOERH. V. P. II. n. 665. not. *m.*

g) Celebres illae carunculae, a PINAEO hymeni ſubrogatae, duorum ordinum ſunt, & duplicis generis. Primum genus, quod in incorruptis virginibus retro hymenem adparet, ſunt omnino apices carnoſi, verrucoſi, tumidi, obtuſi, columnarum, quae proxime deſcribentur. Eae ſunt carunculae, retro hymenem poſitae SCHRADERI *obſ. anat.* 7. *Dec. I.* Easdem deſcripſit MORGAGNUS *Adv.* IV. n. 23. 24. & HUBERUS p. 44. 45. Harum numerus binarium naturaliter non excedit, uti duas etiam carunculas facit VIGIER *Enchir. Chirurg.* p. 58. Si plures adſunt, tunc omnino bifidae columnae, ſed maxime anterioris, cui frequentius id contingit, alter apex ſecundae carunculae intermediae nomen gerit. Tres carunculas adeo non raro vidi, & D. de MARCHETTIS p. 30. Hae nunc carunculae nihil cum hymene aut virginitate commune habent, neque adeo absque diſcrimine oportuerat dixiſſe GARENGEOTUM, defloration is teſtes eſſe, & nullas in virginibus reperiri II. p. 52. PINAEUM autem utcunque excuſo, qui virginitatis notam poſuit in quatuor carunculis, membrana connexis *de not. virgin.* p. 66. eumque ſecu-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 93 sur 543

ſecutos fere omnes ejus aevi anatomicos, ut LAURENTIUM L. VII. c. 12. SPIGELIUM *hiſt. an.* p. 256. PLAZZONUM p. 112. D. de MARCHETTIS p. 50. READ. *abridgm.* p. 122. c. BARTHOLINUM *inſt.* p. 166. TH. BARTHOLINUM *anat. renov.* p. 290. MAURICEAU *malad. des femm. groſſ.* p. 31. VENETTE *art.* III. DIONIS *des acouch.* p. 53. aliosve. Excuſationis ratio eſt, quod omnino columnarum apices hymeni innaſcantur. Male tamen hi viri, & princeps PINAEUS, defloratione in eo poſuerunt, ut prima caruncula anterior rumperetur, deinde poſterior, ultimo reliquae p. 69. 70. cui commento vix explicatio invenitur. Neque magis placet PINAEUS, quando tunc virgines eſſe declarabat puellas, quando quatuor hae carunculae integrae eſſent p. 73. quem ſequuntur DEVAUX *art de faire les raports* p. 430. DIONIS *cours d'anat.* p. 300. aliique. Neque ullo modo confirmo SCHELHAMMERI in *Franc. ſatur.* p. 16. aut PASCOLI *de homine* III. p. 58. 59. aut VENETTI, aut aliorum innumerorum opinionem, hymenem ab incorrupta virgine abeſſe, ejusque loco adeſſe carunculas. Gratus adeo adgnoſco RIOLANI merita, qui fictitias carunculas refutavit, hymenemque reſtituit p. 187. ut, quae adeo perpetua, & certa particula ſit in fetu, infante, puella, virgine.

Alterum genus caruncularum ante priorem ordinem, in feminis virum paſſis conſpicitur, ut tamen etiam columnarum apices videam nonnunquam protuberare ex pudendo, moleque ſua has anteriores carunculas obſcurare. Hae nunc conicae calloſaeque criſtae vulgo ad hymenis deſtructi reliquias referri ſolent. Ita MVNNIK *de re anat.* p. 54. RAV apud VALENTINVM p. 95. FANTONVS p. 183. WELSCHIVS *tab. anat.* LII. MORGAGNVS *adverſ. anat.* I. p. 33. GARENGEOT. *ſplanchnol.* II. p. 52. WINSLOW n. 654. HVBERVS p. 46. Sed MORGAGNVS in *Quartis Adverſariis* mollit ſententiam l. c. & partitas laceri hymenis, & columnarum, in carunculis faciendis vices admittit: HVBERVS autem manifeſto utrumque genus diſtinguit. Ego vero timidius ita definio. Certe, ſi hymenis eſſent reliquiae, oporteret maximam eſſe in ſede ani, minimam ſub urethra, quod illic maxima hymenis laritudo, hic minima ſit; oporteret etiam eas repetito concubitu, per multam venerem, & iterata puerperia minui, & deleri. Verum ego non video aut illam rationem unquam ſequi, aut deleri, per iſtas cauſas. Quare eo animus meus inclinat, quo MERCURIALIS, apud MORGAGNUM *adv.* I. n. 29. hymenem nempe ſaepe omnino obliterari potius, quam rumpi: Carunculas vero anteriores refero ad valvulas illas pronai incraſſatas, quae puellis teneris membraneae, feminis craſſae ſunt fungoſaeque, poſteriores autem ad valvulas, quae comprehendunt lacunas BARTHOLINI, & video eo etiam inclinare HUBERUM p. 47. etſi aliam videatur profiteri ſententiam. Sed non oportet excludere criſtas verrucoſas, alioquin circa has partes frequentes, ſerratas, paſſim efflorescentes. Quare nunc etiam quinque coram video in muliebri corpore carunculas, praeter tres columnarum apices.

Facile nunc ſequitur, incertum caruncularum numerum eſſe, neque ullo modo ad quaternarium reduci poſſe, quem fixit PINAEUS, & plurimi, ut fieri ſolet, ab eo receperunt, ut WHARTONUS *adenogr.* p. 234. SPIGELIUS *de form. fet.* f. ult. MOLINETTUS p. 326. PLEMPIUS, LINDENIUS *phyſ. reform.* p. 321. MAURICEAU ic. p. 6. DIONIS *Cours d'Anat.* p. 300. & ipſe nuper Cl. HUBERUS p. 44. Ego vero utriusque ſeriei incertum numerum invenio, & conjunctim facile quaternarium ſuperare, ſeparatim autem ad eum internam ſeriem non pervenire, externam facile ſuperare. Accederem adeo potius HEISTERO, qui a duabus ad quatuor numerat carunculas p. 101. aut D. NICHOLLS, qui incertum numerum, aut MAURICEAU ic. p. 27. & 32. aut GARENGEOTO l. c. qui nonnunquam quinas viderunt, ſi hi viri duos earum ordines diſtinxiſſent: quam eamdem diſtinctionem neque PINAEUS propoſuit, neque qui eum ſunt ſecuti, ex deſcriptione tamen apices columnarum videntur intellexiſſe. Cl. GRAAFII autem ſententia, qui carunculas nunquam deleri ſcribit, aut COLLINSII exſcriptoris p. 562. a mea remota eſt, & accedo potius PINAEO, qui carunculas deleri negat p. 72. aut RIOLANO, qui in puerperio quidem obliterari, ſed renaſci ait p. 187. Nam & apices columnarum, & valvularum degenerationes in aetate etiam decrepita perpetuas reperio.

Nunc, ut columnas propius deſcribam, ita eas fere reperio, quales hic pinguntur, nempe conſtanter duas, uti inter paucos video tenuiſſe SANTORINVM *obſ. anat.* p. 122. tum certius WINSLOWUM n. 649. qui ſitum etiam definit, ad ſuperiora & inferiora, & GARENGEOTUM, qui cum ligamentis coli minus bene conparat l. c. p. 58. Earum anterior, maxima & ſola perpetua, obſervante etiam RIOLANO p. 184. & DIEMERBROECKIO p. 150. ſaepe ex pudendo aliquantum eminet uncia longior: haec adeo eſt illa particula cervicis uteri, quae excreſcit ad inſertionem urethrae, & in cavitatem propendet VESALII p. 654. Haec ab EUSTACHIO pingi videtur T. XIV. f. 3. Eadem eſt illa bifida amplior ſub veſica caruncula RIOLANI p. 187. Hic eſt turbo membraneo-carnoſus, rugoſus, in ingreſſu ſinus muliebris, baſi ipſi cohaerens, apice libero foras ſuper cutem labiorum propendens, uvulae ſimilis, quem columellam oportet vocare LINDENII *phyſiol. reform.* p. 322. nam hujusmodi tumorem ipſe vidi. Haec *maxima anterior* caruncula WHARTONI *adenogr.* p. 234. caruncula

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 94 sur 543

i. Alter poſterior & minor. *h*)
k. Pars ſtrata papillis denſe confertis. *i*)
l. Pars valvulis facta. *k*)
m. Rugae intermediae transverſae. *l*)
n. n. Ambitus pudendi externi.
o. Urethrae oſculum.
p. Majores lacunae, ſive uretericae. *m*)
q. Val-

cula major bifida MVRALTI *vadem. anat.* p. 421. Eadem eſt criſta a vagina ſubtenſa meatui urinario FANTONI p. 182. A Cl. DOUGLASSIO etiam pingitur *Phil. trans. abr. by Motte* IV. T. VI. f. 2. 88. ſed ruditer, CHESELDENIUS etiam bifidam pingit Ed. III. T. 29. Saepe enim bifida eſt, & duas habet partes *ſtratas*, quae mediis rugis transverſis conjunguntur. Aliquando hi duo trunci verrucis ſtrati ita remoti ſunt. ut pro duabus ſuperioribus columnis haberi poſſint. Tunc carunculae tres ſunt, ut MORGAGNUS nonnunquam vidit *adv.* IV. n. 23. Caeterum ſuperius plures vaginae rugas eſſe dudum monuerunt COWPERUS T. LI. f. 3. FANTONUS p. 183. PINAEUS l. c. p. 99. VERHEYEN p. 146. GRAAF p. 79. & alii. Adde nunc hiſtoriam ſupernae columnae HVBERIANAM p. 22. 23. & confer minutius utramque deſcriptionem.

h) Poſterior, aliquando aequalis priori, plerumque minor, caetera ſimilis, ſed minus perpetua, & vitio aetatis, nonnunquam nulla eſt. Deſcribitur a Cl. HUBERO n. 18. Enormem pingit SPIGELIUS ic. cit. In hymenem & ipſa, & anterior, ſed magis poſterior, inſerit valvulas in arcum flexas, membranaceas, tenues, reticulatas, quae ſolae inter extremum anterius columnarum, & hymenem ſuperſunt HVBER. Hanc conjunctionem valvularum cum hymene MORGAGNUS vidit *adverſ.* IV. n. 23. & eo refero eminentias, quibus hymenem dixit exaſperari, & plures ſub urethra lamellas EIVSD. *Adv. I.* n. 29. anulum vero ab interiori tunica vaginae in valvularum ſpeciem factum ad rugas circulares, quae inter imas columnas & hymenem eſſe ſolent.

De utilitate harum columnarum nondum definio. Voluptati inſervire MORGAGNUS credidit *adverſ.* I. p. 10. & alii p. 25. qui praeterea papillas veras eſſe crediderunt, quas ego verrucas calloſas voco, a papillis ſimplicibus, molliſſimis, aegre viſibilibus, diverſiſſimas. Verum obſtat credituro analogia uteri, cujus cervix, nulli unquam veneri inſervitura, ſatis adfines rugas habet. Numerum binarium retineo. Quatuor nunquam vidi, &, qui tot recenſet Cl. HVBERVS, duas tamen columnas laterales minores eſſe fatetur p. 21.

i) Solidior & continua pars eminentis trunci, ſit ſtipatis corpuſculis, ovalibus, quadratis, rotundis, duris, linea depreſſa circumſcriptis, quae ſtratas urbis plateas referunt. Papillas non voco, verrucas fere vellem.

k) Sed pars proxima his ſtratis, & nonnunquam in eadem columna interpoſita, ſemper autem conjungens duas vicinas columnas, valvuloſa eſt, cervici uteri analoga, valvulis brevibus, extrorſum verſus pudendum cavis, inclinatis SANTORIN p. 122. acie crenata terminatis MORGAGN. *Adv.* I. p. 10 varie interruptis & reticulatim confluentibus. Hae durae ſunt, calloſae hactenus, brevesque. Senſim autem degenerant in molliores rugas.

l) Rugae transverſae ſimili adparatu verrucarum conſtant SANTORIN l. c. quae tamen & minores ſunt, & paulo longius diſtant, neque crenatae ſunt, neque adeo inclinatae ad exteriora, neque perinde eminent. Directio varia eſt, extrorſum, ſurſum, deorſum, varia lege, & modo evaneſcunt, ubi oporteret concurrere, modo ſe adtingunt & ramulis emiſſis inoſculantur, modo omnino in veram retis ſpeciem intricantur, interruptis quadratis areolis. Hujusmodi etiam ſunt eae minutiores valvulae, quae a fine columnarum ad uteri oſculum fere circulariter oberrant, & quae inter easdem columnas & hymenem poſitae, paucae, in anulos obeunt, ſed hae tamen magis verrucoſae eſſe ſolent. VERHEYENII icon (T. XVII.) quam MORGAGNVS carpſit *Adv.* IV. n. 24. non ita mala, & inter meliores eſt, quas vidi, & videtur exprimere duas columnas ad N. P. & ad OO. tum intermedias rugas minores.

m) Lacunae GRAAFII huc pertinent, ſed diſtinctius proponendae. Sinus ſunt inflabiles, rotundo, aut lunato oſtiolo, lineae aliquando diametro, ſtylum ad aliquot lineas admittentes. Hujusmodi ſinus in ipſa urethra alias raros, unum, duos, tres, reperi, ſed nuper in puella pulcherrimos. Urethra intus ſemper percurritur lineis, longitudinem ſequentibus; ſed in eo corpuſculo hae lineae ſex fere fuerunt, & in ipſo oſculo urethrae circumductae curvisque

unitae

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 95 sur 543

q. Valvulae ſuperiores. *n)*
r. Earum ſinus, ſuperni. *o)*
s. Sinus inferni. *p)*

t. t. Ma-

unitae ſinibus, convexae reſpexerunt vaginam. Inter lineas autem totidem fuerunt ſinuum ſeries, parallelae, ſingula quinque vel ſex ſinuum, ut omnium numerus ſuper triginta eſſet, & maſculos ſuperaret. In urethra muliebri tubulos & oſtia deſcribit GRAAFIUS, tum LIEUTAUD p. 357. NICHOLLS p. 45. FANTONUS p. 182. & TERRANEUS *de gland.* c. 2. breviſſime, & WINSLOW n. 643. Lacunas etiam urethrae WALTHERUS habet in *ſuffoc. hiſt.* & fuſe deſcribit eos ſinulos MORGAGNUS *adverſ.* IV. p. 45.

Alii ſinus perpetuo conſpicui, in tumido oſtio urethrae, ſuperius aut lateraliter maximi eſſe ſolent, tum ad latus utrumque urethrae, utrinque duo, vel unicus, aliquando praemagnus. Circa oſtium urethrae ſinus pinxit GRAAF T. V. f. 1. D. D. T. VI. f. 9. T. VII. 5. tubulosque addit ramoſos & deſcripſit p. 66. Sinus eos etiam VERHEYEN habet V. XVII. f. 2. H. H. & MORGAGNUS *adv.* I. T. III. adf. & plerique GRAAFIO poſteriores, ut DIEMERBROECK p. 153. LAMY *des ſens* p. 171. Cl. HVBERUS pauciores invenit, ego frequenter uti GRAAFIUS, & concedit IDEM p. 33.

Alii ſinus in vicinia, maxime verſus vaginam, tres, quatuor viſi ſunt, totidem in eminentibus papillis. Hujusmodi ductus, ex ſubſtantia glandoſa urethrae ortos deſcribit FANTONUS p. 182. GRAAF p. 80. & alii, qui minus diſtinxerunt a prioribus. Circa orificium vaginae tantos vidit RUYSCHIUS, ut pro urethrae oſculo haberi poſſe monuerit, in gravida apud ERNDL. *It. angl. bat.* p. 90. Unum alterumve infra urethrae orificium deſcribit Cl. HVBERUS p. 9.

Fundunt omnes album liquorem FANTON. *diſſ. anat.* p. 188. qualem etiam in utero ſecretum video. Origo horum ductuum eſt in ſpongioſa carne urethrae, uti in viris, quam glandulam, & proſtatam ex analogia vocavit GRAAFIUS *de mulier. org.* c. 6. p. 67. ed. 1672. pinxitque T. VI. f. 9. & ad hoc ipſum corpus revocavit proſtatam, quam mulieribus tribuit GALENUS *de util. part.* L. XIV. c. XI. Hunc ſecuti ſunt plerique, ut DIEMERBROECKIUS l. c. SCHELHAMMERUS *progr. val.* n. 31. BERGER. de *nat. hum.* p. 456. VERHEYENIUS p. 138. DIONIS p. 291. BOURDON. *deſcr. anat.* p. 118. Cl. GERIKE *de generat.* n. 50. Alii proſtatam muliebrem omnino veram glandulam fecerunt, ut WELSCH *Tab. anat.* 52. aut plures glandulas disgregatas urethrae, ut FANTONUS p. 182. Sed ego, ſollicite aperta carne urethrae, nihil glanduloſi reperio, ſpongioſam autem fabricam video, neque diſtinguo ſinus iſtos a reliquis mucoſis ſinubus, quorum magna cum virilibus urethrae ſinubus ſimilitudo eſt. Ita dudum femininas proſtatas negavit VESALIUS *de chin. rad.* p. 124. & *de fabric. corp. hum.* p. 668.

n) Latera tumentia urethrae, cum vaginae initio triangulare fere ſpatium efficiunt, quod urethra perforat. Haec latera tument, & ſaepe carnoſam papillam utrinque emittunt, ut duorum cornuum modo ex urethra protuberent. Hae videntur carunculae mori ſimiles prope urethram DOUGLASSII *Phil. trans. abr. by Motté* IV. P. II. p. 117. & corpus glandoſum, quod in vaginam protuberat MORGAGNI *Adv. anat.* I. p. 10. & HVBERVS habet p. 7. Verum non glandula eſt, ut video depingi, ſed ipſius urethrae tumida productio.

o) Ab ea nunc utrinque eminentia continuatur valvula, unica, ſimillima orae ovalis foraminis, quae iſthmus dicitur. Ea arcu convexo verſus vaginam flexa, redit ſurſum, & plus quam ſemicirculari circuitu facto, evaneſcit in pronai membranam. Pronaum vero vel atrium cum PINAEO vocamus, omnem illam partem pudendi, quae labiis interior, oſtio vero vaginae exterior eſt. Vidi has valvulas duplices fuiſſe, ut ex medio ſemicirculo ruga adſcendens ſpatium bipertiret. Has parvas rugas & quaſi opercula lacunarum ad latera veſtibuli pudoris PLAZZONI dixit LINDENIUS in *phyſiol.* p. 321. & iisdem pene verbis ROLFINKIUS *meth. genital.* p. 192. Cl. HUBERUS ventriculos vocavit p. 6. 8. f. 1. F. tum f. 4. 6. Nunc haec valvula, quam deſcripſi, utrinque una, comprehendit quemdam cum carne pronai ſinum, parum profundum, parabolicum, plerumque ſimplicem, alias ſemiduplicem, deorſum cavum, ſuperne apertum.

p) Alterum vero par *valvularum*, ſive *inferius*, in medio ſpatio eſt, inter anum & urethram, fere e regione terminimi nympharum. Similes ſunt prioribus, ſimilesque intercipiunt foſſas. Non raro incipiunt a valvulis ſuperioribus, alias ab atrii carne membranoſa proxime valvulas deſcendunt. Hae nymphae ſecundae ſunt, MORGAGNO nonnunquam viſae *adverſ.* IV. p. 42. In adultioribus ſaepe in modum conicarum papillarum eminent, & faciunt carunculas laterales, alias omnino nullae adſunt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 96 sur 543

t. t. Magnae lacunae ſinuum ſuperiorum. *q)*
u. u. Lacunae ſinuum inferiorum. *r)*
x. x. Glandulae ſebaceae ibidem diſpoſitae.
y. Clitoris.
z. Ejus praeputium.
α. Linea cava, quae medio corpori *s)* clitoridis reſpondet.
β. La-

q) Hae *lacunae*, binae fere, in uno latere, aut ſingulares, aut ternatae, perpetuae fere ſunt, ſtylumque ad aliquot lineas admittunt. Dixi ad BOERH. V. P. II. p. 73. Simplices deſcribit PLAZZONUS L. II. c. 6. p. m. 123. & aegre niſi in vivis adparere, fundere vero laſcivum humorem in venere: RHODIUS ſtylo inſerto demonſtraſſe eas inventorem teſtatur *mantiſſ. anat.* n. 53. EX PLAZZONO repetit, iisdem fere verbis, SPIGELIUS p. 257. & RIOLANUS p. 198. ſed iſte breviter. Similia habet LINDENIUS l. c. ſitum tamen adit, & perpetuas eſſe obſervat p. 322. tum imitatus ipſum ROLFINKIUS *ord. part. genit.* p. 192. & T. BARTHOLINUS in *inſt. anat.* p. 166. *anat. renov.* p. 287. Hanc etiam ASTRUCII proſtatam eſſe neceſſe eſt *de morb. ven.* p. 153. cum duobus oſtiis ajat aperiri, & a cellulis urethrae diſtinguat. MORGAGNUS autem, etſi non omnia explicat, pingit tamen tria ad minimum & quatuor (*adv.* I. T. III.) in uno latere ſinuum oſcula, quorum, quae intima ſunt, & urethrae proxima, huc videntur pertinere. Huc etiam duo illa oſcula refero, a BIANCHO deſcripta *Theatr. anat.* II. p. 76. Unam vel duas lacunas habet Cl. HVBERVS p. 8. tum in iconibus.

r) Has ego lacunas, in foſſa valvularum inferiorum poſitas, perpetuo aliquas reperio, ita ſaepe profundas, ut pene ad anum deſcendant, ſemuncem longae in tenera puella. Alias unica eſt, alias duae ſunt, ut etiam C. BARTHOLINVS habet p. 25. Hae ſunt BARTHOLINI *proſtatae muliebres*, quas ipſe IOSEPHO DUVERNEYO tribuit, inventas in vaccis, glandulae nempe conglomeratae, ductum emittentes, qui in latere paulum poſteriori vaginae in papilla pateat &c. *de diaphr.* c. III. ſ. 5. p. 107. & *de ovar. mul.* p. 21. IDEM in femina ſibi viſas eſſe teſtatur p. 24. deſcriptionem vero obſcuriorem dat, nec locum definit, & ſatis demonſtrat, glandulam ſibi non viſam eſſe, cum ajat ſimili ſubſtantia eſſe toti ductui vaginae, quem perreptant GRAAFIANI ductus l. c. p. 25. Sed chirurgus DUVERNEYUS easdem inter vaginae introitum nymphasque in femina hiantes glandulas deſcripſit ZOD. GALL. *ann.* II. p. 72. & DUVERNEYO, ſed in brutis inventas tribuit TAUVRY *anat. raiſonn.* p. 183. & PEYERVS in *exercit. anat.* p. 97. 148. WINSLOWVS duas glandulas, in craſſitie alarum poſitas, totidemque ductus, ad latus vaginae patentes, deſcripſit l. c. n. 128. GARENGEOTVS easdem ait, ſub plexu retiformi vaginae & clitoride poni, ad latus inferius vaginae, ſeptem, & ultra, lineas longas, ductu in medio oſtii vaginae patente l. c. p. 57. Similia ſunt, quae habet VERDIER. COWPERVS autem pro novis deſcripſit magnas, duas, glandulas, in ima parte pudendi poſitas ad anum, ductubus apertas ad radicem caruncularum myrtiformium, ſemen edentes muliebre T. LI. KEILIVS lacunas exiguas deſcribit in inferiori parte pudendi inter ſphincterem & vaginam *abridgm.* p. 99. & denuo tres quatuorve glandulas prope rectum inteſtinum mucum ſalacem fundentes p. 100. utrobique vero has ipſa *proſtatas* intelligit. Easdem nunc glandulas in variis brutis invenerunt PARISINI, ut in hyſtrice, tigride, civetta, gazella, leaena, iidemque etiam feminae tribuunt (in *anat. tigrid.*). In mure vidit VALISNERI *della gener.* L. II. c. 5. n. 72. Porro SANTORINVS duas ſub plexu clitoridis glandulas, a proſtatis BARTHOLINI diſtinctas, deſcribit *obſ. anat.* c. XI. n. 7. an diverſas? NICHOLLSIVS, procul dubio ex COWPERO, glandulas ſphincteri vaginae ſuppoſitas nominat p. 46. Verum etiam MORGAGNVS Bartholini glandulam ſe inveniſſe teſtatur, *adv. anat.* I. p. 36. non quidem perpetuo *Adv.* IV. p. 63. ductusque pingit T. III. H. & **.*. Obſervandum tamen eſt, extimos tubulos, qualis ad G pingitur, noſtris lacunis ſimiliores eſſe. ASTRVCIVS nomine Glandularum COWPERI easdem intelligere videtur p. 153. Cl. HVBERVS deſcribit lacunas, unam duasve. Ego vero glandulas non vidi, ſinus vero perpetuos, alias breves, alias unciali longitudine, muciferos, quales dixi: neque obſcure dubito, an omnino glandulae verae, certe conſtantes, adſint, exemplo motus ſinuum urethrae utriusque ſexus, adeo ſimilium, meoque experimento. Aliae minores lacunae in parvis eminentiis columnarum, nondum ſatis a me demonſtratae, ſunt vaginae glandulae & pori, quos dixi COMM. BOERH. V. P. II.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 97 sur 543

β. Lacuna in ea linea. *s*)
γ. Lacunae ad ejus lineae latus. *t*)
δ. Nymphae crenatae.
ε. ε. Glandulae ſebaceae nympharum. *u*)

s) An expreſſa fuerit neſcio. Linea eſt eavula, inter duas eminentias a clitoride deſcendentes.

t) In ea linea lacunae ſunt, parvae, breves-que, pene perpetuae. Eas vidi quatuor fuiſſe, in eadem linea diſpoſitas, quam dixi, ſecundum perpendiculum a clitoride ad oſtium urethrae deſcendere: vidi duas, vidi in eadem linea paucas, ſed pluſculas ad latus, ut in prima icone. Aliquid ſimile pinxit GRAAFIVS T. VII. S. unumque ſub clitoride ductum vidit MORGAGNVS *adverſ.* I. p. 36. unum alterumve Cl. HVBERVS p. 9.

u) MORGAGNVS valde diſtinctas depinxit *adv.* I. T. III. ad *e. e.* & foraminulum, filumque eminens deſcripſit n. XI. additque *adv.* IV. p. 62. ſe ex ipſis ceram expreſſiſſe. BIANCHIVS in animadverſionibus apud MANGETVM *Theatr. anat.* II. p. 76. nimis magnas & nimis conſpicuas pingi exprobravit neque ego tantas aut tam manifeſtas depinxi. Habet etiam WINSLOW n. 640. Huc forte pori labiorum duorum generum RVYSCHII *Thes.* V, n. 70.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 98 sur 543

FIGURA II.

Sectio uteri et vaginae puellae paucarum ſeptimanarum.

A. Uterus per poſteriorem faciem apertus.
B. Ovaria & tubae.
C. Vagina aperta per anteriora.
r. Ejus membrana interior, nervea, rugoſa.
Δ. Ejus caro exterior, fibroſa.
D. Hymenis diſſecti circellus.
E. Orificium uteri crenatum & aſperum.
F. Septum uteri ex tribus jugis conpoſitum. *a)*
G. Columna cervicis uteri anterior. *b)*
H. Poſterior.
I. Valvulae exiguae cervicis uteri.
K. Valvuloſa pars vaginae utero proxima.
L. Columna vaginae anterior & major.
M. Columna poſterior & minor.
N. Caruncula intermedia.
O. Pars hymeni proxima, ex valvulis circularibus conpoſita.

a) Hujus modi ſeptum uteri in ipſo corpore hactenus nondum videram, & excuſo adeo veteres, qui, magno conſenſu, uterum ſeminum bifidum, inque duos ſinus diviſum ferunt. Conf. COMM. BOERH. V. P. II. p. 42.

b) Haec, & reliqua, vide in prioris tabulae explicatione.

FINIS.

ERRATA.

In tabula coeliacae Prima deleatur litera n. & linea ultima T. I. cum in hac figura lien non adpareat.

©BIU Santé



©BIU Santé



©BIU Santé



©BIU Santé



©BIU Santé



BIU Santé


P. Rollinus M. Dr. del: ad nat.
G.D. Heuman Grav. de la Cour de S. M. Brit. et de l'Universite de Gottingue

ICONUM ANATOMICARUM

PARTIUM

CORPORIS HUMANI

FASCICULUS III.

Arteriae Capitis, Mesenterii, Thoracis, Renum.

AUCTORE

ALBERTO HALLER

PH. ET M. D. MED. ANAT. BOT. CHIR. P. P. O. ARCHIATRO ET CONSIL. AULIC, SUPREMI SENATUS BERNENSIS DUCENTUMVIRO SOC. REG. ANGL. SVEC. SOD.

GOTTINGAE,

APUD ABRAM VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

MDCCXXXVII.

LECTORI S.

ALBERTUS HALLER

Arterias corporis humani haec noſtra fere aetas primum in aliquam lucem conſtituit. Seculo XVI. in muſculis fere & oſſibus explicandis laboraverunt Anatomici. Non quidem ignoraverunt artem injiciendi, imo tenuerunt ante ipſa I. SYLVII *tempora* 1). *Sed ſpreverunt plerique, &* ipſe SYLVIUS. *Verum absque ea arte nihil quidquam in hac anatomes adeo nobili parte poteſt effici. Seculo XVII. viſcerum fere fabricas & in vivis animalibus experimenta ſibi propoſuerunt Anatomici, ab humana anatome in univerſum juſto remotiores. Noſtris denique temporibus, cum vulgatiſſima nunc ſit ars injiciendi, etiam angiologia ab infinitis erroribus repurgata, & maximis acceſſionibus aucta eſt.* RUYSCHIUS *equidem, cum tam magnus eſſet artifex, parum auxit hanc vaſorum hiſtoriam, quae ab aorta, tamquam trunco, ramos majores perſequitur per membra muſculosque. Videtur obfuiſſe ſtudium revellendi, & reſecandi de ſua in toto corpore ſede partes, quibus repleret lagenas, aſſeresve exornaret. Itaque arteriarum quosdam elegantes fines, & retia, & penicillos, artificioſe expreſſit. Bronchiales vero arterias neque invenit, neque pro dignitate deſcripſit, ut alibi demonſtravi* 2)*; alias, alicujus momenti, vix invenit arterias.* WINSLOWIUS *fere primus, & adeo nuper fregit hanc adeo fran-*

1) Potes vaſorum diſtributionem inflando per tubulos explorare, quod probo magis, quam humorem crocatum, vel aliter coloratum in ſanguinis jam effuſi locum per tubulos inmittere (*Iſag. Anat.* L. III. c. 23. p. 68. editionis Pariſinae a. 1561.

2) *De art. bronchial. & Oeſoph.*

frangibilem glaciem, neque tamen tentatam. Hujus inſiſtere veſtigiis viſum eſt, & quae IPSE *in compendio arctius & brevius exhibuit, ea uberius & per minutiora ex magna illa in cadaveribus humanis opportunitate perſequi, qua inſtructi ſumus. Non ignoro, quid ſoleat huic noſtro ſtudio objici. Varias eſſe arteriarum origines, progreſſiones, diviſiones, nihil certi poſſe ſtatui. Verum ea lex, ſi valeret, nos omnino & ab arteriarum, & a nervorum cognitione, & ab ipſis minutioribus muſculis excluderet, nam & in iis rebus vix duo corpora ſibi per omnia ſimilia invenias. Deinde haec varietas in venis quidem infinita, in arteriis fere modica eſt. Ut eam coerceas & circumſcribas finibus, ſufficit iteraſſe experimenta, & per ipſam crebritatem diſſecandi exploraſſe, quid perpetuum, ſolitum, frequens, rarum, inſolens demum ſit in arteriarum fabrica. Hoc ergo inſtitutum tenui, ut de nulla arteria ſcriberem, niſi ſaepiſſime inquiſiviſſem. Id ideo ſcripſi, ne forte aliquis, qui non continuo eum vaſorum ordinem numerumve invenerit, quem ego deſcribo, culpam in deſcriptionibus meis quaerat. Poterit alia diſſectio ipſi oſtendere, quae ſemel inquirendo non repererit. Ego vero, ex cadaveribus comparatis, ſtudui, ut quam uberrimam hiſtoriam colligerem, neque facile ramum aliquem omitterem, qui alicujus eſſet molis aut conſtantiae, neque credo ullo modo me admittere potuiſſe, ut aliquid aut non verum, aut non frequens, aut non perpetuum, pro vero, frequente, perpetuo deſcriberem. Eamdem ſequendam rationem mihi propoſui in iis iconibus, quas nondum ſatis perfectas, maturas aliquando edam, arteriarum pelvis, cerebri, artuum, dorſi.*

Die 3 *Aprilis* MDCCXXXXVII.

ARTE-

ARTERIAE CAROTIDIS EXTERNAE

TABVLA SECVNDA

ARTERIAE PHARYNGEAE.

Arteriae Carotidis externae descriptionem promisit *a*) IOSEPHVS EXVPERIVS BERTINVS, sed eam felicitatem nescio quod fatum nobis videtur invidere, cum & diu abfuerit in ultima orientali Europa BERTINVS, & nunc aliis laboribus inplicetur. Quare interim non inutilem fore operam ratus sum, quam impendi huic inprimis arteriae. Non permisit institutum suum WINSLOWO, ut in uberiorem historiam se diffunderet. Praeter WINSLOWVM vix ullus auctor exstat, quem possis consulere. Ergo, cum abundarem cadaveribus, & puerilibus plurimum, ad injectionem cerae peridoneis, magnam vim capitum dissecui, ut ignotas undique arterias in lucem protraherem, notas confirmarem. Micrologiam forte nonnulli criminabuntur. Sed arduum est limites definire, ubi desi-

a) Librum ejus Viri de Carotide Externa lucem nondum vidisse, & verendum esse ne supprimatur legi potest in COMMERC. LITER. NOR. 1743. p. 285.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 110 sur 543

desinat curiositas utilitatem habere. Musculorum vidi circumscriptiones & ossium, quibus infiguntur sedes, incredibili industria & laboris patientia definivisse ALBINVM. Quis in arteriis, in nervis, simile aut minutius studium reprehendet? & si in aliis anatomes partibus plena & perfecta descriptio laudem meritam est consecuta, quis aequus rerum aestimator studium & sollicitudinem carpat in arteriis? Nova nomina alii vitio vertent. Sed novis rebus, aut anonymis nomina imponere jubet publica utilitas. Ita sermo facilis fit, & memoriae subvenitur. Notum est, quantum confusionis apud eos vetustos auctores myologicos sit, qui ante nomina imposita scripserunt. Praeterea nomina facilia, & ex proximo petita imposui. Icones demum ex adultis corporibus adjeci. Sed eo parciores fuerunt rami, quos pictor exprimeret. Neque id magnum vitium fore putavi, cum ipsa abundantia pariat obscuritatem: neque situs ratio patiatur plenam vasorum copiam, &, quae icon non exprimit, vocibus fere melius possint exponi. In teneris vasa facilius replentur, sed musculi obscurissimi sunt, & fere inextricabiles. Deinde in nostris iconibus, ad adulta corpora factis, ALBINIANVM studium in musculis ne requirat velim, aequus lector. Sufficere mihi credidi, si sedes vasorum & limites definirem, ne errarent per innane album, ut solent, exemtorem vasorum nervorumque ichnographiae, quarum equidem utilitas mihi perexigua esse videtur. Carotidis internae fines in cerebrum divisos in alio fasciculo exhibebo. Haec icon picta est Decembri mense MDCCXLV.

CA-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 111 sur 543

CAROTIDIS EXTERNAE
TABVLA II.
ICON ARTERIAE
PHARYNGEAE

Effractum eſt jugum, & late patefacta, quae inter maxillam ſuperiorem & proceſſum maſtoideum poſita ſunt.

A Margo cartilaginis thyreoideae inferior.
B Margo ſuperior.
C Os hyoides.
D Glandula Whartoni
E et ſublingualis 1)
F Maxillae inferioris, cujus ramus ablatus eſt, extremitas.
G Ala pterygoidea externa.
H Iugi pars exterior defracta.
I interior
K Meatus auditorius.
L Proceſſus mammillaris.
M Foramen tertii rami Quinti paris.
N Foramen principis arteriae meningeae.
O Sedes proceſſus transverſi Atlantis.
Ω Proceſſus ſtyliformis

P Ster-

1) Continua ſemper priori, & eadem, ſi naturam potius, quam morem conſulas. Ita recte egregius WALTHERVS *de lingua*; & olim WHARTONVS *Adenograph.* p. 129.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 112 sur 543

P Sternothyreoideus muſculus

Q Coracohyoideus

RR Sternohyoidei.

S Mylohyoideus obiter indicatus. 2)

T Pars Baſiogloſſi, cujus major portio deſtructa eſt.

V Pharynx ab unco pterygoideo deſcendens.

X Styloglossus muſculus.

Y Stylopharyngeus

Z Levator palati mobilis.

a Circumflexus palati mobilis.

b Obliquus capitis ſuperior.

c Obliquus inferior.

Δ Levator ſcapulae.

d Complexus.

e Nervus octavi paris.

f f Arteria vertebralis, quae nuda primo adparet inter rectum majorem & obliquos, iterumque inter obliquum inferiorem & levatorem ſcapulae.

g Ramus ejus muſcularis ad obliquos, rectum majorem, complexum, rectum minorem. 3)

h Carotis *communis*.

i i Truncus *Cerebralis* hic parum flexus. 4) 1 Ca-

2) Muſculi hujus fibras non ſecundum naturam depictas eſſe ſatis novi. Sed ſedes tantum muſculorum definire volui, non fabricam.

3) Vide in arteriae thyreoideae inferioris hiſtoria not. *d. ſub Atlante demum* &c.

4) Cum Carotidis rami perpetuo duo ſint, eorum vero, qui cerebrum adit, exterior ſit, aut certe poſterior, & quem externum vocant, is vere ſit interior, aut anterior nonnunquam, niſi micrologum videtur, adparet nomina mutanda eſſe *Comm. Boerh.* II. n. 231. not. *b.* Confirmo vero, quoties thyreoideae arteriae origo ſuper diviſionem eſt, externae truncum infra thyreoideam internam diametro ſuperare. Caeterum arteriae Carotidis truncus profundus, hic parum vel nihil flexus pictus eſt, neque flexus fuit, neque aliter in multis, adultorum inprimis cadaveribus reperitur. Minime vero ignoro, frequentem ſatis eſſe flexionem illam, quae ſub foramine in hac Carotide reperitur, & quam COWPERVS depinxit, tum in *Phil. Trans.* n. 280. tum in Appendice operis BIDLOIANI, tum in DRAKII illa celebri tabula (*Anthropogr.* II. T. XX.) LANCISIVS etiam in T. VI. f. 1. novae edit. L. *de corde & aneuriſm.* ſive in tabula diſſertationi de gangliis addita expreſſit. Videtur mihi in junioribus plerumque adeſſe, & ab injectione non parum augeri, uti in univerſum repletio ceracea multum valet in augendis flexionibus ſerpentinis arteriarum, dum terminatas arterias dilatat, exque breviſſima linea recta in longiorem inflexam urget. Addo ex hac arteria rariſſime ramum aliquem naſci. Nuper tamen, ſed ſemel omnino, occipitalem arteriam ex hoc cerebri trunco vidi prodiiſſe. Veteres hoc vulgo ignorarunt, variosque internae ramos tribuerunt.

1 Carotis *ſuperficialis* ſ. externa. 5)

m Ar-

5) Ordo ramorum, qui ex hac arteria exeunt, hic expreſſus eſt, uti plerumque obtinet. Nempe thyreoidea ſuperior prima oritur (vid. not. 6.) deinde lingualis, & poſterius proxima Pharyngea, inde labialis, & extrorſum occipitalis, vel eo loco, vel utique aliquanto inferius, ſuper eam vero plerumque auricularis externa. Denique truncus, data pro ramo Temporali, inflexus in Maxillarem internam abit. Minores in univerſum ſurculi plures paucioresve inter diviſionem Carotidis & Parotidem glandulam intercedunt, qui vel extrorſum ad maſtoideum muſculum, ganglion magnum collive muſculos & cutem, vel antrorſum ad biventrem, ſtylohyoideum, vel introrſum ad pterygoideum internum, ſtylopharyngeum, pharyngem ipſum, maſſeterem denique, eunt. Sed & hyoideus ramus lingualis, & dorſalis linguae, & quinquies in quinquaginta fere cadaveribus Laryngea ex trunco prodiiſſe viſae ſunt. Verum haec rara illae minores arteriolae, etſi ſemper aliquae, & ipſae tamen inconſtantes, neque una niſi paucae in eodem ſubjecto, nec unquam omnes adſunt. In eo vero hoc corpus, quod hic depictum exſtat, a ſolito more differt, quod omnes arteriae paulum ſurſum tractae ſint, quod in abſciſſo capite vix evitari poteſt. Caeterum hic ordo quem deſcripſi, ab adeo paucis anatomicis hactenus eſt recte propoſitus, ut ſit, quod valde mireris. Veteres fere ita male deſcripſerunt, ut non ſit neceſſe redarguere, Princeps VESALIVS & internae ramos tribuit, & venas arteriasque varie commiſcuit & denique internam, cui ramos adſignat, qui debentur maxillari internae, principe ramo una cum jugulari vena dixit cranium penetrare. (L. II. c. 12. fin.) Eum, ut ſolent, ſecuti ſunt VALVERDVS L. VI. c. XI. PLATERVS p. 118. & alii, & CASSERIVS L. VI. c. 2 & clanculum imitatus NATHANAEL HIGHMOR. *diſquiſ. anat.* p. 246. & BOVRDONVS. *Tab. Anat.* VII. f. 2. ejusdem culpae reus. EVSTACHIVS nihil praeter verum pinxit, ejus autem icones T. XXV. fere a venis ita tectas habent arterias, ut minus ſint utiles. COLVMBVS emendavit aliqua, & addidit arterias maxillae inferioris & ophthalmicas. GABRIEL FALLOPIVS pleraque quidem errata VESALII correxit, expunxit illas confuſiones arteriarum & venarum, delevit ramum majorem carotidis, per Jugularis foramen deductum. Ad ejus deſcriptionem VIDVS VIDIVS (T. 27. f. 1.) potius quam ad cadaver, iconem finxit. Thyreoideas duas vidit FALLOPIVS ex Carotide prodire, hinc Externam Carotidem pro tertio ramo recenſuit. Ejus deinde ramos primos ſollicite ſatis deſcripſit, non ita qui minores inde prodeunt. (*Obſ. Anat.* p. 132.) Addidit tamen aliquos, quos non oportuiſſet inter primos numerare, ut *quartam* p. 132. b.) SPIGELIVS equidem VESALIVM ſecutus, diſtinctius paulo quam FALLOPIVS, Carotidem internam ab externa ſeparavit, caeterum varia abnormia admiſcuit, ut VESALII potius & COLVMBI deſcriptiones, quam naturam videatur imitatus. Iisdem verbis continetur CASPARI BAVHINI deſcriptio (*theatr. anat.* p. 367.) LAVRENTII L. IV. c. 10. p. 145. ed. Pariſ. & RIOLANI breviſſima verba nihil lucis adferunt, neque THOMAS BARTHOLINVS, qui SPIGELIVM *fere* exſcripſit *Anat. renov.* p. 672. neque DIEMERBROECKIVS L. VI. c. 4. p. m. 477. qui easdem etiam fere voces habet SPIGELII, & tribuit internae ramos, qui maxillari debentur. Quatuor ramos habet BOVRDON *expoſ. anat.* p. 369. lingualem, angularem, temporalem & occipitalem, easdemque KEILIVS *abridgm.* p. 340. & VERHEYENIVS. COWPERVS in celebri illa tabula, quae & in *Phil. Trans.* n. 280. & in appendice BIDLOIANA T. III. & apud DRAKIVM T. XX. tres tantum ramos pingit, eosque confertim ex Carotide externa ortos, temporalem, Angularem a qua Maxillaris interna (10. 10.) & occipitalem. Ut omnino haec, paſſim celebris tabula, in Capitis vaſis inutilis ſit. In LEONCENAE iconibus, quae in *Phil. Trans.* l. c. exſtant, eadem fere, quae COWPERI ſunt vitia, & occipitalis perinde pro trunco Carotidis externae datur, angularis vero omnino omittitur. RAVII deſcriptio apud VALENTINVM (*Zootom. append.* p. 102.), ditior eſt prioribus, & Thyreoideam, eo ſeculo vulgo omiſſam repetit, in ramis vero minoribus paſſim aberrat. CANTII icon, etſi minime perfecta, multo melior eſt (*Inpet. Anat.* T. I. f. 2.) & ramos Externae ordine naturali habet, etſi minime ad finem perductos. CHESELDENII deſcriptionem etiam in noviſſima editione, parcius laudo (p. 185.) WINSLOWVS multo omnibus prioribus melior, expunxit ramos ſpurios, addidit denuo thyreoideam, auricularem, maxillarem internam primus ornatius deſcripſit: a meis fere in eo recedit, quod pharyngeam aut non habeat, aut certe ſub nomine *Maxillaris inferioris* (*Tr. des arter.* n. 54.) non ſatis perfecte deſcribat, neque enim hic de minoribus ſurculis inquiro. D. LIEVTAVD, qui ſtylomaſtoideam ramis magnis Arteriae Caroditis externae adnumerat, eamdem Pharyngeam omittit (*Eſſays anatom.* p. 477.) Eamdem neque KVLMVS habet (*Tab. anat.* p. 80.) cujus caeterum bona eſt deſcriptio. VERDIER (*Abregé Anat.* T. II. p. 374. & BOVDON (apud PALFYN. *Anat. Chir.* II. p. 241) fere WINSLOWVM exſcribunt. GRAMBSIVS in *angiologia* thyreoideam habet, & Maxillarem, & ſublingualem, & Temporalem cui maxillarem internam

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 114 sur 543

m Arteria Thyreoidea ſuperior. 6)

n Ramus ad hyothyreoideum ceratogloſſum, ſternohyoideum.

o Ad muſculos ſternohyoideos ramus.

p Ad Coracohyoideum longe ſecundum cutem deſcendit

n Ad Cricothyreoideum & glandulam thyreoideam.

q Ex Arteria Pharyngea 7)

r Ra-

nam accenſet & Occipitalem T. V. LE CATII icon multa bona habet, ordinemque ramorum majorum naturalem, Pharyngeae vero loco unicum ramum, eumque Carotidis internae in foramine ſuo comitem pingit (*des ſens* Tab. ad p. 299.) Eum vero ramum nunquam vidi, neque fere perſuadeor, ut credam adfuiſſe.

6) Recentiores obſervationes de hac arteria cum prioribus meis conſentiunt. Rariſſimum eſt, per foramen tranſire truncum Laryngeae, plerumque ſuper marginem thyreoideae & ſuper thyreopharyngeum, cui ramum dat notabilem, in Laryngem ſubit, & perpetuo per imam partem exit ad cricothyreoideum. Nec rarum eſt, ex ipſa thyreoideae origine ramum iviſſe ad muſculum maſtoideum. Laryngeam quinquies vidi ex Carotidis ſuperficialis ipſo trunco proveniſſe.

7) Haec arteria nova eſt, quantum video primum deſcripta ad BOERH. Tom. I. p. 202. Tenuia ſunt veſtigia, quae apud ſcriptores reperi. Ramus ad rectum muſculum colli, quem FALLOPIVS dixit & quarto loco numeravit l. c. p. 132. b. & VIDVS pinxit T. XXVII. f. 1. O., huc omnino pertinet. Sed minorem ſurculum cum habeat, pharyngis veros ramos omittit. Habet aliquid hujusmodi CANTIVS, ſed obſcuriſſimum eſt, quod pingit. LE CAT ramum procul dubio tubarium depinxit, p. 299. g. quem in foramen Carotidis internae ducit, nos eo iviſſe nunquam vidimus, etſi eo iturus videri poſſit. WINSLOWI *Submaxillaris* arteria n. 54. accedit noſtrae. Sed noſtra non adit maxillarem, ſublingualem, Parotidem glandulas, & de WINSLOWIANA deſcriptione nihil habet, niſi ramos muſculis pharyngis & flexoribus parvis datos. Perpetua eſt, neque fallit inquirentem, etſi minor reliquis carotidis ramis primariis, ſi auricularem poſteriorem non commemeres. Caeterum, ab eo tempore, quo deſcripſi Pharyngaeam, pleraque eadem in nuperioribus cadaveribus reperi. Origo conſtantior eſt inferius, quam in hoc cadavere, vel ex ipſa diviſione Carotidis, ut in tabula arteriarum faciei, vel ad lingualis originem. Eo ſemper fere omnia redeunt ut rami externi tres, duo, unusve rectum majorem, minorem, ganglion intercoſtale, & nonnunquam aliqui cutem & maſtoideum muſculum adeant (*r*). Qui foramen jugulare ſubit, non eodem ſemper loco exit, neque penitus perpetuus eſt, retro Carotidem vero internam ſurſum migrat. Arteriam autem hujusmodi cum jugulari vena Cranium adeuntem multi habent veterum, ut PLATERVS p. 23. 297. PAREVS L. III. c. 15. DIEMERBROECK p. 477. & alii: ſed ii fere VESALIVM exſcribere videntur, qui per errorem Carotidis magnum ramum ea via ducit. Cum octavi paris nervo ſubeuntem arteriam habet RIDLEY *obſ. pract.* p. 165. & MONROVS quaſi ex fama incerta de hujusmodi arteria loquitur *of the bones* p. 114. Idem ramus alio foramine, per quod & vena vertebralis ramum mittere ſolet, repertus eſt a me perforaſſe condylos occipitis, & partem durae matris proximam foramini magno adiiſſe. Alias, & in cadavere etiam unde arteriae faciei depictae ſunt, ab occipitali prodiiſſe vidi. Interni rami inferiores ſtyloideos muſculos & pharyngem tribus ad minimum locis adeunt, primus circa angularem arteriam (*s*), unde longe nonnunquam deſcendit: deinde alter infra levatorem palati mobilis, unde ramus notabilis, reflexus, (*u*) etiam duplex, pariter per poſtica pharyngis in mediam pene Laryngis altitudinem migrat, cujus imi rami cum thyreoideis ſuperioribus coeunt. Hic etiam tubae ſaepe, ejusque vicinis duobus muſculis, ramos exhibet, & ſurſum ramos mittit in pharyngis ſuperius infundibulum. Supremus denique omnium, qui pharyngis partem oſſi occipitis ſubtenſam adit, cumque conpare transverſum conjungitur, idem tubae cartilagineae, et cartilagini oſſi petroſo & occipitis interpoſitae, & recto minori, & oſſis cuneiformis proximi parvis foraminibus, & principio narium ramulos dat, & ab eo arteria eſt, quae ingreditur canalem pterygoideum, atque cum naſali concurrit. Sed neque defuerunt cadavera, in quibus duo rami, alter ſub levatore, alter ſupra eum muſculum, pharyngis poſteriora, rectum, vertebrarum corpora & ligamenta adierunt. Ipſam etiam Pharyngeam totam ab occipitali arteria vidi ortam, & vidi.

du-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 115 sur 543

r Ramus ſuperficialis ad glandulam parotidem.
s Ramus ad pharyngem primus, ſurſum deorſumque diviſus.
t Ramus ad nervum octavi Paris, ganglion intercoſtale, ſcalenum, muſculum rectum internum, & longum colli deſcendens.
u Ramus ad pharyngem alter.
* Sedes unde ramus comes jugularis prodire viſus eſt in variis corporibus.
w Ramus ad rectum internum, pharyngem ſummum.
x Ramus ad pharyngis partem poſteriorem, & ſummae proximam deſcendens.
y Ramus ſuperficialis ex Carotide externa. 8)
z *Lingualis* arteria. 9)

« Ra-

duplicem fuiſſe, cum ad communem altera a Carotidis trunco ſuperficiali accederet; & triplicem, ut extrema, comes Carotidis, ab occipitali eſſet, rectisque proſpiceret muſculis; altera daret muſculis tubae, veloque mobili: tertia vero tonſillis, & linguae, & utraque a Carotide externa eſſet. Palatinae caeterum longe plerumque ſunt a Labiali.

8) vide not. 5. Frequenter adeſt. Caeterum ita ſoleo conſtituere limites Carotidis externae vel ſuperficialis, ut a diviſione Carotidis communis ad diviſionem uſque externae in Maxillarem internam & Temporalem nomen retineat.

9) Lingualis princeps arteria anatomicis fere omnibus innotuit, & principi COLVMBO L. VII. p. 181. *Tertia arteria* eſt FALLOPI (*obſerv.* p. 132. b.) & VIDI VIDII (l. c. n.) altera KVLMI p. 80. *Sublingualis* WINSLOWI n. 53. LIEVTAVD p. 478. CL. GVNZII *de art. maxillar.* p. 14. qui omnes breviter eam adtigerunt. CANTIVS obiter eam expreſſit ſub glandula Parotide, melius vero ILL. TREWIVS in *Epiſt. de vaſis linguae* olim ad me data T. 1. Quare ut hunc praecipuum Carotidis ramum pro dignitate recenſeamus, trunco quidem lingualis nomen relinquimus, qui ſub Labiali plerumque oritur, ſeptiès tamen a nobis inter quinquaginta obſervationes communi principio cum Labiali prodiit, uti etiam TREWIO videtur obtigiſſe l. c. Continuo ſuper os hyoides flexuoſa introrſum tendit, & ſurſum primum, deinde introrſum, atque continuo Hyopharyngeis ramum tribuere ſolet, ad ipſum autem os hyoides alterum, qui transverſim ſub eo oſſe ductus minime raro arcum cum ſocio lateris alterni efficit. Hunc ramum, quem *hyoideum* voco, ſeorſim a trunco Carotidis oriri vidit FALLOPIVS p. 132. cui *prima* eſt, & ego bis vidi, ex Labiali vero pariter in duobus cadaveribus. TREWIVS exprimere videtur f. 1. haud longe ab L. Hic ramus perpetuus quidem eſt, magnitudine vero diverſa. Ceratogloſſo, Mylohyoideo, Biventri, Hyothyreoideo, Sternohyoideo, Coracohyoideo ramulos dat, vel omnibus, vel pleriſque. Cum arteriae thyreoideae ſuperioris ramulis concurrere ſolet variis anaſtomoſibus.

Eo ramo edito Lingualis ſuper ceratogloſſum, deinde ſuper baſiogloſſum migrat, tecta utroque. In eo intervallo vel per intercapedinem Hyogloſſis interjectam, vel variis eorum muſculorum partibus perforatis, introrſum quidem ramum alterumve ramum edere ſolet ad Mylohyoideum, biventrem, geniohyoideum, in quo muſculo cum conpare alterius lateris non raro in anaſtomoſin concurrit, aliquando etiam ad principia ſternohyoidei, coracohyoidei.

Extrorſum vero vel ſurſum *dorſalem linguae* ſolet emittere, quae ad ſtyloglosſum, ubi linguae adplicatur, dorſique linguae principium profunda venit. Haec eſt, quae rete in poſtrema parte hujus dorſi facit, a quo & Epiglottis habet. Perpetua eſt, alias duplex, alias paulo

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 116 sur 543

α Ramus ad ceratogloſſum.
β Truncus lingualis profundus *ſ. Ranina.*
γ Ramus ſuperficialis *ſ. ſublingualis.*
δ Ad mylohyoideum.
ε Arteria *Labialis.* [10]
ζ Ramus eius *palatinus.* [11]

η Ra-

ultra extenſa, & pharyngis parti, linguae proximae, & tonſillis proſpicit.

Ad finem denique baſiogloſſi Lingualis plerumque finditur in duos ramos. Eorum alter, interior ſuperficialis, *Sublingualis* dici poteſt, qui inter glandulam ſublingualem & geniohyoideum antrorſum excurrit ad maxillae usque ſymphyſin, & ramos frequentes & illi glandulae dat, & huic muſculo. Eadem denique ad finem anteriorem mylohyoidei erepere ſolet, & ramos edere vel cutaneos & biventri datos, vel quod rarius eſt, & ter vidi, in muſculos labii ferioris excurrere, uti de ſubmentali dicemus. Inoſculatur plerumque ad ſymphyſeos ſedem cum ſubmentali. Hic ramus eſt quem *der kleinere* vocat KVLMVS *tab. anat.* p. 80 & GRAMBS l. c. & ad i. i. expreſſit TREWIVS. Novies vero eum vidi a ſubmentali totum proveniſſe, ut nihil a Linguali ipſi ſimile exiret, & ſemel in uno latere a Linguali, in altero a ſubmentali vidi prodiiſſe, quae ramus eſt Labialis. Oritur vero tunc in ſede fere anteriori glandulae Whartoni.

Alter perpetuus majorque ramus *Ranina* dici poteſt. Ea inter adhaeſionem genioglosſi ad linguam, & carnem linguae lateralem flexuoſa excurrit, quod vir induſtrius D PETSCHE in diſſ. qua *ſelectae obſſ. anatomicae* continentur, obſervavit n. 40. ad apicem linguae usque, ubi ſubcutanea facta, comes venae & nervi a tertio ramo Quinti, in minutum illud rete terminatur, quod RVYSCHIVS pinxit Theſ. 1. T. 3. f. 4. A TREWIO delineatur Ranina ad gg. f. 1. Deſcripſi vero linguae arterias in *Comment. Boerh.* IV. p. 21. 22.

10) *Labialem* arteriam voco, quam vulgo vel Maxillarem externam vocant, ut WINSLOW l. c. n. 55. LIEVTAVD p. 478. VERDIER II. p. 347. GVNZIVS p. 14. vel Maxillarem ut BOVDON p. 241. GRAMBS l. c. vel denique, ob ſupremos ramos *angularem*, ut WINSLOW n. 58. & reliqui nuperi auctores hactenus citati. Maxillaris enim nomen mihi ambiguum videtur, angularis plerumque non verum; Labia vero vix unquam non adit. *Secunda major* eſt FALLOPII l. c. VIDIIque, *der dritte* KVLMI p. 80. EVSTACHIVS eum non ignoravit, quod ex T. *XXV.* adparet, figura tamen vix ulla exſtat, niſi ejus partis, quae in facie eſt, & eae quidem ſatis imperfectae, ut alibi demonſtrabo (in Tabula arteriarum faciei).

Tertius eſt inter internos ramos externae Carotidis, & perpetuus, niſi, quod cum Linguali non rariſſimae conjuncta prodierit (not. 9). Minor eſt, quam haec ipſa arteria & Thyreoidea, & Maxillaris interna, reliquis & Occipitali inprimis major.

Labialis arteria ex margine interno Carotidis ſuperficialis orta, continuo ſuper Linguale adſcendit introrſum, flexuoſa, tecta ſtylohyoideo, & tendine biventris, (COWPER *Myotom.* T. 53. F.) ad glandulam maxillarem uſque. In eo itinere, & brevi ab ortu Palatinam primo edit, quam dicam n. 13. Porro muſculis, quos nominavi, ſurculos unum pluresve dare ſolet, & ſtylopharyngeo nonnunquam & ceratogloſſo. Deinde, ſed non raro in glandulae demum ſulco, *Tonſillarem*, tum, vel in ipſa glandula, vel prius Pterygoideo muſculo ramum. Vidi eum ramum etiam prius proveniſſe, quam tonſillaris.

Tunc, ubi glandulam adtigit, per ſulcum ejus proprium, ſulco venoſo ſuperiorem, proxima maxillae inferiori, migrat introrſum antrorſum, & in eo ſulco ramos dat numeroſos, pterygoideo muſculo, glandulae maxillari, acuto margini linguae, membranae oris; tum ſubcutaneas, quarum aliqua nonnunquam per cutaneum colli muſculum longe per collum, faciem, mentum, dividitur. alias antrorſum fere ad mentum uſque repit, & ad glandulas conglobatas, quae Whartonianam interſunt & Parotidem, & Maſſeterem, huic vero maximas. Hujusmodi ſubcutaneas & glandulis datas maxillaribus externis HALEI pinxi in art. Labialis icone ad L. L. In eo denique ſulco arteria finditur. Truncus ſurſum ad maxillae marginem ſe conjicit, quem ad oram exteriorem Maſſeteris ſuperat, ibique pulſu tangitur; ea porro Labialis eſt proprie, quae in alia diſſertatione deſcribitur. Ramus trunco paulo minor ſubmentalis eſt de qua n. 14.

11) Haec arteria perpetua quidem eſt, origine tamen non ita conſtante, non enim rariſſimum eſt proveniſſe a Carotidis trunco. Sed plerumque a Labiali, haud multis lineis ab origine

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 117 sur 543

π Ramus ad Glandulam maxillarem major.
Ramus tonſillaris. 12)
Λ Ramus pterygoideus. 13)
θ Ramus ad glandulam ſublingualem, & mylohyoideum ſive *ſubmentalis arteria.* 14)
Ξ Ramus nutritius maxillae inferioris.
κ Palatinae Rami ad muſculos uvulae.
λ Profundus palati.
Σ Truncus Labialis ad faciem euns.

Ar-

gine, tecta muſculis a ſtyliformi proceſſu ortis adſcendit, quibus ramulos aliquos exhibet, & Pterygoideo interno, cuius margini externo adjacet. Inde Pharyngis ſedi ſe adplicat, quae inter linguam eſt, & uncum pterygoideum, dat pharyngi, & linguae nonnunquam, & tonſillis parvos ramulos: adtingit levatorem palati mobilis, & ibi fere finditur, datis ad duos tubae muſculos, & interpoſitam tubam ramulis. Ramus palatinus *ſuperficialis* ad uncum Pherygoideum cum circumflexo muſculo tendit, & ad glandulas palati mobilis reflexus pervenit, inque eo velo ramoſus finditur. Ramus palatinus *profundus* cum levatore ad palatum mobile venit major, & tectus eo muſculo perrat velum, dat azygo, & uvulam adit ultimis finibus. Idem ad expanſionem tendineam circumflexi & palatum oſſeum ramulos dat. Sed tonſillis etiam ramum plerumque dat notabilem deſcendentem. *Palatinam adſcendentem* vocavi, vix deſcriptam hactenus, ut a palatina deſcendente ſepararem, quae ramus eſt maxillaris internae (Tab. huius art. γ.). Deſcripſi noſtram ad BOERH. 1. p. 202. Vidi duplicem fuiſſe, & alteram, a Labiali perinde ortam, Pharyngeae locum deficientis ſuppleviſſe, ad Pharyngem &c. diſtributam. Alteram dediſſe velo palati, linguae dorſo, tonſillis.

12) Haec princeps eſt *tonſillae* arteria, quae nonnunquam ramus eſt palatinae. Adſcendit juxta ſtylogloſſi ad linguam inſertionem, ſecundum ſedem lateralem pharyngis, dat tonſillis, quarum convexitatem adit, multis ſurculis, & radici linguae. Vidi a truncо Carotidis veniſſe. Sed hoc rarum eſt.

13) Perpetuus eſt, vel etiam duo, vel ſolitarii, vel conjunctus alter cum dorſali linguae. Dat mylohyoideo muſculo, Pterygoideo interno, glandulae Whartoni, linguae dorſo, initio Pharyngis, gingivis, mylopharyngeo, gloſſoſtaphylinis.

14) *Submentalis* arteria perpetua, oritur in ipſo ſulco maxillaris glandulae, migrat inter maxillam biventrisque ſecundum ventrem (conf. etiam *tabulam arteriarum faciei* M.) dat ramos glandulae modo dictae, transque biventrem in cutem, (l. c.) varios, aliosque inter eum muſculum & mylohyoideum transverſim repentes, utrique tribuentes, denique ex intervallo biventrium cutaneos, quales pinxi obiter in Icone Thyreoideae inferioris. I

Dat porro maxillae inferiori, in foramen parum notum nutritiam arteriam, & varias ad perioſteum ejus maxillae.

Denique ad terminum biventris anteriorem ejusque oram externam finditur, ibique vel uno vel duobus ramis mentum adit. Quando duo ſunt, ramorum unus, isque interior, ſuperficialis magis ad cutem menti & Quadratum; exterior vero profundus in levatorem menti, tectus quadrato, in perioſteum, quadratum, triangularem, orbicularem cutemque diviſus eſt. Sed haec incertiora ſunt, mentalis tamen ramus nunquam deficit. Ultimi ſurculi inoſculantur labialibus inferioribus (*Tab. art. fac.*) & inferiori dentali, (ibid) & alterni lateris arteriolis cognominibus. (ibid.) Vidi trunculum retrorſum redeuntem ab extrema biventris ſede, rediiſſe inter geniohyoideum muſculum & ſublingualem glandulam, & maxime conſpicuam anaſtomoſin feciſſe cum Sublinguali, datis ad geniohyoideos & ſublingualem glandulam ſurculis. Sed minutis ſaltem ramis ad extre-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 118 sur 543

μ Arteria *Occipitalis.* 15)

ν Arteria *ſtylomaſtoidea.* 16)

ξ *Auricularis poſterior.* 17)

ο Rami occipitalis arteriae ad ſplenium.

π Ra-

trema biventris, ubi nudus eſt a mylohyoideo, cum ſublinguali frequenter communicat.

Ab hac ſubmentali dixi ſublingualem non infrequenter oriri.

Caeterum haec arteria videtur pingi apud EVSTACHIVM T. XXV. certius vero apud CANTIUM T. I. f. 2. & habet etiam KULMUS p. 81. parum caeterum notam.

15) In hac arteria inprimis hoc variabile reperio, quod rami profundi, dicti ad Tab. II. arteriae thyreoideae inferioris, non rariſſime abſint. Tunc arteriae vertebralis ramus ſub atlante ortus (dictus l.c. ad *d*) eo major eſt, vicesque replet occipitalis. Denique ramorum, qui ad caput adſcendunt, alii ſuperficiales ſunt, alii profundiores. Hi in perioſteo, illi inter cutem & galeam aponeuroticam repunt. Vidi etiam dediſſe Pharyngeam.

16) *Stylomaſtoidea* arteria nomen habet a D. LIEUTAUD p. 479 & non perinde ignota eſt aut nova, ut ab ejus parvitate exſpectari poſſet. Dudum COLUMBUS habet p. 41. & VIDUS VIDIUS p. 28. c. BAUHINUS *Theatr.* p. 283. PLATERUS p. 23. HABICOTUS die v. p. m. 177. venamque aut comitem aut pro arteria deſcriptam VESALIUS p. 467. Nimii potius facta eſt a Cl. LIEUTAUD, qui inter ramos primos Carotidis ſuperficialis poſuerit, nimis parvam, & pene ſemper ſecundariam, ut ſemel aliter viderim. Caeterum ab Occipitali bis vidi prodire, quale quid etiam IOHANNI ADAMO KVLMO contigit, & pro frequente deſcribit LIEVTAVD l. c. Plerumque tamen oritur ab auriculari poſteriori. Inde extrorſum ad nervi duri foramen tendit. Dat etiam imo meatui auditorio, & alteram radicem Tympanicae. Nempe ſuperior radix eſt ab arteria articulationis maxillae inferioris, quae a Temporali provenit. Ea ad meatus auditorii partem poſteriorem venit, arcum facit cum ſurculo ſtylomaſtoideae, & ex his duobus ſurculis fit coronarius ramus circumlegens oſſeam partem meatus, a quo porro deſcendit arteriola per membranam tympani, parallela manubrio, a qua illa arbuſcula, picta RVYSCHIO.

Hanc originem tympanicae habet etiam KVLMVS p. 81. & WINSLOWVS ex auriculari n. 68.

Ipſa vero ſtylomaſtoidea, ubi foramen ſubiit nervi duri, dat cellulis inprimis maſtoideis, muſculo ſtapedis, canali ſemicirculari exteriori, qui proxime poſterior adjacet canali duri nervi, & gracili filamento ad partem poſteriorem ſuperiorem tympani adſcendente coit cum meningeae ramulo, qui fiſſuram FALLOPII ſubit, & trunculo tympani cavitatem adit, & feneſtram ovalem, incudisque ſedem adtingit.

Alius vero paulo anterius ab eadem meningeae ramo, fiſſuram ſubeunte, ramus princeps fere inter tympanicas, in partem anteriorem ſupremi tympani deſcendit ad promontorium, ſedem foraminis rotundi, partem cavi tympani anteriorem: Idem cum eo, qui a Carotide venit, communicat. Vidi duas fuiſſe & diſtinctas propagines Meningeae, quarum una in tympanum, altera in fiſſuram aquaeductus ivit. A Carotide vero interna in ipſo tranſitu per os petroſum, ubi anteriores legit tympani limites, ramus adit promontorium, quale quid VALSALVA etiam vidit T. VII. f. 1. Porro a meningea ſurculus in canalem muſculi interni mallei ſolet deſcendere, cumque eo procurrere, CASSEBOHMIO etiam dictus n. 5. Alii ſurculi cum tuba adveniunt ex Pharyngeis: & alii ultimo, per fiſſuram, ad muſculum anteriorem mallei, & niſi fallor malleum ipſum adveniunt, ex temporali, ut ſuo loco dicetur, orti. Hae ſunt cavi tympani, quas novi, arteriae.

17) Haec arteria non eſt ex minimis, & plerumque a Carotide ſuperficiali in parotide oritur; ter tamen quaterve vidi prodiiſſe ab Occipitali. Hujus haec hiſtoria eſt, cum multis cadaveribus conparata. Per Parotidem, ſuper biventrem, retrorſum, pene transverſa incedit, continuo ſub ſtyliformi proceſſu, datque parotidi, biventrique. Ubi meatum auditorium adtigit, dat ramum in ejus partem inferiorem, qui in junioribus corporibus membranam hujus meatus per proprium foramen adit, quod in adultis concreſcit. Deinde ſtylomaſtoideam edit, retrorſum ituram. Dat porro extrorſum trans maſtoideum muſculum, ad hunc, ad cutem, ad tegumenta & galeam non minimae partis occipitis ramum. Tunc inflexa aſcendit in plica, quam auricula facit cum capite, truncoque ſuo ultimo in partem poſteriorem, lateralem,

ſquamoſam

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 119 sur 543

π Ramus *meningeus posterior* [18] ab eadem.

ϱ Ramus ad complexum.

ϲ Ramus ad occiput & sinciput excurrens.

τ Flexio *Carotidis*, ubi incipit degenerare in Maxillarem internam. [19]

υ Arteria *Temporalis.*

φ Arteria *Meningea.*

χ *Maxillaris inferior.* [20]

ψ *Temporalis profunda exterior.* [21]

ω *Maxillaris interna* praeterlegens radicem processus pterygoidei.

ı Arteria *temporalis profunda interna.* [22]

2 Ar-

squamosam temporum exit, & antrorsum cum temporali, & retrorsum cum occipitali & superiori auris, varie inosculata aponeurosi temporalis providet. Ramos autem secundum auriculam dat plurimos, neque satis constantes. Imus lobulum, antitragum, helicis ima, adit tum exterius, tum, sub cartilagine repentibus ramis, intus in auriculae cute. Dat idem ramus surculos minutos in partem inferiorem membraneam meatus, coeuntes cum ramis temporalis.

Tum surculi profundi ad perioſtium processus mamillaris, & foraminula vicina meatui auditorio.

Deinde alius ramus convexae conchae inferiora, et helicem adit.

Alius, vel plures extrorsum euntes, musculum auriculae posticum, occipitalem, splenium, ossis occipitis partem lateralem, superiorem.

Porro conchae isuperiori, helici ramum, aliumque superiorem conchae eidem, helici, anthelici unum, plures, & denique summo helici, qui circa ejus rotunditatem supernam conflexus, cum auriculari anteriori suprema convenit. (Tab. art. *faciei* n. 23.)

Haec arteria dudum nota fuit. Temporalis posterior dicta est VESALIO L. III. p. 489. & in *tab. artt.* 0. Sexta est FALLOPIO p. 132. b. VIDO notatur q. Est ramus retro aures COLVMBI p. 181. *Seconde branche externe* WINSLOW l. c. n. 58. EVSTACHIVS etiam depinxit T. XXII. & originem CANTIVS l. c. & resectam VALSALVA T. II.

18) Ramus meningeus occipitalis, qui in angulo sub tentorii cerebelli fine extremo adit duram matrem, nonnunquam deest, etiam praesente vena. Contrario modo vidi occipitalem meningeam notabilem dedisse per foramen lugulare, & alium per foramen peculiare nervo octavo: & secundam alibi per partem, quae foramini magno proxime superior est. Habet etiam D. VERDIER II. p. 339. venam vero EVSTACHIVS T. XXV.

19) Omnino dici potest Carotidem in maxillarem continuari, ut video scripsisse D. VERDIER II. p. 340. Etsi enim temporalis fere e directo respondeat Carotidis communis longitudini, & unice paulum extrorsum eat, major tamen est maxillaris, & ad eam manifesto incurvatur Carotis. Haec caeterum icon potest ad eam maxillaris arteriae in fasc. II. addi, ut, quae multa, ob nudata ossa, faciliora habeat.

20) Ab ea nuper ramum insignem in buccinatorem musculum, membranam oris & gingivarum partem posteriorem vidi iviſse, antrorsum euntem, alveolari inosculatum & labiali. Sed hoc rarius est.

21) Haec magis superficialis esse & temporalis tendini incumbere solet: profundos ramos etiam dat in periosteum calvariae. A maxillari inferiori non rarissime provenit.

22) Ad hujus historiam, ramosque orbitam perforantes, dictos in arteriae maxillaris descriptione not. *r*, addi potest ramum, qui major malae ossis coram partem, fossae temporali respondentem, perforat, lacrumali glandulae dare, ibi cum lacrumali ab Ophthalmica communicare, & inprimis constituere *palpebralem* externam

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 120 sur 543

2 Arteria *alveolaris.* 23)

3 *Infra orbitalis.*

4 *Naſalis* 24) & *Palatina* deſcendens 25) in fiſſura ſphenomaxillari obſcure adparentes.

arteriam, quae bifurcata, utramque adit palpebram ſecundum tarſos, & in inferiori quidem cum Ophthalmicae ramo palpebrali varie coit, in ſuperiori cum lacrumalis ramis.

23) Plerumque, & hic conjuncta cum infra orbitali, non raro diſtincta & inferior ortu. Canalem repetito effregi, qui primo interior ductu infraorbitali, deinde ſubjectus, ad ſeptum narium repit, vicinus primum ſinui Higmoriano, ad quem ramulos dat, deinde cavitati narium. Dentibus omnibus datos ſurculos, in tunicam mucoſam deſcendentes, manifeſto vidi. Surſum etiam cum proceſſu maxillae ſuperioris naſali ramulos mittit, qui in oſſe inſcriptiones habent. Maximus eſt, quem in teneris habet molaris tertius, ut in quo alveolo lateant trium dentium futura rudimenta. Conf. de alveolari not. *t.* hiſtoriae maxillaris externae.

24) Nihil valde addo hiſtoriae naſalis arteriae, niſi ramum ſuperiorem, qui principes ſepti dat arterias, etiam in cellulas ethmoideas poſteriores emittere ſurculos, inoſculatos cum naſali poſteriori ab Ophthalmica, & in ſphenoideum ſinum. Inferior oſſibus turbinatis, fundo narium proſpicit *art. maxill. hiſt.* not. aa. Deinde Pharyngeam ſupremam addo conſtanter adeſſe, quae in ſuperficie oſſis cuneiformis retro nares, ubi lacunar conſtituit pharyngis, ramoſa terminatur, datque ramulum in pterygoideum ductum, inoſculatum Pharyngeae not. z. l. c. & oſſeae ſubſtantiae ſurculos.

25) Conſtanter nunc adfirmo Palatinae deſcendentis anterioris, majoris, continuum ramulum eſſe, qui cum membrana calloſa per foramen inciſivum in narium cavitatem adſcendit. Dudum videram not. y. *hiſt. art. maxill. intern.*

AD

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 121 sur 543

AD ANATOMICOS LABORES
ANNI MDCCXXXXVI.
INVITATIO
QVA
CAROTIDIS EXTERNAE
TABVLA III. CONTINETVR
SIVE
ARTERIAE FACIEI.
LECTORIS.

ALBERTVS HALLER.

Paucis Te volo Lector veri amans & aequi. In ista icone, quam propono, ramus labialis superior rariori exemplo prodiit ex Transversali faciei. Nolui tamen aliter quidquam pingi, quam natura jussisset. Ut vero facillime ad frequentiorem normam icon reducatur, sufficit lineas notasse expressas asteriſco, & labialem arteriam inferiorem cum superiori conjunxisse. Transversalem vero ad sedem Zygomatici musculi terminasse. Cranium, cui hae arteriae adfixae sunt, reposui in thesauris, ne quisquam porro molestus sit, & neget ad naturam pictas esse. Quinquagesies vero arterias capitis me persecutum esse, ideo addo, ut adpareat, me constantiores, aut rariores divisiones vasorum, ex ipsa natura potuisse definire, qui ejus quasi consuetudines familiaritate aliqua perspexerim. Arterias denique omnes, quas musculus aliquis aut glandula obumbraret incumbendo, punctis expressi, ne vel partium vicinias corrumperem, absque quibus tabulae vasorum vix ullius sunt pretii, vel omitterem, quae necessaria videbantur. Picta est mense Decembri a. 1745

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 122 sur 543

TABULA ARTERIARUM FACIEI

A Caroditis truncus communis

B Vena Jugularis communis.

C Carotis cerebralis.

D Carotis ſuperficialis.

E Arteria Thyreoidea ſuperior.

F Arteria lingualis, tecta venis & Ceratogloſſo.

G Arteriae labialis [1] principium pariter tectum.

r r Rami pterygoidei.

⊙ Ad dorſum linguae ramus.

H Arteriae Carotidis ſuperficialis truncus in Parotide.

I Arteria Occipitalis tecta Parotide & muſculis.

K Arteria Pharyngea nunc latens.

L Arteriae labialis ramus ſuperficialis. [2]

MAR-

1) Hiſtoriam hujus arteriae incepi dare ad tabulam Pharyngeae arteriae not. 10. Supereſt, ut eam partem perſequamur, quae per faciem diſtribuitur. Truncus ergo hac fere ratione plerumque ſe habet. Ubi marginem maxillae inferioris adtigit, introrſum ſolet adſcendere per marginem inferiorem Maſſeteris, interior tamen, quam vena comes: verſus angulum oris, hactenus fere tecta mera pinguedine, ductu plerumque ſerpentino (PETSCHE diſſ. cit. n. 41.). In eo intervallo extrorſum maſſeteri ramos dat (z), illis inoſculatos, qui a temporali ex Parodite adveniunt, introrſum vero unum duosve Labiales inferiores. (P. V.)

Ubi ad angulum oris advenit, tegitur ibi zygomatico, & muſculis reliquis in labiorum concurſu convenientibus, per buccinatorem adſcendit, dat huic ramum ſaepe non minimum, ad interiora vero edit coronariam labii inferioris, & in ea in hoc quidem cadavere, ſed ſolito brevior, deſinit. Longe vero plerumque pergit adſcendere in labrum ſuperius, dat ipſi coronariam ſuam, adtingit plicam, qua naſus faciem contingit, ad pinnas narium crebros edit ramos, dorſum naſi conſcendentes, aliosque ad levatorem labii ſuperioris, & nonnunquam in ſuprema parte naſi in ipſa glabella deſinit, inoſculata ophthalmicae, datis trans naſum ramis a dextris in ſiniſtras communicantibus, quae procero dant & frontali. Extrorſum vero aliquando ad levatorem labii ſuperioris, & orbicularem palpebrae ramos edit, qui omnium longiſſimus eſt ejus arteriae a me quidem obſervatus adſcenſus. Hujusmodi equidem fabricam WINSLOWVM vidiſſe oportet, qui (n. 57.) arteriae ſuae angulari ramos tribuit ad corrugatorem, & frontalem, & HEISTERVM (not. 65.) qui ramos in orbitam & ad frontem datos recenſet. (*de tun. Choroid.* n. 16.) Saepe vero inferius in medio naſo, in ipſo margine terminante inferius oſſeam partem naſi, ita finitur, ut in ophthalmicam, incertis limitibus degeneret. Ita fere COWPERVS habet *Myot.* T. XXII. O. Vel denique ad labium ſuperius infra naſum deſinit, ut EVSTACHIVS vidit T. XXV. & FALLOPIVS, qui praeter ramos ad utrumque labium non alios nominat, & CANTIVS T. c. et ego ſaepe.

2) Vide Tab. Pharyngeae not. 10.

M Arteria ſubmentalis. 3)
N Rami ſuperficiales Labialis.
O Arteria muſcularis labri inferioris. 4)
P Anaſtomoſis cum Maxillari inferiori.
Q Maxillaris inferior, tecta muſculis & ex foramine erumpens. 6)
R Ejus rami ad quadratum labrumque inferius.
S Anaſtomoſis cum ſubmentali. 7)
T Anaſtomoſes cum coronaria labii inferioris.
V Rami arteriae labialis inferioris anaſtomoſes cum coronaria labii inferioris.
Y Coronaria labii inferioris. 8)
Z Ramus ejus ad Maſſeterem & buccinatorem. 9)
a Ad cutem ramus.
b Ad triangularem & angulum labiorum.
c Ramus carotidis ſuperficialis ad Parotidem.
d Transverſalis faciei ex temporali orta. 10)

e Ra-

3) Ibid. not. 11.

4) *Labialis inferior* aliquando communi trunco cum Coronaria naſcitur, plerumque ſeorſim, neque valde raro duae ſunt. Adit buccinatorem, triangularem, quadratum, orbicularem, levatorem proprium, gingivas. Habet etiam WINSLOW n. 56. & cum compare alterni lateris inoſculatam pingit EVSTACHIVS T. XXV.

6) Haec arteria & in puero plerumque & in adulto parva, multoque nervo ſocio minor in adulto hoc corpore praeter omnem morem ampla fuit.

7) Hujusmodi anaſtomoſes non ideo recenſeo, quod magni faciam. Veriſſime Clar. HEBENSTREITIVS, vicina vaſa ubique coaleſcere, niſi ſepto aliquo impediantur *(de arteriarum confiniis)*. Id de arteriis maxime valet, quae per muſculos & membranas diſtribuuntur.

8) Nomen a WINSLOWO repeto n. 56. habet etiam KVLMVS p. 81. Perpetua eſt, & tecta triangulari, orbiculari, ſubit labium, in membrana oris, repit inter glandulas ibi numeroſas, ſola membrana oris verſus cavitatem oris tecta, flexuoſa, ſed in univerſum transverſa, in comparem alterius lateris inoſculatur. Dat buccinatori, glandulis, orbiculari. Dat ramos deſcendentes in levatorem proprium, & quadratum, inoſculatos labiali inferiori, & ſubmentalis ramis. Vidi etiam communi trunculo proveniſſe cum coronaria labii ſuperioris, uti WINSLOWO viſum eſſe oportet, cum ita deſcribat n. 58.

9) Ad buccinatorem muſculum rami varii ex labiali & infra angulum oris, & ſuper eum angulum, & in angulo naſci ſolent. Ii retrorſum euntes inoſculantur ramis arteriae alveolaris (not. 12) amplis omnino anaſtomoſibus, quae in hoc cadavere ad transverſalem faciei pertinuerunt. Sed & ad glandulam ſociam parotidis, ſtenonianum ductum, ramuli ibi exeunt: &, quando transverſalis faciei minor eſt, aliquis inde ramus cum zygomatico ad orbicularem palpebrarum usque venit.

10) *Transverſalis faciei* mihi eſt ramus notabilis arteriae temporalis, qui continuo fere ſub jugo ortus, tectus Carotide, deinde ſodalis aut ſuperior, cum ductu ſtenoniano, trans maſſeterem repit. Plerumque tamen ad cutem ſolam, & parotidem, & zygomaticum, &

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 124 sur 543

e Ramus ad temporalem, Palpebrae orbicularem. 11)
f Alveolaris ramus comes buccinatoris vix conſpicuus. 12)
g Ramus ad zygomaticum, parotidem ſummam, orbicularem inferiorem, cutem.
h Rami ad buccinatorem.
i Ad angulum labiorum.
k k Coronaria labri ſuperioris. 13)
l Naſalis lateralis inde profecta. 14)
m Anaſtomoſis ejus cum ophthalmica.
n Alia naſalis duobus ramis legens narium oſſis marginem.
o Alius ad ſeptum narium. 15)
p Coronaria labri ſuperioris lateris dextri & anaſtomoſis cum ſiniſtra.
q Ramus ad Zygomaticum & jugi ſedem.
t Profundus, anaſtomoſin hinc faciens cum comite buccinatoris, inde cum infraorbitali.

u Ea

maſſeterem: & orbicularem inferiorem palpebrarum conſumitur, inoſculatus ibi ramis ſuperioribus, & inferioribus Ophthalmicae. Ad maſſeterem ramum magnum profunde defigere etiam ſolet, & hic defixit, quem tamen pictor non potuit exprimere, & vidi ſub jugo adſcendiſſe in carnem temporalis. Ad maxillae articulationem inde ſurculi veniunt. Quod in hoc ſubjecto dederit Coronariam ſuperioris labii, id quidem inſolitum fuit.

11) Haec anaſtomoſis infraorbitalis cum temporali perpetua quidem eſt, non raro tamen non cum transverſali faciei, ſed cum proprio temporalis ramo etiam Labiali inoſculato, ſed maſſeteri proprio, conjungitur infraorbitalis.

12) *Alveolaris ramus* maxillaris internae dictus eſt in ejus deſcriptione not. 1) & tab. Pharyngeae not. 23). Ramus autem cum buccinatore adveniens, plerumque duplex eſt, ſuperior & inferior. Iſte ad usque triangularem excurrit, & cum aliqua labiali inferiori communicat. Ille ſuperior, & vicinus ductui ſtenoniano, & ipſe labiali inſertus, dat adipi malae ſubjecto ramos. Eſt ubi ſuperior ramus praemagnus, in faciem exiverit, adſcenderit in orbicularem palpebrae inferiorem, & inoſculatus ſit ibi infraorbitali, ramis datis maſſeteri, zygomatico, levatori labiorum communi, & ſuperioris proprio.

13) Haec coronaria perpetua eſt & elegans. In ipſo arcus prolabii flexuoſa incedit. HEISTERUS obſervat, multum ſanguinis dare in operatione labii leporini (*Compend. Anat.* not. 65. & *diſſ. de lab. leporin.* p. 11). Etiam KULMUS deſcribit, non tamen anaſtomoſin cum ſodali p. 81. quae perpetua eſt.

14) Haec arteria alioquin trunco labialis continua eſt, ejusque finis. Anaſtomoſis autem cum ophthalmica, quantum novi, perpetua eſt.

15) Quatuor ramos, comites ſepti narium, & ad globulum exeuntes, non dico perpetuos eſſe, analogi aliquid ſemper adeſt.

16) Etiam haec perpetua eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 125 sur 543

u Ea anaſtomoſis. [16]
x Sedes trunci *infraorbitalis* [17] tecti muſculis.
y Anaſtomoſes rami ejus infraorbitalis cum ramo temporalis.
z Anaſtomoſis infraorbitalis cum labiali coronaria.
1 Ramus ad imum naſum.

2 Ana-

17) Arteria *Infraorbitalis* deſcripta eſt *deſcr. art. maxillar. not. u.* cujus ſociam venam videtur pinxiſſe EUSTACHIUS T. XXV. Sunt tamen quae addam, & quae conferas cum prioribus. In itinere quidem per orbitam, obſervo fere ex principio orbitae ramos plerumque aliquot reddere durae matri offarcienti fiſſurae orbitariae poſtrema. Tum, ingreſſa canalem & ab initio ad oculi adipem, & orbitae perioſteum, & poſt aliquot lineas ex ſulco ramulos edit, per fundum orbitae ſerpentes, atque adeuntes adipem oculi (ſaccum lacrumalem in nares usque, quoties ramus iſte non oritur ab Ophthalmica) obliquum inferiorem, palpebram inferiorem. Non raro vel per proprium foramen oſſis malae, vel certe per marginem ipſum orbitae vel interior ramus iſte exit ex orbita ad orbicularem inferiorem, & levatorem labii ſuperioris, vel exterior, ad illum ſolum. Hic eſt *ſuperior* LIEUTAUD p. 479, qui tamen non ad omnes orbitae partes abit. Alii ſurculi ex ipſo ſulco in Highmori ſinum omnino deſcendunt. Alii in cellulas ethmoideas medias deſcendunt, vicinae prioribus. Vidi etiam in temporalem muſculum per foramen oſſis malae ſurculum iviſſe. Poſtquam vero ex orbita truncus exiit ſuper originem communis levatoris, ſub ortu externae partis levatoris proprii labii ſuperioris, plurimos dat ramos. Eorum intimus orbicularem ſaccumque lacrumalem nonnunquam adit. Sequentes cuti dant, & naſo, levatori interiori labii ſuperioris, ſemilunari muſculo naſi, perichondrio, inoſculati aliquot ramis, (2. 3.) ophthalmicae. Alius aut plures retro levatorem proprium labii ſuperioris deſcendunt ad angulum naſi, inſeruntur labio ſuperiori, orbiculari ſuperiori, levatori proprio, rhomboideo muſculo, perioſteo, & inoſculantur coronariae ſuperiori ramis (z). Alius retro levatorem eundem deſcendit, & partim ad cutem ramos edit, etiam cum labiali inoſculatos (f) aliis in communem levatorem conſumitur, & perioſteum oſſis maxillaris. Alius in membranam oris, glandulasque buccinatori injectas repere ſolet. Alius extrorſum redeuns in orbicularem & palpebram venit, tum introrſum, tum extrorſum, & cum ramo palpebrali profundo tam ophthalmicae quam temporalis profundae, denique etiam cum orbitaria ophthalmicae inferiori, & cum orbitaria a temporali anaſtomoſes habet, qualis hic etiam picta ad g, & frequens eſt. Horum ramorum plerique ſemper adſunt, raro omnes.

18) *Ophthalmica*, arteriarum corporis humani fere elegantiſſima, deſcriptionem meretur uberiorem, quam vel apud ſcriptores reperio, vel ipſe in BOERHAAVIANO COMMENTARIO n. Vol. IV. n CX. not. d. aut cum icone dedi not. 29. *ad iconem baſeos cranii*, cum inprimis de ea extricanda omnino deſperandum eſſe ſcripſerit ILL. HEISTERVS *de tunic. Choroid.* n. 20. Origo perpetua eſt a Carotide interna, ubi ſecundum foramen opticum tranſit. Ibi ſub nervo optico, paulum exterius, exit ex carotide, ut nervum comitetur.

Dat nonnunquam continuo ex ortu ramum receptaculo.

Senſim interiora petit, ut nervo interior fiat, dat ipſi per iter ramulos duos, tres, in ſubſtantiam defixos, tunc miſtam prioribus *ciliarem ſuperiorem*, magnam, quae octo plerumque flexuoſis ramis ſcleroticae fundum perforat, & totidem ramulis ſuperioribus aliquandiu ſcleroticam permeat exterior. Dat porro, aliquot lineis ab ortu muſculorum rectorum, ſimul fere, tres ramos *lacrumalem & muſcularem inferiorem*, tertiamque, ſed fere pertinentem ad *ciliarem inferiorem*, quae & ipſa dat centralem nervi optici & octo fere ramis ſerpentinas ciliares inferiores conſtituit. Sed eae ciliares non raro non duobus, ſed pluſculis diviſis trunculis, ab Ophthalmicae trunco oriuntur, proxime tamen ſemper lacrumalis & inferioris originem. Hae ciliares omnes utcunque ortae partim continuo perforant ſcleroticam & conſtituunt vaſa vorticoſa Choroideae membranae, RUYSCH. ad f. 8. l. c. partim recta erepunt per ſcleroticam, eamque paulo anterius perforant rectaque pergunt cum nervulis (RUYSCH. Epiſt. XIII. f. 11. 12.) & circulo iridis inſeruntur ID. ib. f. 8. deſcr. HEISTER l. c. n. 21. qui in anteriori parte uveae, in ipſa intima parte con-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 126 sur 543

2 Anaſtomoſis cum ophthalmica.
3 Alia anaſtomoſis.
7 Ramus infimus ad levatorem communem & communicans cum f.
4 Ramus deſcendens ophthalmicae ad levatorem.
5 Alius ad alas naſi.

6 Trun-

nexionis illius albidae choroideae & uveae ſedet ib. f. XVII. XVIII. & Theſ. II. T. 1. f. 6. HEISTER n. 21. & fit ex ramulis tum iſtis, tum anterioribus ciliaribus modo dicendis. Hae arteriolae dextrorſum & ſiniſtrorſum diviſae, & inoſculatae ſui ſimilibus, ultimo circulum continuum faciunt.

Ciliares poſteriores ſunt ad quindecim aut ultra, mediae pauciores, ſex vel octo.

Lacrumalis l. c. 2.) dat continuo ad nervum opticum ramum retrogradum, tum naſalem poſteriorem, & recta rectis muſculis extrorſum migrat, dat notabilem ramum ad rectum oculi ſuperiorem & palpebrae levatorem, quibus tegitur dat durae matri fiſſurae ſphaenoideae ramum, qui aliquando major eſt, atque a COWPERO T. IX. f. 2. & T. 89. operis Bidloiani & a RIDLEYO pingitur f. 2. *b b* & a VIEUSSENIO ad X. X. T. 17. melius vero deſcribitur a. 1. la CHARIERE. p. 110. III. & BOUDON 11. p. 57. & olim a PLATERO p. 36. Conf. *art. maxill.* not. *u.* Repit ſuper bulbum oculi extrorſum, dat quatuor ramulos illis ipſis, quos nominavi muſculis, iterum externo, & nonnunquam ramos, qui oſſe malae perforato ad temporalem muſculum exeunt (l. c. prope 24.) tum glandulae lacrumali, & circulum facit *tarſeum ſuperiorem*, dum introrſum eundo ſecundum tarſum elegantiſſimam & flexuoſiſſimam anaſtomoſin facit cum ophthalmicae palpebrali ramo modo dicendo, a quo circulo & ad levatorem, & extrorſum ad conjunctivam bulbumque denique oculi plurimi ſurculi exeunt RUYSCHIUS haec vaſcula expreſſit *Theſ.* X. f. 6. T. III. *Naſalis* denique *poſterior*, quoties adeſt, neque enim eſt perpetua, dat pathetico, quo tegitur, & per canalem proprium adit duram matrem, in cellulas ethmoideas poſteriores & ſphaenoideam denique, in quibus cum naſali a Maxillari Externa communicat. Hanc MONROUS habet *of the bones.*

Alter ramus Ophthalmicae, continuo cum Lacrumali natus, eſt *Muſcularis inferior oculi* l. c. ad 1. *exterius.* Is ramoſiſſimus, continuo finditur ſubjectus optico nervo. Ramus internus recto cognomini inſidet, cui & inferiori multos ramulos dat, trunculo vero ad bulbum oculi ramoſus, ultimo per fundum orbitae in ſaccum naſalem irrepit, cumque eo ſacco in nares deſcendens inoſculatur ramo inferiori naſalis arteriae a maxillari interna ortae. Eſt tamen ubi ramus iſte, qui ſaccum lacrumalem adit, oritur ab infraorbitali.

Ramus externus Inferioris it extrorſum trans muſculum inferiorem, hinc dat ramulos, fit comes nervi obliquum inferiorem adeuntis, cum externo muſculo migrat antrorſum, dat ipſi ſurculos numeroſos, & in obliquum inferiorem inſeritur.

Hi rami ab ophthalmica ad muſculos dati, exeunt ultimo in ſcleroticam, fere dimidia linea cis corneam, eorumque quilibet tribus circirer ſurculis perforat ſcleroticam, & continuo ſe in circulum iridis inſerit. Hae Ciliares anteriores, nemini dictae, perpetuae tamen ſunt, indeque cum rectilineis jam notis radiatae arteriae iridis oriuntur. Ab his vero arteriae tunicae pupillaris in fetu proveniunt, quae claudit in ea aetate pupillam, & poſt partum, brevi, evaneſcit, quam in Actis Upſalienſibus deſcripſi, cujusque iconem habeo paratam.

Datis his ramis ophthalmicae, (l. c. 3.) truncus ſequitur patheticum muſculum exterior, cui & interno multos, dat ſurculos: dat *naſalem anteriorem*, (ib.) perpetuam, quae per canalem proprium partim in duram matrem proximam criſtae Galli & falcem, partim in cellulas ethmoideas anteriores deſcendit, partim in partem proximam ſepti, & caelum narium per foramina cribroſa.

Tum ad ſedem trochleae dat denuo ſacco naſali, deinde *palpebralem internam* vel communem vel duas diſtinctas ſuperiorem, inferiorem.

Haec nata prope trochleam, alio ramo ſuperiorem palpebram ſecundum tarſum praeterlegit, & inoſculatur lacrumali, facitque *arcum arterioſum tarſeum* minus pulchrum ſuperiori.

Altero ramo per inferiorem palpebram transverſa migrat in orbita, & inoſculatur ramis palpebrae inferioribus a temporali ortis. Utrinque dat conjunctivae, & deorſum etiam cum infraorbitali communicat.

Inde

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 127 sur 543

6 Truncus ex orbita prodeuns *Ophthalmicae*

7 Ramus ad palpebram inferiorem.

8 Ad ſuperiorem, corrugatorem &c.

9 Ad glabellam.

10 Cutaneus.

11 Dorſalis naſi.

12 Anaſtomoſes cum naſalibus a Coronaria

a Arteria *auricularis poſterior*.

13 Ex temporali ramus maſſeteri 19) & Paroditi datus.

14 Tem-

Inde ophthalmica exit ex orbita, legendo oram trochleae & muſculi inde in bulbum euntis internam, & erepit per ſinum ſuum, tecta orbicolari, ibique in angulo interno in quatuor ramos finditur.

Primus eſt *ſuperciliaris* palpebrae ſequens originem, orbiculari tectus, & circumſcripta orbita, inoſculatus ramo temporalis profundi interni.

Alter *Naſalis*, qui continuo finditur. Ramus *orbitalis inferior*, circumlegit oram imam orbitae in orbiculari palpebrarum, et anaſtomoſin habet illam cum labiali et infraorbitali, quae pingitur ad y.

Alter trunculus naſalis transverſus in glabellam oſſeamque partem naſi abit, & partim cum ſodali ſuo arcum facit trans dorſum naſi, & cum labiali varie communicat, & ſurſum in frontem ramos dat. Ab iſto oriuntur dorſales naſi (11.) quae varie implexae cum ramis infraorbitalis & labialis, ſurculis etiam propriis foraminula ſubeunt oſſium naſi.

Tertius ramus eſt *frontalis ſuperficialis*. Iſte ante currugatorem anteque frontalem in media fronte adſcendit, & cum interno ramo temporalis pulchras habet anaſtomoſes (8).

Ultimus *frontalis profundus*, corrugatore tectus per ipſum os adſcendit, & ipſe inoſculatus priori atque temporali profundo, in corrugatorem, frontemque, per periosteum adſcendens abſumitur.

Ita ſe habuit Ophthalmica in cadavere ſollicite diſſecto. In aliis, etſi varia paulum ab ea fabrica diverſa fuerunt, pleraque tamen conſenſerunt, eorum vero, quae aliter ſe ſolent habere, praecipua jam notavimus.

Caeterum lacrumalis, aut tota, aut plurimis ramulis, ſuppletur nonnunquam a ramo temporalis profundae, qui ſuo loco dicetur, aut a ramo meningeae, adveniente per fiſſuram inter magnas & parvas alas, qualem ILL. HEISTERVS deſcripſit de Choroidea n. 19. & ait junctum fuiſſe temporalis, infraorbitalis & labialis ramulis. Hujusmodi etiam ramum KVLMVS habet p. 80. internae tamen Carotidi adſcribit, quod erroneum videtur.

19) Carotidem ſuperficialem arteriam in Pharyngeae deſcriptione deduximus ad eam ſedem usque (not. 5. 7.) ubi in maxillarem internam, & temporalem finditur. Inde illa quidem maxilla tegitur, temporalis vero paulum extrorſum recedit ſurſumque, & ſecundum aurem emittit, hinc quidem auriculares anteriores (not. 21.) inde varios ad Parotidem & maſſeterem ramos, cum labialibus varie unitos, quos *Maſſetericos* vocari poſſe Cl. GVNZIVS monet l. c. p. 15. In eorum numero nihil certi eſt. Deinde propius articulationem maxillae inferioris profundam arteriolam, quae capſulae articulationis hujus maxillae, ramoque denique uno vel pluribus, cum nervo duro, per fiſſuram inter articulationem eam & meatum auditorium ſubit, ad anteriorem mallei muſculum. Ab iſta arteriola ſurculus exit, qui circa meatus auditorii partem poſteriorem, ſuperiorem flexus, occurrit ramo ſtylomaſtoideo, & cum eo arteriolam membranae tympani conſtituit (Tab. Pharyng. *not.* 16.). Vidi, per hiatum anuli, qua dicitur transire muſculus exterior, tympani cavitatem ſubiiſſe.

Porro ſub jugo generat perpetuo *temporalem mediam*, profundiorem, quae ante jugum in carnem temporalis, tecta aponeuroſi, erepit. Ipſe vero truncus ſubcutaneus, extus adjectus aponeuroſi tegente temporalem adſcendit, & ſuper jugum denuo fiſſus in temporalem *internam* & *externam* dividitur. WINSLOWUS & qui eum ſequuntur, BOUDON & VERDIER tres ramos Temporalis faciunt *anterieur, moyen & poſterieur.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 128 sur 543

14 Temporalis profundior. 20)

15 Temporalis.

16 *Auricularis anterior.* 21)

17 *Temporalis interior.* 22)

18 19 Ejus anaſtomoſes cum ophthalmicae ramis. 23)

20 Rami ad frontem, tempora, ſinciput.

22 Temporalis exterior. 24)

23 Au-

ſterieur. Ego duos conſtanter reperio. Prius tamen unam alteramve arteriolam mittit verſus angulum externum oculi, quae orbicularem adit, anaſtomoſes faciens cum ramis reliquis palpebralibus, & orbitariis, inferioribus & externis. Eam in noſtro cadavere dedit transverſa faciei (not. 10.)

Haec caeterum arteria VESALIO dicta eſt anterior temporalis L. III. p. 489. & Tab. magn. f. qui tamen, caeterum magnus auctor nihil valde boni hic habet. Eſt *reſiduum tertii rami* FALLOPII p. 133. VIDI T. 27. f. 1. u. *Noch ein andrer* KULMI p. 81. EVSTACHIUS etiam T. XXII. & CANTIUS expreſſerunt, & omnibus in vulgum nota eſt *temporalis* nomine. Pro trunco habet Carotidis externae LIEUTAUD p. 479. ut olim FALLOPIUS, ſed confer not 19. ad Pharyngeam.

20) *Mediam* voco, quod neque jugo ſubjecta, ut temporales profundae a Maxillari interna (ic. ejus art. not. q. r.) neque aponeuroſi temporalis ſuperpoſitae ſint, ut temporales vulgo noti rami (20. 22.). Ab hac arteria, in angulo oculi externo, nonnunquam ramus irrepit in orbicularem palpebrae ſuperioris, inosculatus ſurculis ophthalmicae. Cum temporali interna non raro communicat. Sed etiam ſupremae auriculae ramum dediſſe vidi, qui eum auriculari poſteriori & occipitali conjungeretur.

21) *Auriculares anteriores*, qualem hic unicam majorem pingi curavi, ſolent numeroſae eſſe. Supra originem vero temporalis mediae oriuntur. Imae meatum auditorium adeunt, inoſculatae, in retis ſpeciem, cum ramis poſterioris auriculae. not. 19. ad art. Pharyngeam) Qui ſequuntur tragum, initiumque meatus adeunt, qualis hic pictus eſt 16).

Alius in helicem it, anthelicem, partem ſuperiorem auditorii meatus. Alius in anthelicem, partem helicis ſuperiorem. Denique ſupremus, helici datus & communicans cum auriculari poſteriori n. 23. Haec ita incerta ſunt, ut tamen perpetuo plures auriculares anteriores, ex partium ordine ſibi ſuccedant.

22) *Temporalis interna* ſive frontalis a temporali, perpetua eſt, & per ſuperficiem aponeuroſeos muſculi temporalis externae in frontem migrat, hancque fere totam ramis occupat, ad glabellam usque & partem ſincipitis. Haec eſt *temporale anterieure* WINSLOWI n. 70. aliorum & KULMI p. 81.

23) Hujus arteriae ramus (18) ad corrugatorem, & orbicularem abit, qui arcum ſupercilliarem cum ramo Ophthalmicae perficit, datque non nunquam adipi orbitae, et per WINSLOWI obſervationes (l. c.) glandulae lacrumali. Idem magis ſuperficialis cum aliis ramis ophthalmicae alias facit anaſtomoſes. Hic eſt ſecundus ramus HEISTERI l. c. n. 17.

24) *Temporalis exterior* ſ. *ſincipitalis* eſt *Rameau poſterieur* de WINSLOW 70. & *Rameau moyen* ejusdem, cum & iſtum occipiti tribuat. Ex WINSLOWO repetunt BOVDON, & VERDIER. Haec arteria truncus eſt temporalis arteriae, quae a diviſione (22) retrorſum verſus aurem paulum ſe reclinat, & ſinciput inprimis totum ramis replet. Cum interna (not. 22.) confinia ſua habet prope fontem pulſaltilem, cum occipitali anterius paulo quam ſutura Lamdoides. Anaſtomoſes ſunt fere infinitae, quarum paucas depinxi ad 25. Conf. HEBENSTREIT de *arter. confin.* Caeterum cutanea eſt, & aponeuroſi muſculi temporalis incumbit, & galeae cranii tendineſcenti, ad pericranium tamen profundiores ramos dat numeroſiſſimos. Eos rames vidi in fetu ſulcos replere, qui fibras oſſeas diſtinguunt, perque eos longe prorepere, ut dubium non videatur, fibras oſſeas eſſe coagulatam materiam, quam hinc & inde appellens pulſus arteriolarum induravit. Fiſſuras autem ſuccus oſſeus effuſus videtur replere, & in adultioribus arteriae in perioſteo ſolo manent, inque oſſeam ſubſtantiam parvos ramulos defigunt. Pulchre ſed minus diſtincte habet LAMIRAL, ic. A. A. O. O. ic. cran. alt. Caeterum HEVCHERO, quando venam temporalis arteriae comitem dari negat, oper. omn. l. p. 534, aegrius fidem adhiberem, cum imprimis eam venam, ſociam arteriae, EVSTACHIVS icone expreſſerit T. XXIV.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 129 sur 543

23 Auricularis ſuperior.
24 Arteriae ſincipitales.
25 Anaſtomoſis cum occipitali.
26 Vena *facialis*. 25)
27 Vena temporalis.
28 Vena facialis in facie adſcendens.
29 Venae frontales.
A Vena ophthalmica. 26)
30 Ductus ſtenonianus.
31 Ductus glandulae acceſſoriae. 27)
32 Glandula Maxillaris.
33 Glandula Parotis.
34 Socia Parotidis.
35 Maſſeter muſculus.
36 Triangularis.
37 Quadratus.
38 Orbicularis inferior.
39 Superior.
40 Naſalis labii ſuperioris.
41 Buccinator.
42 Zygomaticus.

43 Ele-

XXIV. niſi nuper inquirendo omnino reperiſſem, & interiorem, & exteriorem ramum temporalis arteriae absque vena ſocia fuiſſe. Plerumque utique adeſt ſocia.

25) Hanc perpetuam venam EVSTACHIVS habet, cum anaſtomoſibus in frontalibus & infraorbitalibus venis T. XXV. & PLATERVS T. 50. ad b.) & BERRETINVS T. XXIV. f. D. & COWPERVS *Myotom.* T. XXII. N. Anaſtomoſes in ſuperciliis, quibus dextrae & ſiniſtrae venae conjunguntur, etiam COLVMBVS habet p. 163. Angularem vocare merito poſſis, perpetuo enim in angulum oculi internum, glabellam, frontemque erepit, & cum vena ophthalmica lata anaſtomoſi communicat.

26) Perpetuo hinc in venam faciei, inde in receptaculum ſellae equinae communicat, arteriae ſuae non ſatis ſimilis, etſi pariter ciliares, ſed media omnes, & naſales, & meningeam per fiſſuram oſſis ſphenoidis alis interjectam ad duram matrem remittat. Hanc habet PLATER p. 36. COWPER app. T. IX. f. 2. & T. 89. BOVDON II. p. 57. ſinus autem, repeto, nomen eam ferre non poſſe.

27) Glandula quidem iſta nova non eſt, ut a SANTORINO picta in tabula muſculorum faciei, perpetua tamen, quam in ſuperiori margine Maſſeteris, interius ſedentem nunquam non reperias, injectam ductui ſtenoniano. Non tamen raro continuatur Parotidi. Vidi etiam duas fuiſſe, & ab utraque ductum in ſtenonianum iviſſe. Plerumque tamen peculiaris & ſua eſt Ductum, quantum video, primus deſcripſi *Comm. Boerh.* I. p. 166. qui in ipſo margine Maſſeteris interno ſe ſtenoniano perpetuo inſerit, & ad eum omni-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 130 sur 543

43 Elevator labiorum communis.
44 Levator communis labii ſuperioris & alae naſi.
45 Orbicularis palpebrae.
46 Frontalis.
47 Temporalis.
48 Maſtoideus.
49 Sectio aſperae arteriae.
50 Medulla ſpinalis.
51 52. Verum medium labii utriusque. 28)

no ſe habet, ut ad Wahrtonianum Bartholinianus.

28) Ut anaſtomoſes ramorum ſiniſtroſum cum dextris demonſtrarem, paulo plus quam mediam faciem juſſi exprimi. Limitem tamen verum dimidiae faciei his numeris 51. 52. expreſſi. Caeterum iconem Pharyngeae, etſi nuperius factam, iconi arteriarum faciei praemiſi, quod ordo partium ita requirere videretur.

TAB V-

TABVLA ARTERIARVM INTERIORVM PECTORIS

LECTORI S.

In pectoris arteriis, primo loco danda fuerat icon arteriarum Thoracis exteriorum, & mammariae rami epigaſtrici. Verum utrumque alias exhibebo. Nunc Interiora, parva neque tamen ignobilia vaſa pectoris abſolvere viſum, bronchialia & oeſophagea, quorum naturalis connexio, & anaſtomoſes videbantur jure quodam poſcere, ut Mammariarum & ſubclaviarum ſurculi conjuncti prodirent. Quod vero bronchialia vaſa extra pectus educta pinxerim, eo me omnino neceſſitas adegit. Etſi enim velles laborem ſubire deſtruendarum vertebrarum, ut poſteriorem pulmonem partum denudares, etiam ea ratione plurima corrumperes. Deinde brevia cum ſint vaſa, quae bronchum adeunt & oeſophagum, nihil valde in arteriis peccatur quae perinde, cum exemtis viſceribus, integrae maquent. Venas corollarii loco, ut parum notas, addidi. Ex teneriori vero puero, annum fere nato, anteriora, ex adultiori octodecim & ultra menſium puero poſteriora vaſa dedi, cum unum ſubjectum vix ſufficiat picturae trium figurarum, neque ſelectus ſemper ſit in arbitrio noſtro. Picta eſt bronchialis arteria menſe Ianuario MDCCXXXXVI. anteriores arteriae eodem menſe anni MDCCXXXXVII.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 132 sur 543

TABVLA ARTERIARVM
ANTERIVS IN PECTORE SITARVM

EXPLICATIO LITERARVM

A Hepar obiter expreſſum
B Diaphragmatis pars dextra
C Aliqua pars muſculorum abdominis
D Pericardium per quod cor paſſim pellucet
E Auris dextra punctis circumſcripta
F Mucro cordis.
G Vena Cava inferior
H Venae pulmonales dextrae
I Vena Cava ſuperior
K Ejus in jugularem dextram continuatio 1)
L Siniſtra jugularis
M Arteriae aortae pars
N Linea, qua terminatur Pericardium in vena 2) cava
O Linea qua idem aortae adhaeret 3)
P Thymi pars dextra 4)

Q Et

1) Vena jugularis dextra eſt omnino verus et continuus truncus ſuperior venae Cavae. Sed etiam ſiniſtra ſubclavia vena ſenſim ita directionem mutat, ut perinde cum trunco continuetur jugularis ejus lateris, ac axillaris Vena.

2) Hanc lineam EVSTACHIVS etiam expreſſit T. XV. f. II. Sed ſurſum oblique in angulum usque, in quo cava dividitur, poſterius et lateraliter adſcendit adhaeſio.

3) EVSTACHIVS ib. f. 2.

4) Duas thymi glandulas eſſe, dudum, repetitis admodum experimentis, confirmor. Nam et ſuperiora cornua, et inferiora, diſtincta ſunt in medio, ubi cohaerere creduntur, et absque ulla violentia ſeparantur.

Solent autem cornua ſuperiora thymi in recens nato, aut fetu, cui longiſſima ſunt, ante venam ſubclaviam ſiniſtram adſcendere, ut denique contingant thyreoideam glandulam, gracilia, caeterum & in obtuſi coni figuram fa-

ſtigiata

Q Et ſiniſtra
R Mediaſtini lamina ſiniſtra cum pericardio conjuncta 5)
S Aſpera arteria
T Oeſophagus
V Glandula Thyreoidea
X Vena jugularis interna dextra
Y Vena Thyreoidea ſuperior
Z Nervus octavi paris dexter
a Arteriae ſubclaviae & Carotidis dextrae communis truncus
b Subclavia arteria dextra
c Et Carotis ejus lateris
d Vena mammaria dextra
e Arteria mammaria dextra 6) quae retro venam advenit

f Ar-

ſtigiata. Neque tamen haec perpetua ſunt. Modo enim dextrum cornu, modo ſiniſtrum brevius eſt, & hoc quidem frequentius, neque eo pertingit, & non raro alterum ipſa ſubclavia vena brevius eſt. In adulto, uti in univerſum thymus pene evaneſcit, ita maxime ſuper ſternum vix unquam adparet. Eſt ubi utrumque cornu retro ſubclaviam adſcendere vidi, quod rariſſimum eſt.

Semel etiam cornu ſuperius bifidium vidi, uti quadricornem Thymum pingit ex pygmaeo EDMVNDVS TYSON anat. of a pigmy f. 10. M. M. Tricornem etiam WELSCHIVS facit Tab. anatom. n. 53.

Inferiora cornua lata, utcunque triangula, pericardio innatant, multa enim, uti notum eſt, celluloſa tela cavitas mediaſtini repletur, in qua thymus ſedem ſuam habet.

Deſcendunt, alias ad orginem vaſorum magnorum, alias ad medium pericardium, alias, in fetu, pene ad ſeptum transverſum usque, & in ea inferiori longitudine eadem varietas eſt, quae in ſuperiore. Solet tamen id cornu longius eſſe inferius, quod ſuperne brevius erat. Ita ſiniſtrum lobum longiorem eſſe WINSLOWVS ait n. 37. quod cum meis experimentis conſentit, ſi de inferiori lobo acceperis. Media pars thymi medio modo ſe habet, non ita, ut cornua ſuperiora tenuis, neque craſſa ut inferiora. Contiguus ibi eſt uterque thymus, ſed ſeparabilis. Ea pars Aortae incumbit, & cavae venae. Caeterum de thymo ejusque cavea erudite diſputavit Gen. D. A. L. de HVGO in inaugurali diſſ. Addo eſſe, cur mireris figuram thymi tolerabilem nondum reperiri, quae in ſitu ſuo naturali depicta ſit, ipſumque EVSTACHIVM (T. XV. f. 1.) ovalem praeter omnem obſervationem pinxiſſe. CHESELDENIANA icon T. XIV. ed. III. figuram utcunque exprimit, vaſa vicina & ſitum non demonſtrat. VERHEYENIANA L. II. T. VI. f. 2. ſatis bene duas glandulas contiguas, & ſuperne rotundas, inferne latiſſimas exhibet, omni vicinia perinde deſtituitur. De aliis nihil attinet dicere.

5) Non neceſſe eſt hic explicare Mediaſtini naturam, quam eſſe ipſam utrinque pleuram, & anterius inter ſternum & pericardium, & poſterius inter pericardium & aortam ſibi a dextris & ſiniſtris contiguam, multa vero celluloſa conjunctam, & anterius thymum, poſterius aortam & oeſophagum continere, notiſſimum eſt.

6) Harum arteriarum origo valde conſtans eſt. Oritur & dextra, & ſiniſtra, ſimillima, a ſubclaviae trunco, e regione thyreoideae inferioris, eodem loco, ubi & arteria intercoſtalis ſupre-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 134 sur 543

f Arteriae Mammariae dextrae Ramus Pericardiaco Diaphragmaticus.

g Rami ad Pericardium, glandulasque cavae venae incumbentes.

h Ramus comes nervi Diaphragmatici. 7)

i Ramuli ſuperficiales ad pulmonem.

k Alii ad Pericardium.

l Phrenicae dextrae arteriae ramus.

m Ramus adſcendens cum nervo Diaphragmatico.

n Anaſtomoſis utriusque arteriolae hunc nervum comitantis.

o Arteriae Phrenicae dextrae ad rami diaphragma.

p Ana-

ma, ſed poſterior prodit, ad latus nervi Phrenici, & internum ſcaleni interioris limitem in ipſo apice ultimo, pene conico, ſacci pleurae. Neque ego unquam truncum utriusque lateris mammariam daturum vidi, qualem VESALIVS deſcribit l. c. p. 465. & ex eo varii, qui magnum virum exſcribunt, auctores.

Deſcendit introrſum utrinque, pleurae adjecta, in mediaſtini cavo, & retro ſternum ſe conjicit. Prius tamen, quam eo veniat, perpetuo fere edit ramum ſuperficialem, qui modo trans venam jugularem ad glandulas ipſi impoſitas; modo ſecundum claviculam ad ſuperiora Scapulae venit (ut in ic. Thyreoid. inf.) & imis muſculis colli transverſus accedit, loco rami art. Thyreoideae, modo omnino ad Scapulae ſuperſpinalem, modo unice cutaneus circa ſternum & claviculam ludit, & in ſternohyoideum, atque ſternothyreoideum. Deinde Mammaria retro coſtarum cartilagines, in loco ſterno valde vicino, ita deſcendit, (VESAL. L. VI. f. 2) inter muſculum intercoſtalem internum & ſternocoſtales, ut ſenſim a tertia coſta extrorſum vergat, ad marginem usque coſtae ſeptimae vel octavae, ſub quo exit & muſculis nunc ſolis tegitur. In eo itinere, quo pectore continetur, dat introrſum bronchialem ſuperiorem nonnunquam, perpetuo vero Phrenici nervi comitem, & Thymicam, & mediaſtinas minores, quales etiam RVYSCHIVS pinxit Epiſt. II. T. II. f. 3. D D. & habet LIEVTAVD p. 240. & majorem, not. 13. quae & mediaſtino & pericardio & ſepto transverſo proſpicit, & minores denique tot pene, quod coſtae ſunt, quae & ad ſterni interiora veniunt, anaſtomoſes ibi facturae cum lateris alterni ramulis, & ante ſternum in perioſteo ſimili recte ludentes. Ex iis mediaſtinae minores ſaepe oriuntur, ſed ſingularibus tamen etiam trunculis in aliis corporibus ex Mammaria prodeunt. Extrorſum vero Mammaria tot etiam ramos mittit, quot coſtarum ſunt intervalla, quos inferius fuſius recenſebo. Dum autem confluentibus coſtarum cartilaginibus protegitur, ad ſextam coſtam, magnum ramum generat Muſculo phrenicum, longiore ſcriptione dignum.

7) Ramus Mammariae, qui comes eſt nervi Phrenici, oritur non raro ex communi cum thymica ſuperiori trunculo. Alias ſupra eum trunculum ſola provenit, & ita plerumque reperio. Valde parva eſt, & vix memoria digna, niſi perpetua eſſet, & ab omnibus Scriptoribus ipſoque VESALIO recepta l. c. p. 465. & a VERHEYNIO praeter omnem veri ſpeciem pro nova arteria deſcripta L. II. Tr. III. c. 4. p. 155. Pericardio Diaphragmaticam etiam vocavit RVYSCHIVS & amplam depinxit l. c. A. E. Diaphragmaticam eamdem dixit LIEVTAVD p. 240. & diaphragmaticam ſuperiorem vocat HEISTERVS p. 157. WALTHERVS, WINSLOWVS vocat Pericardinae III. n. 85. & ab ea diſtinguit mediaſtinam n. 86. quam oportet eſſe ramulum aliquam mammariae inter ſuperiores, ad mediaſtinam datum, cui, quod minus conſtans ſit, nomen nullum inpoſui not. 6.

Haec Arteriola in dextro latere glandulis in venae Cavae trunco ſitis, pericardii parti ſuperiori dextrae, tunicis Aortae, mediaſtino, in ſiniſtro

latere

p Anaſtomoſes cum ramulis phrenicae a mammaria. 8)

q Arteria thymica dextra. 9)

r Ar-

latere iisdem & ductui arterioſo, utrinque vero thymo, ſuperficiei pulmonis, & venarum pulmonalium ſuperiorum, tum pericardio inferiori, denique ſepto transverſo ſurculos dat, ſi inferior abfuerit, & in hoc cadavere non raro anaſtomoſi cum ramo adſcendente phrenicae conjuncta eſt.

Vidi trunculum iſtum a ſuperficiali mammariae ramo in jugulo ortum eſſe. Plerumque tamen in apice pleurae haud longe ab origine mammariae naſcitur.

Et unicus & duplex viſus eſt. Cum pericardiacis, thymicis, mediaſtinis, varie inoſculatur. Omnes vero mediaſtinas, thymicas, pericardiacas, pro deſperatis relinqui jubet LIEUTAUD p. 481. ut quae nullo ſermone poſſent enarrari.

Vena, comes ſiniſtra fere ſemper eſt a bronchiali, dextra a mammariis, aut a diviſione cavae WINSLOW n. 58. GALENUS, quod mireris, & mediaſtinas & thymicas & pericardias venas habet *de art. & ven. diſſect.* c. 2. & 5. Noſtram VESALIUS dixit L. III. c. 7. & pinxit cum nervo comite ramisque pericardiacis L. VI. f. 1. Q. arteriam non habet. Habet etiam venam COLUMBUS p. 169. EUSTACHIUS permagnam pingit T. VIII. f. 3. & in ſiniſtro latere deſcribit de vena ſ. P. p. 281. Mediaſtinam vocant c. BAUHINUS p. 210. SPIGELIUS L. V. c. 4. p. 168. BOURDON p. 347. RAU apud VALENTIN p. 106. Haec eſt vena illa ſingularis D. de MARCHETTIS p. 79. diverſo vero trunco prodire facit a thymicis. VERHEYENIO p. 376. (qui a cava deducit) eſt diaphragmatica ſuperior. Diaphragmaticam vocant BOUDON p. 361. & LIEUTAUD p. 240. qui p. 503. eam venam in ſiniſtro ſolum latere ait reperiri, ſed de vena Intercoſtali ſuperiori ipſa loqui videtur. Haec vena comes nervi phrenici egregias anaſtomoſes cum ſocia lateris alterni facit in ſepto transverſo, a dextro in ſiniſtrum latus continuatas, & in pericardio, atque cum venis demum Phrenicis communicat, ut EUSTACHIUS olim vidit p. 281. Sed omnes minores pectoris venulae, Phrenici comes, & intercoſtalis ſuperior, & Thymici, & mediaſtinae inferiores, paſſim inter ſe inoſculantur, ut recte monet WALTHERUS progr. a. 1731. edito.

8) In hoc cadavere, Arteria Phrenica dextra ex Aorta de more infra ſeptum transverſum nata, adſcendit per foramen venae Cavae, atque dexterior in thoracem advenit. Ibi trunco trans venam introrſum ivit, deditque ſepto transverſo ramos, & pericardio, & comitem nervi phrenici, cum deſcendente ramo inoſculatum. n. 7. Alio ramo vero in abdomen unde venerat, rediit ad hepar. Alias ad ſedem utriusque nervi phrenici ſaepe diaphragma perforavit, & contra nervum adſcendit, dedit pericardio, & ſuperiori comiti Phrenicae inoſculata eſt.

9) *Thymica* vaſa, ut in his minutiis fieri ſolet, non ſatis perpetua ſunt. Ita tamen plerumque ſe habent.

Pars media arterias habet a mammaria. Et frequenter omnino ramus omnium primus mammariae, quem in pectore edit, thymum adit, unum ſui lateris aut utrumque.

Is ramus non raro generat comitem arteriam Phrenici nervi. Notum vero fuit plerisque anatomicis, aliquid thymum a mammaria arteria accipere, ut C. BAUHINO p. 239. & totaliis.

Alias a comite Phrenici diverſus eſt is trunculus, & modo prius ortus, modo inferior.

Sed & illa comes nervi Phrenici ad thymum graciles, ut parva eſt, ſurculos exhibet.

Rarius eſt, a radice communi ſubclaviae dextrae & Carotidis thymicam veniſſe dextram, bis tamen viſum, & bis ex trunco aortae continuo ſuper Pericardium, quod vix notatum reperio.

Cornua inferiora ramos habent a Mediaſtina majori, quam edit mammaria not. 6. & not. 13.

Cornua ſuperiora plerumque aliquos ramos a Thyreoideis ſuperioribus habent in collo. A carotide interna habuiſſe vidi, ſed hoc rarum eſt. A mammariae ramo ſuperficiali, non valde frequenter.

Unicam a mammaria thymicam arteriam deſcribit VESALIUS L. III. c. 12. unam WINSLOWUS, qui etiam a trunco communi ſubclaviae & carotidis vidit prodiiſſe n. 84. unam D. LIEUTAUD. Sed & Mediaſtina WALTHERI ex vicinia phrenicae ſuperioris & ramis ſuis vera thymica eſſe videtur p. 6. idemque de fere omnium auctorum *mediaſtina* judicium meum eſt. Minutius loca auctorum non perſequor, quod plerique parum in his ſtudioſi fuerint. Perpetuum fere eſt, in eodem corpore thymum habere arterias a thyreoideis, mammariis, mediaſtinis, phrenicique nervi comitibus, octo adeo ad minimum trunculos, & ſaepe multo plures.

Venae in univerſum non ſunt arteriarum ſimiles. Subclavia nempe ſiniſtra duas, & plerumque tres, in uno ſtrato Thymicas edit, raro unam ut WINSLOW n. 62. & vulgo ſcribunt,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 136 sur 543

r Arteria pericardiaca poſterior ſuperior inde orta. 10)

s Arteria thymica ſiniſtra poſterior, pariter inde proveniens.

t Vena thymica dextra.

u Arteriarum Mammariarum rami, qui thorace exeunt. 11)

x Divi-

vel anteriores minores, vel poſteriores majores & plerumque utrinque glandulae proſpicientes, & non raro generaturas comitem nervi Phrenici. Eae thymicae mediaſtino etiam proſpiciunt, & cum mediaſtinis inferioribus communicant. Sed etiam mammariae venae, uti arteriae, medio thymo ramos mittunt, maxime dextra, vel una cum ſubclaviae ramo, vel ſola. Vidi omnino ſeptem fuiſſe venas, ut in uno corpore unam thyreoidea, tres ſubclavia ſiniſtra, unam diviſio cavae, aliam jugularis, aliam mammaria ederet.

Siniſtrae a Bronchiali ſiniſtra, etiam in hac icone, provenerunt aliquae: Perpetuo vero a thyreoideis, mammaria dextra, ſubclaviis, & intercoſtali ſuperiori ſiniſtra, & mediaſtinis ramuli thymum adeunt.

Inferiores venae, tum quae in collo ſunt, arterias ſic ſatis exprimunt, & a thyreoideis quidem illae veniunt. Eas habet etiam WINSLOW n. 62. Nonnunquam tamen a colli rete cutaneo oriuntur, aut a jugulari vena, quod rarius. Minores inferiores a phrenici nervi comite, & a Mediaſtinis majoribus, arteriarum ſimiles ſunt. Caeterum peculiares Pericardiacas & mediaſtinas venas a ſubclavia, dictas veteribus multis, & nuper HEISTERO p. 157. & WINSLOWO n. 57. 63. WALTHERO progr. a. 1731. a thymicis diverſas, raro reperiri credo, qui nunquam viderim, & fere ita explico, quod in adultis quaeſiverint VIRI EXIMII; ſed ibi thymus fere evanuit, atque ipſius vaſa facile poſſunt ad vicinas partes referri.

10) Vide in ſequente programmate deſcriptas.

11) Horum ramorum, interim dum icon non facillima paratur, dabo hiſtoriam. Dum ſecundum ſternum deſcendit Mammaria, ex quatuor coſtarum ſuperiorum intervallis, proxime ſternum, perpetuo ramos edit ſuperficiales, qui vel per intimam illam triangularem ſedem inter ſternum & muſculos intercoſtales internos, vel etiam exterius, iſtis perforatis, ad muſculos pectoris cutemque veniunt, vel ſingulae in ſuo intervallo, & cum ramis extrorſum inter coſtas euntibus conjunctae; vel diſtinctae etiam, ut duo ſint in uno intervallo rami exteriores, muſcularis & intercoſtalis, & nonnunquam in uno intervallo duo inter coſtas eant.

Primi intervalli ramus intercoſtalis profunde deſcendit in pleuram, & intercoſtalem primum. Ramus autem ſuperficialis alter internus ad ſternum it, cujus utramque faciem pingit, & cum alterni lateris ſodali rete facit: alter, vel eodem trunco ortus, ad pectoralem magnum cutemque late exit, & etiam ſecundum claviculam cum ſocia alterius lateris coit. Anaſtomoſes duas habet cum Thoracica altera.

Secunda ſub coſta ſecunda ad coſtarum perichondria, pectoralem, & cutem venit, eademque ſecundum coſtae ſecundae marginem extrorſum dato ramo, cum ſecundae Thoracicae duobus ramis coit. Vidi & ad mammam deſcendiſſe.

Tertia majori ramo etiam ad pectoralem, & ad cutem abit. Sed & ipſa ſaepe mammas adit, ibique vel cum thoracica externa, vel cum ramo ſecundae & quartae a mammaria anaſtomoſin facit. Hanc mammae arteriam habet KULMUS p. 82.

Quarta ſub coſta quarta ad pectoralem, cutemque ſimilis, exterior tamen, & fere ad finem cartilaginis exit, anaſtomoſes facit perinde, dat mammae nonnunquam, & cum ſuperioribus mammae ramis ex mammaria tertia & ſecunda, & thoracica aliqua ortis, anaſtomoſes habet prope papillam (Cl. GUNZ *de mamm.* p. 20.

Quinta, ſub coſta quinta, pariter & ad cartilagines coſtarum rete dat vaſculoſum, & exit ad cutem, pectoralem, mammam. Eſt etiam, ubi ad diaphragma & ligamentum ſuſpenſorium ivit.

Ea vero ad ſextam coſtam prodit arteria, quam poſſis *Muſculo Phrenicam* vocare, ad imitationem nervi brachii. Raro parva eſt, plerumque inſignis, & alter quaſi truncus Phrenicae. Praeter enim anaſtomoſes cum intercoſtalibus, ſtatim deſcribendas, extrorſum, tecta coſtarum cartilaginibus, inſigni trunco ramoſa adit Diaphragma, & uno trunco in hoc ſeptum late dividitur, multis ramis inoſculata & phrenicae verae, & ramis intercoſtalium ad ſeptum euntibus. Ejusdem ſurculi etiam per ligamentum ſuſpenſorium euntes, communicant cum hepaticae ramis. Alter ramus deſcendit in transverſo & recto, & hinc cum epigaſtrica, inde cum lumbalibus anaſtomoſes habet. Eadem, dum extrorſum

vergit

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 137 sur 543

x Diviſio Mammariae arteriae.

y Ra-

vergit tecta confluentibus coſtarum cartilaginibus, per earum intervalla edit ſurculos varios tum pingentes cartilagines coſtarum, tum ad obliquum deſcendentem & ſerratum euntes. Hujusmodi a mammariis ramos ad ſeptum euntes, ſed breviſſimis voculis exprimunt WINSLOW l. c. n. 175. LIEUTAUD p. 484. & Cl. HEBENSTREIT.

Sequitur, ut elegantiſſimas deſcribam anaſtomoſes horum ramorum mammariae cum Thoracicis & intercoſtalibus, quibus certe nihil pulchrius eſſe poteſt.

Ad ſingula nempe coſtarum intervalla unus plerumque ramus mammariae arteriae exit, vel cum ſuperficiali conjunctus, vel, quod rarum, ſolitarius. Is cito finditur & ſecundum marginem tam ſuperiorem, quam inferiorem coſtae cujuslibet, preſſim ad os ipſum, extrorſum migrat, donec in ſuperioribus intervallis quatuor vel quinque, cum thoracicae externae ſurculis profunde ſe demergentibus, & in imis duobus tribusve intervallis cum ipſis absque medio intercoſtalibus, in unum continuum anulum abeat, qualem EUSTACHIUS T. XXVII. f. 12. pingit, anaſtomoſes vero ſolas RUYSCHIUS *Ep. cit.* T. II. f. 3. a quo viro mea experimenta longe recedunt. Ipſe enim mammariarum ramos geminatos ad ramos ſimplices intercoſtales depingit, mihi intercoſtales rami nunquam non duo ſunt viſi. Etſi vero haec ſint perpetua, numerus tamen ramorum & coſtarum paulum incertus eſt. Nam & duplices rami viſi ſunt in uno margine, duaeque anaſtomoſes.

Primus ergo mammariae ramus ſub coſta prima, duobus ramis communicat cum thoracicae alterius arteriis. Ea thoracica in tertia coſta fere finem facit, inter ſerratos deſcendens. Alter, ſub coſta ſecunda cum eadem Thoracica ſecunda duas habet anaſtomoſes.

Sub tertia coſta jam cum Majori Thoracica anaſtomoſes incipiunt, quae inſerrati magni ſuperficie, pollice exterius quam prior, ex ſubclavia orta, ad ſerratum eum & pectoralem, mammam, intercoſtales, ſerratum minorem, infra coſtam denique quintam deſcendit. Eadem etiam cum minori Thoracica ſecunda anaſtomoſes circa coſtam tertiam habet. Vidi tamen ſub tertia coſta anaſtomoſes mammariae ad thoracicam ſecundam pertinuiſſe.

Sub coſta quarta utraque anaſtomoſis mammariae eſt cum hac ipſa Thoracica majori.

Sub coſta quinta ſuperior anaſtomoſis vel ad eamdem, vel ad intercoſtalem pertinet. Habet autem hujusmodi anaſtomoſes ſed breviter WINSLOWUS n. 90.

Quae ſequuntur, pertinent potius ad intercoſtales. Nempe prope coſtarum origines quilibet trunculus intercoſtalis ramum unum ad muſculos dorſi mittit.

Alter, qui proprie intercoſtalis eſt, finditur, & in duos ramos abit.

Eorum ramorum omnino major eſt, qui ſecundum marginem inferiorem coſtae ſuperioris exit, minor, qui ſecundum ſuperiorem marginem coſtae inferioris. Deſcendunt autem frequenter ramuli a ſuperiori trunculo in inferiorem, oblique antrorſum, quales RUYSCHIUS pinxit *Theſ.* I. T. III. f. 3. & minores alii ad perioſteum coſtarum euntes rete faciunt.

Hae intercoſtales arteriae ſuperne parvae, inferius perpetuo majores fiunt. Inoſculantur autem cum Mammariis, ut prima, eo perveniens, ſit ſub quinta coſta vel ſuperior, vel inferior. Deinde duo rami ſub ſexta coſta cum muſculo-Phrenica, ſubque ſeptima, cum ejusdem arteriae ramis exterioribus anaſtomoſes faciunt ſive circulos, & denique, non perpetuo ſub octava, cum eadem arteria, rarius cum Phrenica vera.

Venarum mammariarum anaſtomoſes magis quam arteriarum veteribus notae fuerunt. Eas, quas habent cum Thoracicis, deſcripſit EUSTACHIUS l. c. *antigr.* XVIII. p. 310. 311. Habet etiam HABICOT Die IV. Lect. VII. & alii. Intercoſtalium cum mammariis anaſtomoſes EUSTACHIUS deſcribit p. 308. 310. C. BAUHINUS p. 210. &c. Earum denique cum axillaribus conjunctiones FALLOPIUS *inſtit. anat.* p. 20. *obſerv. anat.* p. 117. 119. b. EUSTACHIUS p. 309. ARANTIUS obſ. c. 32. AMATUS Cent. V. c. 70. C. BAUHINUS p. 208. BOURDON *deſcript.* p. 345. & alii. RIOLANUS ita deſcripſit p. 221. ut manifeſtum ſit non vidiſſe. Arterias autem in univerſum minoris quam venas, fecerunt veteres. Nullam vero in origine venae Mammariae varietatem vidi, ſed eam conſtanter fabricam, quam GALENUS deſcripſit l. c. c. VI. & EUSTACHIUS iconibus expreſſit in tabula XXV. & XXVI. ut dextra ex diviſione cavae paulo propior ſubclaviae prodeat, ſiniſtra ex intercoſtali proxime arteriam. VESALIUS communi trunco utramque venam mammariam vidit prodiiſſe L. VII. c. 3. ſed id mihi non contigit videre.

Caeterum, cum mammariarum & thoracicarum cum intercoſtalibus conjunctiones non videantur ſeparari debere, addo nunc eas, quae in coſtas ſuperioribus inter thoracicas & intercoſtales fiunt.

Tres *thoracicae* ibi ſingulae cum ſuis intercoſtalibus conjunguntur, quas ad unam revocat WINSLOW n. 123. ſemper autem reperi vel tres diſtinctas, ut alibi confirmabitur, vel ad minimum duas, quarum ſuperior illa brevis eſt, inferior, duas hic deſcriptas, comprehendit.

Prima thoracica brevis, ad ſerrati ſuperioris primum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 138 sur 543

y Ramus externus ſive Epigaſtricus. 12)
z Ejus ſurculi ad exteriora pectoris tegumenta.
1 Ramus abdominalis ſ. Epigaſtricus interior.
2 Exterior ſive Muſculo Phrenica.
3 Ramus internus Mammariae ſive *Phrenico-Pericardiacus.* 13)
4 Ramus ad Mediaſtinum.
5 Surculi ad Pericardium.
6 Trunculus ad diaphragma exeuns.
7 Arteriae Coronariae anteriores obiter expreſſae.
8 Vena thyreoidea inferior dextra.
9 Vena thyreoidea inferior ſiniſtra.
10 Inde ramus ad aſperam arteriam.

11 Et

primum dentem, & primum intercoſtalem fere conſumitur, orta ad marginem externum ſcaleni primi.

Haec duobus ramis perforat muſculos, cumque intercoſtalis primae, grandioris, duobus ramis, anulus facit in primo intervallo duos.

Sub ſecunda coſta duae cum intercoſtalibus anaſtomoſes fiunt, quarum ſuperior pertinet ad Thoracicam primam, inferior ad ſecundam exterius ortam, quam prior, ejusque ramum extrorſum in intercoſtales ſubeuntem.

In intervallo tertio thoracicae ſecundae ramus cum ramo tertiae conjunguntur, & cum intercoſtali tertia anulum facit. Itidemque cum eadem in inferiori parte hujus intervalli. Ab eo ſurculo etiam anaſtomoſes cum Mammaria fiunt.

Sub quarta coſta, & in ſuperiori parte quinti intervalli, anaſtomoſes ſunt inter thoracicae majoris ramos & intercoſtales. Qui ſequuntur anuli, pertinent ad Mammarias, nempe inferior quinti intervalli, & duae ſexti, duaeque ſeptimi, & ſuperior octavi. Deinde breviores jam intercoſtales ſub coſta octava & nona vel Muſculo Phrenicae, vel vulgari diaphragmaticae inſertae anulos faciunt. Inferior ramus nonae intercoſtalis, ad transverſum muſculum exit poſtquam anaſtomoſin fecit cum Phrenica alterutra, & multos ibi ramos dat, inoſculatos Epigaſtricae. Sub decima coſta intercoſtalis ſuperior ramus in muſculo transverſo inoſculatus eſt Epigaſtricae, & ramo Muſculo Phrenicae exteriori. Inferior vero in obliquo deſcendente, vel cum eadem arteria, vel cum alia ex Femorali adſcendente coivit.

Sub undecima itidem ſuperior major, ad deſcendentem obliquum euns, vel cum eadem Epigaſtrica, vel cum laterali abdominis a femorali orta inoſculata eſt, ad cutem etiam dedit.

Omnes autem ii anuli ita intelligendi ſunt, ut continuus circulus ſit ab intercoſtalis v. g. ſiniſtrae cujusque origine ex aorta, antrorſum euns, inſertus Thoracicae, vel Mammariae: deinde a Thoracica, quoties ea miſcetur intercoſtali, in mammariam, ab ea retro ſternum, in mammariam alteram, hic quidem per rete potius quam per anulum, indeque iterum in dextram Thoracicam, intercoſtalem, aortam. Minores deſcendentes trans coſtas, vel ſub coſtis anaſtomoſes ſuperiorum & inferiorum Mammariarum de induſtria omitto.

Caeterum mammae arterias alias ab aliis truncis provenientes minime ignoro. Dudum VESALIUS L. III. c. 12. obſcuras eſſe arteriarum mammariarum internarum ad mammas propagines ſcripſit, & majores externarum CABROLIUS *obſerv.* VII. Eae ergo a Thoracica ſecunda, vel tertia, vel nonnunquam a brachiali veniunt, & cum internarum propaginibus coaleſcunt, internas autem mammarias vere mammas adire recte confirmat FALLOPIUS *obſerv.* p. 131. *inſtit. anat.* p. 20. EUSTACHIUS p. 130. D. de MARCHETTIS p. 36. neque in ea re GALENUS l. c. c. V. aut IACOBUS SYLVIUS *Iſag.* II. p. 34. b. aut veteres anatomici erraverunt.

12) Diviſio haec non quidem perpetua eſt, ſed valde frequens, ſaepe tamen ramus pictus ad 3. minor eſt.

13) Arteria Mammaria infra ſeptimae, & nonnunquam octavae coſtae appendicem, dat ſurcu-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 139 sur 543

11 Et alter ad oeſophagum.
12 Alius ad cornu thymi dextrum.
13 Arteria Carotis ſiniſtra.
14 Subclavia ſiniſtra.
15 Thyreoideae arteriae inferioris rami.
16 Vertebralis ſiniſtra.
17 Et mammaria.
18 Hujus ramus mediaſtinus, qui idem comes Phrenici nervi.
19 Ramus Thymicus ſiniſter.
20 Diviſio mammariae ſiniſtrae.
21 Ramus Phrenico Pericardiacus ſiniſter. 14)
22 Ramus Epigaſtricus.
23 Vena ſubclavia ſiniſtra.
24 Vena jugularis ſiniſtra.
25 Vena Mammaria ſiniſtra.

26 Ra-

ſurculum introrſum, qui circa Appendicem Enſiformem varie ludit, ſuo ſocio alterius lateris inoſculatus, atque in ejus appendicis perichondria, perioſtea vicina, originem recti muſculi conſumitur, & ad cutem. Deinde finditur Mammaria. Ramus anterior, a quo prior ſurculus ſaepe oritur, vel ſimplex in rectum deſcendit, vel finditur, & uno ramo per anteriora Recti, altero per poſteriora deſcendit, vel inter Rectum & Peritonaeum, dat utrique, & transverſo, & in recto muſculo multis cum Epigaſtrica anaſtomoſibus communicat. Umbilicum raro adtingit, plerumque ſuperior finitur. Quando eo venit, anaſtomoſes ibi habet cum hepaticis ramulis, comitibus umbilicalis venae.

Ramus externus, quem tamen minime raro muſculophrenica generat, ſecundum marginem coſtarum, ſed infra eum, in obliquum ſuperiorem & transverſum extrorſum deflectit, & in rectum etiam ramos dat, hos cum epigaſtricis, iſtos cum ramis intercoſtalium inferiorum, eidem dantibus muſculo, varie inoſculatos. Dixi Mammariam retro cartilaginem ſeptimae coſtae deſcendere. Eſt tamen, ubi ramus interior per ipſius cartilaginis medium hiatum ad rectum muſculum migrat: quod minime ignotum veteribus, rarum tamen eſt. Ea tamen via ad mammam ramum exire, ut RIOLANUS habet, p. 231. omni obſervationi & partium ſitui repugnat.

14) Notabilis iſta arteria ſaepius viſa eſt oriri ſub coſta quinta, alias tamen ad quintam & ſextam demum.

Ea deſcendit ſecundum pericardium, dat continuo mediaſtino inferiori, dat thymo infimo, pericardio, denique ad ſeptum pervenit, cui anterius inſeritur notabilibus ramis, ibique plerumque terminatur, inoſculata cum phrenica vulgo nota.

Quater tamen vidi perforaſſe ſeptum, & ad inferiorem partem ſepti transverſi veniſſe, huic late dediſſe ramos. Confer. ic. art. coeliac. 1. not. O & b. HENSING *de peritonaeo* in 1. tomo *diſp. anat. ſelect.* n. 41.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 140 sur 543

26 Ramus thymicus ſiniſter.
27 Ramus ſuperficialis.
28 Vena bronchialis ſiniſtra. 15)
29 Ramus thymicus.
30 Ramus mediaſtinus.
31 Ramus bronchialis.
32 Vena thyreoidea media ſiniſtra.

Sed in hepatis praeterea partem gibbam vidi fuiſſe inſertam, cum ligamento ſuſpenſorio, inoſculatam ramulis hepaticis. Alias, praeter hanc unicam arteriam, a Mammaria duae, tres, mediaſtinum & pericardium inferius ad ſecundam, tertiam, quartam, ſextam, coſtam, deſcendunt, ſupra not. 6. breviter tactae, & fere exiguae.

15) v. Tab. bronch. not. 5.

TA-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 141 sur 543

TABVLA
ARTERIARVM BRONCHIALIVM.

Pulmones cum corde & mediaſtino exemti, unaque aſperae arteriae, oeſophagi, & aortae, quantum in thorace eſt.

FIGVRA I.

Aorta ad ſiniſtra reclinata, ut vaſa bronchialia dextri lateris melius adpareant.

EXPLICATIO LITERARVM.

A B C Pulmo dexter.
A Lobus infimus.
B Supremus.
C Medius. 1)
D E Pulmo ſiniſter.
D Lobus imus.
E Superior.
F F Oeſophagus.
G G G Aorta.

1) Notiſſimum eſt, pulmonis dextri plerumque tres lobos eſſe. Sed id in ſiniſtro etiam lobo non rariſſime reperio. Ita etiam videtur pinxiſſe VESALIUS L. VI. f. 4. & diſtinctius EUSTACHIUS T. IX. & T. XV. in omnibus figuris & C. BAUHINUS & PLATERUS p. 112. & alii.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 142 sur 543

H H Rami in abdomine obiter expreſſi, coeliaca & meſenterica.

I Arcus aortae. 2)

K Truncus ſubclaviae & Carotidis dextrae.

L Dextra ſubclavia.

M Carotis dextra.

N Siniſtra.

O Subclavia ſiniſtra.

P Pericardium poſterius pleura tectum.

Q Q Mediaſtinum poſterius.

R Vena Cava.

S Azygos.

T Ramus intercoſtalis ſuperior ad intervallum. II. 3) & III.

VV

2) Nullam hactenus in arcu Aortae varietatem reperi, praeter ortam ex arcu Vertebralem ſiniſtram.

3) Venae ſine pari hiſtoriam quidem hic non repeto. Paucis tamen addo, ex azyga, ubi primum vertebras adtigit, ad quartam coſtam, VESALIVS L. III. 7. p. 464. oriri venam *intercoſtalem ſuperiorem dextram*, (WINSL. III. n. 45.) quae plerisque ſuperioribus intervallis proſpiciat. Supremum enim plerumque ab azyga ramum non accipit, uti nudum etiam ab azyga in iconibus relinquit EVSTACHIVS T. VIII. conf. HEISTERI icon *Cent.* VII. VIII. *obſ.* 64. Sed & ſecundum intervallum propriam ſaepe venam habet, quam a ſubclavia plerumque, aliquando tamen etiam a vena Cava, (quale quid VESALIVS vidit *de humerar.* p. 31) arcu facto, prodire vidi, &, quae uni intervallo proſpicit, & nonnunquam duobus, ut SPIGELIVS l. c. p. 167. 168. & EVSTACHIVS, C. BAVHINVS N. HIGHMOR. T. XVII. VESLINGIVS T. 2 c. X. utrinque. Tribus vero intervallis paullo rarius, neque certe in cadavere a me ipſo diſſecto, ramos dat. Ita tamen vidit GALENVS *de ven. diſſ.* c. 2. ubi bonam deſcriptionem hujus venae dedit, etſi ex ſimia ſit, & VIDVS T. XXIII. p. 3. COLVMBVS p. 116. L. VI. FALLOPIVS *inſtit.* p. 20. & EVSTACHIVS p. 304. 305. Nam quatuor ramos dare, ut plerique ſuperioris aevi ſcriptores habent, non facile crediderim. Vidi tamen, neque rariſſime, hanc intercoſtalem a ſubclavia in latere dextro nullam fuiſſe, ut nullam pingit EVSTACHIVS T. XXVI. Ita etiam deſcripſit IACOBVS SYLVIVS *Iſag. anat.* p. 70. *b.* & aliquando ſe habere VESALIVS p. 464. Nullam etiam pingit LANCISIVS. Ita porro intercoſtalem dextram adeſſe negat DOMINICVS de MARCHETTIS p. 76. De ſiniſtro latere continuo dicetur. Cum vena vertebrali & haec dextra, & ſiniſtra intercoſtalis, non raro conjungitur. Id etiam HABICOTVS habet *Jept. anat.* D. IV. lect. VII.

4) Diviſio Azygae venae non ſemper certa eſt. Ad ſextam coſtam, frequenter ramum vidi per intervallum quintum ad ſiniſtra tranſeuntem, qui ſurſum cum intercoſtali ſuperiori, deorſum cum ſequente communicat. Quando is ramus abeſt, tunc ad ſeptimum usque intervallum ſuperior intercoſtalis deſcendit. Unum habet EVSTACHIVS T. VIII. f. 3. duos fig. 2. & deſcribit p. 301. tum LANCISIVS in ic. de ven. f. p. quam ſibi tribuit PETRIOLVS ad EVSTACHIVM p. 81. & FALLOPIVS de ven. obſ. V. & alii.

Sed ad ſeptimam, vel plerumque ad octavam coſtam, aut ad nonam, ut VESALIVS l. c. p. 461. & 462. cum ic. VALVERDVS L. VI. f. 7. p. 269. RIOLANVS p. 221. ad ſextam vero in icone LEONCENAE *Phil. Trans.* n. 280. f. VI. ramus princeps, perpetuus fere, ſiniſtrorſum migrat, ibique in *Hemiazygam* abit dextri lateris trunco ſimilem, quae quatuor vel quinque inferioribus intervallis ramos exhibet. EVSTACHIVS utique eum habet ad octavum intervallum ortum T. VIII. f. 1. 2. 3. & T. XXVI. LANCIS. l. c. Hic trunculus modo una radice oritur, modo duabus, coaleſcentibus, ex ſeptimo, octavo & nono etiam intervallo

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 143 sur 543

V V 1. 2. 3. Venae intercoſtales
X Diviſio Azygae.
Y Truncus dexter
Z Siniſter
ʌ Aſpera
Σ Bronchus dexter
a Vena bronchialis ſiniſtra 5)

b Trun-

vallo. De eo WINSLOWVS agit n. 50. An haec fuerit azygos ſiniſtra dextrae par DOMIN. PANAROLI *latralog.* III. *obſ.* 19?

Finis utriusque Azygae ita ſe habere mihi viſus eſt.

Sub ima coſta fere ſemper uterque truncus transverſo ramo in prima lumbali vertebra communicat, quod miror in iconibus excidiſſe EVSTACHIO, & reliquis anatomicis. Deinde utraque abdomine exit retro diaphragma, & ſiniſtra lumbali primae, ut EVSTACHIVS T. XXVI. aut ſecundae, ut EVSTACHIVS T. IV. F. 1. 3. aut, quod rarius eſt, tertiae, & cum lumbali vel Cavae, vel renali ſiniſtrae, vel ramo communicanti inter Cavam & Renalem, quale quid RIOLANVS deſcribit p. 222. aut, quod rarius, Cavae ut NICOLAI p. 94. & aliqui paſſim veterum, aut renali proxime ſpermaticam inſeritur, quod frequens eſt. Ita EVSTACHIVS l. c. f. 2. & p. 308. FALLOP. *obſ. anat.* p. 120. & *de venis obſ.* V. SPIGEL. L. V. C. 4. p. 167. C. BAVHIN. p. 208. D. de MARCHETT. p. 76. FR. MICHINVS de S. ANGELO apud MARCELLVM DONATVM *hiſt. mirab.* p. 210. MOLINETTVS *diſſ. anat. pathолog.* p. 240. IASOLINVS *de cordis adipe* p. m. 14. SALOMON ALBERTI edit. II. p. 71. ZOD. MED. GALL. I. p. 78. LEONCENA l. c. RAV. ap. VALENTIN p. 106. HEISTER l. c. & plerique anatomici viderunt. Spermaticae inſeri rarius eſt, habet tamen VIDVS T. XXV. ad c. & LANCISIVS l. c.

Dextra vero azygos Cavae venae trunco aut continuo inſeritur, & absque alio trunco medio, ut MOLINETTVS l. c. LEONCENA Ph. Tr. l. c. BAVH. p. 208. LANCISIVS, SPIGEL l. c. KVLMVS *anat.* Tab. p. 86. BRESL. 1718 febr. CASSEBOHM apud KIESWETTER *de calc. ſiniſtr. ren. freq.* p. 10. & plerique alii. Inveniſſe vero NICOLAVM SAMMICHELIVM NOSOCOMENSEM hanc arygae cum emulgente anaſtomoſin, ait H. FABRICIVS ab AQVAPENDENTE Chir. L. II. c. 22. p. 111. & *de omento* p. 104. 127. ex eo vero GVERN. ROLFINK *diſſ. anat.* p. 939. & T. BARTHOLINVS p. 637. De eo vero viro vix quidquam praeterea innotuit. Alias in lumbalem primam, deinde in Cavam ſe inmittit, uti habet C. BAVH. p. 208. SPIGEL l. c. aut in ſecundam ut FALLOPIVS p. 121. quod ex tertiae vertebrae nomine auguror, & EVSTACHIVS p. 308. aut in tertiam ſi VIDO fides T. XXV. in renalem inſeri LAVRENTIVS p. 231. f. 2. MOLINETTVS, ROLFINK l. c. BARTHOLINVS p. 637. VERDIER II. p. 370. quod rarum ait eſſe, & vere omnino FALLOPIVS p. 121. & negat ſe vidiſſe EVSTACHIVS p. 308. Cum aliquo ramo Cavae aut emulgentis communicare magis generaliter SAL. ALBERTI. Lumbalibus & quandoque emulgentibus inſeri VERHEYEN p. 376. & DIEMERBROECK l. c.

Vidi etiam Azygam dextram fiſſam fuiſſe ad coſtam undecimam, & ramum minorem in intercoſtali undecima finem feciſſe ſui, majorem vero cum duodecima & prima lumbali conjunctum in cavam iviſſe, neque hoc rarum eſt.

Aliam varietatem EVSTACHIVS habet T. XXVI. ubi & cum lumbali prima & cum Cava conjunctam pingit.

Habet etiam varias fabricas WINSLOW. III. *tr. des veines* n. 42. FALLOPIVS p. 120. BOVDON II. p. 260.

Cum cruralibus communicaſſe PLATERVS p. 113. cum Iliacis in hyſtrice viderunt PARISINI in homine MVRALTVS, *vademec. anat.* 365. et nuper Cl. SCHMIEDLINVS *de vaſor varietatibus.* Inoſculationem vero venae ſine pare cum vena renali negare ut VESALIVS *Exerc. Fallop.* p. 85. aut adſerere, nullum azygae cum Cava commercium fuiſſe, ut RIOLANVS *Anthropol.* p. 221. bis terve ſe ait vidiſſe, aut rarum id eſſe ut NICOLAI p. 95. ea omnia ab anatome recedunt nunquam enim vidi aut dextram, aut ſiniſtram azygam absque conjunctione cum vaſis in Cavam venam inſertis fuiſſe.

5) Sive *intercoſtalem* dicere malis *ſuperiorem ſiniſtram*, ut WINSLOWVS n. 66. ſeqq. cujus perbrevis eſt deſcriptio, & alii, perpetua vena eſt, et ab EVSTACHIO picta fuit T. II. f. 3. & egregie deſcripta *de ven. ſ. par.* 381. Duas vel tres facit D. de

MAR-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 144 sur 543

b Truncus trans aortam in intercoſtalia ſpatia inſertus
c Rami ad oeſophagum
d Ad aſperam arteriam
e Iterum ad oeſophagum
f Ad eundem
g In tunicas aortae
h Arteria pericardiaca poſterior & ſuperior a ſubclavia ſiniſtra orta ad oeſophagum & aſperam 6)
i Eadem

MARCHETT p. 76. Primus autem plene, cumque ramis bronchialibus deſcripſit ILL. WALTHERVS in Progr. a. 1731. edito, cum nomine *diaphragmaticae*. Ea ergo vena a trunco ſubclavio ejus lateris deſcendit, & trans arteriam pulmonalem extrorſum retrorſum ſe confert, communicans nonnunquam ramo transverſo cum thyreoidea inferiori, donec truncum Aortae contingat, per quem, ſub ortu magnorum ramorum, meat transverſa, & ubi vertebras adtigit, intervallo ſupremo, duobus, ut LEONCENA, tribus, quatuor, etiam ſex omnino & ſeptem, & octo denique, & decem, intercoſtales dat, duas quidem fere ſurſum euntes, reliquas deſcendentes, donec omnino inferius vel in medium ramum venae ſine Pari, quando ipſa minor eſt, (ut apud EVSTACHIVM T. IV. f. 3.) vel in majorem inferiorem inſeratur, ubi major. Superius vero vel omnia intervalla replet, vel, quod multo rarius, in intercoſtalem peculiarem ſuperiorem ex ſubclavia exterius ortam, dextrae ſimilem, inoſculatur, quae tamen rariſſime adeſt. Deſcribit EVSTACHIVS l. c. p. 300. & inſeri ad ſextam, nonam, undecimam demum coſtam confirmat.

Ramos autem edit minores, primo thymicam plerumque, deinde comitem Phrenici nervi, vel duas nonnunquam comites, quae, prouti ad priorem iconem dictum eſt, pleurae, pericardio, truncis arteriarum magnarum, thymo, mediaſtino, ſepto transverſo ramos exhibet. Eam habet EVSTACHIVS p. 300. & WALTHER l. c. Hae ſunt mediaſtinae ab azyga VALVERDI p. 269. & aliorum l. c. Porro parvos ramos edit ad glandulas bronchiales incumbentes arteriae pulmonali, ad ſuperficiem pulmonis, ductum arterioſum, pericardii vicinam partem ſupremam. Deinde *bronchialem venam* inter Aortam, & pulmonum ſiniſtram arteriam, profunde adrepentem, edit. Ea bronchialis plerumque non ſimplex eſt, & cum intercoſtali ramo in ipſa Aorta rete facit, neque raro plures ex eo rete bronchiales ſiniſtrum pulmonem adeunt, ut duae ſint venae bronchiales, una ſocia arteriae pulmonalis, altera inferior, ſub ductu arterioſo, retro arteriam pulmonalem. Ita duplicem eſſe plerumque obſervat Cl. LIEVTAVD. Ab eadem porro vena bronchiali plerumque unus pluresque rami Oeſophagum adeunt. Surſum autem in broncho cum ramis thyreoideae inferioris, qui cum broncho adveniunt, communicat.

Hae videntur illae venae bronchiales, quas ex intercoſtalibus prodiiſſe vidit ILL. HEISTERVS not. 42. ad *Comp. anat.* Unam habet WINSLOW n. 68. & *Tr. de la poitrine* n. 424. Habet etiam WALTHERVS, KVLMVS p. 86. TABARRANI *obſerv. anat.* n. 39. FERREIN in diſſ. LIEVTAVD p. 222. Diſertius vero dextram quidem bronchialem venam ab azyga, ſiniſtram ad Cavam pertinere monet Cl. ROSEEN in anatome ſuecica lingua edita, ob multas vero rariores obſervationes commendabili p. 191.

Varietates dixi, vena ipſa eſt perpetua, ſemel tamen ex thyreoidea inferiori, non ex ſubclavia, vidi prodiiſſe.

Deinde ſemel vidi ex ſinu pulmonali ex radice venae pulmonalis dextrae ſuperioris, & ſemel ex Vena Pulmonali ipſa, ramum exiviſſe ad glandulas bronchiales, & pulmonis ſubſtantiam, non magnam. Hujusmodi fuerunt illae anomalae venae WINSLOWO dictae, & citatae in mea de *vaſis bronchialibus & oeſophageis diſſ.* not. y.

6) Sive Bronchialia haec vaſcula malis vocare, ſive *Pericardiacas poſteriores & ſuperiores*, perinde eſt, etſi poſterior appellatio minorem confuſionis metum habet. Ea deſcripſi ad Boerh. III. n. CCCVIII. not. a. & *ic. art. Thyreoid. inf.* I. not. *m*, eaque intelligere videtur Cl. HEBENSTREIT *de arter. & venar. confin.* p. VII.

Hujusmodi arteriolae, perpetuae, veniunt in poſteriorem ſuperiorem partem pericardii, truncum arteriae pulmonalis utrumque, glandulas incumbentes huic trunco, aſperae arteriae ramos, vicinos huic ipſi arteriae Aortae vicinae, & ductus arterioſi membranas, denique in oeſophagum.

Ori-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 145 sur 543

i Eadem a ſubclavia dextra ad truncum aortae & aſperam arteriam.

k Arteria bronchoeſophagea ex Aorta

⊙ Arteria & vena oeſophagea a bronchiali dextra

l Arteria bronchialis dextra 7)

m In-

Oritur vero haec arteria in dextro latere a mammaria non raro, (Tab. vas. anter. pect.) alias a trunco communi ſubclaviae & carotidis dextrae, vel a trunco ſubclaviae dextrae, qualem a ſubclavia ad oeſophagum videtur reperiſſe. Cl. HEBENSTREIT l. c. vel a trunco intercoſtalis ſuperioris, quem dat ſubclavia, etiam oeſophago datura, vel a thyreoidea, vel a trunco ipſo Aortae ſub magnis ramis, vel quod rariſſimum, prius quam eos ramos edat, continuo ſuper adhaeſionem pericardii. Dextra ergo arteria Pericardiaca poſterior ſuperior conflexa circa Cavam venam, truncumve ſubclaviae dextrae ad poſteriora, & ad illud intervallum, quod inter arcum aortae & bronchos eſt, deſcendit, ibique cum verae bronchialis arteriae ramis non raro coaleſcit.

Siniſtra plerumque a trunco ſubclaviae exit, antequam det vertebralem, vel ultra eam, & ultra nonnunquam mammariam, vel a mammaria ſiniſtra, vel ab ipſo aortae trunco poſt datos magnos ramos, ubi ductus arterioſus naſcitur, vel ab intercoſtali ſuperiori Aortica, aut ſola, aut & ab ipſa, & a proxime inferiori intercoſtali. Eſt ubi ad vertebras pervenit, & inoſculata eſt intercoſtali primae inter Aorticas. Eſt ubi haec arteria thymicam phrenici nervi comitem, & pericardiacas aliquas generavit. Eſt denique, ubi potuit pro bronchiali vera haberi, etſi a ſubclavia oriretur, cum non ſuperficiem ſolam bronchi extra pulmonem, ſed in ipſo pulmone bronchum comitaretur. Abit autem ad pulmonalem arteriam, bronchum ſiniſtri lateris, arterioſum ductum, aortae tunicas, glandulas bronchiales, pleuram retro pericardium poſitam, pericardium.

Venae Pericardiacae poſteriores ſuperiores oriuntur a ſubclavia ſiniſtra, & a Bronchiali ſiniſtra, a dextra vero mammaria, ſimiles facturae ramos inter arcum aortae & aſperam, ad glandulas bronchiales, oeſophagum. Alias a vena Cava ipſa, ex diviſione, retro cavam, deſcendens venula hanc omnem, inter aortae arcum & bronchum ſedem, & oeſophagum adiit, quae forte eſt bronchialis illa vena, quam ex Cava oriri aliqui, quos proxime citabo, anatomici dixerunt.

7) Arterias bronchiales in univerſum, veteribus omnibus, inde ab ERASISTRATO fuiſſe notiſſimas, alibi oſtendi. GALENVS ergo *de loc. adfect.* L. V. cap. 3. conferendo cum *arter. & venar. diſſect.* c. IX. & Arabes, ut RHAZES ad ALMANZOREM c. VI. & AVICENNA oper. edit. Venet. 1555. p. 18. & FERNELIVS (*part. corp. deſcr.* c. XII. p. 41.) arteriam ab Aorta ad Pulmones euntem deſcripſerunt. COLVMBVS primus negavit, arteriam pulmoni offerri propriam p. 185. quae fortae inter cauſas fuit neglectus, quam in poſterioribus anatomicis videmus. DOMINICVS tamen a MARCHETTIS cultro potius, quam ex libris eam arteriam detexiſſe videtur, ante RVYSCHIVM (*anatom.* p. 81. *ed. Pat.*) RVYSCHIVS tamen utique renovavit *obſ. anat. poſt. tr. de Valv. lymph. XV.* & *intrepide adfirmavit*, nemini fuiſſe notam. Ab eo tempore MVRALTVS, BLASIVS in *Miſcell. anat.* p. 191. KEILIVS, COWPERVS, & reliqui eam receperunt anatomicorum. Ut ordine hiſtoriam iſtam tradamus, tenendum eſt, arterias Bronchiales eſſe dextras, ſiniſtras, communes, & vel omnes in uno ſubjecto vel aliquas adeſſe. A communi initium faciam.

Valde frequens eſt utrumque pulmonem habere ab eodem trunco arterioſo ramos ſuos, quod veteribus contigiſſe videtur, nam ex aorta provenientem & unam, fere communi conſenſu deſcribunt. Eam etiam vidit inter varietates WINSLOW (*tr. des arter.* n. 109. & L. IV. n. 128. ubi eaedem voces repetuntur). Ita in ove viderunt AMSTELODAMENSES apud BLASIVM *anatom. anim.* p. 99. Hujusmodi etiam eſt arteria, quam BOVRDON deſcripſit p. 373. & pinxit T. IV. f. 23. & quam ex vitulo RVYSCHIVS delineavit l. c. VERHEYENIVS vero Tr. III. c. 12. p. m. 195. pro raro caſu. Ita etiam deſcribit LIEVTAVD p. 487. ROSEEN p. 190. FERREIN in diſſ. *an fluida tempor. exſpir.* CASSEBOHM apud GLASS. *de circ. ſang.* p. 59. & alii, communem utrique pulmoni arteriam dixerunt. Id quoties factum eſt, fere ſemper ea oritur communi trunco cum intercoſtali aortica prima lateris dextri, ita tamen, ut major ramus bronchialis ſit, & pulmones adeat, minor ad ſpatium intercoſtale tendat. Solet ea ante oeſophagum, & ſaepe ante dextrum bronchum ire, unde nomen *Bronchiale anterieure* WINSLOWI n. 110. & in homine anteriorem partem bronchi ſaepe perreptare etiam RVYSCHIVS vidit l. c. Caeterum quartae, vel quintae, & nonnunquam ſextae coſtae altitudini reſpondet. Inter eum ergo bronchum & arteriam pulmonalem dextram, ad eum pulmonem tendit trunco majori, ad ſiniſtrum vero pulmonem, paulo poſtquam orta eſt, ramum edit.

A dextro ramo oeſophagus habere ſolet, & utraque bronchialis non uno ſed duobus, tribus,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 146 sur 543

m Intercoſtalis ſuperior [8] inde orta, ad intervallum ſecundum tendens.

n n Bronchiales ad pulmonem euntes.

o Pars bronchialis ſiniſtrae adparens. [9]

p p p p Intercoſtales arteriae.

q Tres

quatuor truncis circa bronchium ſuum advenire. Semel vidi ex ſubclavia dextra ſub mammaria ortam fuiſſe. Tredecies caeterum eam reperi ex aorta pronatam. Bis communes duas vidi, quarum utraque in uno corpore ex aorta, in altero una ex aorta altera ex intercoſtali venit. Hi caſus fuerunt inter viginti quinque corpora.

Dextra vero *Bronchialis* pene aeque frequens reperitur. Decies inveni in eodem numero, abſque communi, ex intercoſtali ſuprema ortam ſolam, ſemel cum communi, ſeorſum ex Aorta ortam, ſemel a mammaria provenientem. Plerumque nihil a communi differt, niſi quod pulmoni ſiniſtro ramum nullum mittat. Oritur ergo eodem loco, nempe communi cum intercoſtali trunculo, dat oeſophago, & aſperae arteriae ramis & ante retroque bronchum ſerpentino ductu ſuum pulmonem adit. Dat etiam pleurae & pericardii parti ſuperiori, ſinui pulmonali, ſuperficiei pulmonis, glandulis bronchialibus. Eadem in vertebris ludens & in broncho, cum intercoſtali ſuprema & cum thyreoidea inoſculatur. Habet autem bronchialem ab intercoſtali RVYSCH. *Theſ.* VI. n. 14. Ep. VI. f. 2. COWPER l. c. WINSLOW n. 109. LIEVTAVD p. 221. CHESELDEN p. 188. GARENGEOT *ſplanchnol.* II. p. 160. 169. SYLVA *traitè de la ſaign. II.* p. 188. & frequentem eſſe monuit SALZMAN apud H. A. NICOLAI *de direct. vaſorum* p. 62. & BOVDON l. c. & VERHEYEN l. c. p. 195. Ab *intercoſtali ſuperiori*, ex ſubclavia orta quod rarum eſt, RVYSCHIVS vidit *Epiſt.* VI. fig. 3. a ſecunda dextra intercoſtali FERREIN diſſ. *an pulmo in fluida agat. temp. exſpir.* A tertia intercoſtali inter aorticas RVYSCH l. c. quod credo eſſe rariſſimum. Mihi ſemper ex prima provenit.

Praeter hanc dextram arteriam non penitus absque exemplo eſt, aliam inferius ab ortae trunco cum broncho dextro ad pulmonem & oeſophagum veniſſe.

8) Quando vero de intercoſtali ſuprema Aortica dicimus, addendum eſt, eam intercoſtalem plerumque quartum intervallum adire non ſextum ut LIEVTAVD p. 486. indeque ſurſum eunte ramo tertiam etiam, & nonnunquam ſecundam generare intercoſtalem. Conf. BOERH. COMM. III. p. 16. Superior autem illa intercoſtalis ex ſubclavia orta, mihi perpetua viſa eſt. Ea ad unum quidem intervallum ſatis frequenter, in aeque fere copioſis corporibus ad duo intervalla, ad tertium paulo rarius ramum intercoſtalem mittit & cum ſuprema aorticarum nunquam non communicat.

Adeſſe omnino aliquam hujusmodi arteriam negavit RIOLANVS in Laurentium p. 641. in BARTHOLINVM p. 776. & GARENGEOTVS in *ſplanchnologia* & ſimile quid aliquoties contigiſſe VERDIER II. p. 343. Sed recte reſtituit HEISTERVS p. 175. neque ego unquam abfuiſſe vidi. Ad duo intervalla vidit euntem et WALTHERVS *vaſ. vertebr.* p. 3. et VALVERDVS p. 286. & VIDVS p. 136. Ad tria VESALIVS L. III. c. 12. p. 486. & olim SYLVIVS p. 386. & RYFF. ic. p. 25. Ad quartum usque SPIGELIVS L. VI. c. 2. p. 189. c. BAVHINVS p. 248. PLATERVS p. 216. 219. HABICOT. D. VII. L. 13. BARTHOLINVS p. 652. VESLING. l. c. DIONIS p. 493. LIEVTAVD p. 486. & veteres in universum. Sed id valde rarum eſt.

9) Arteria *Bronchialis ſiniſtra*, qualis ab communi oritur, ſupra dicta eſt. Alias autem eodem fere loco ſed ab ipſo Aortae trunco, prodit ſiniſtra in univerſum ejusdem indolis, & pariter transverſa, oeſophago datura & bronchialibus glandulis, pleurae, pericardio, ſinui pulmonali, WINSLOW n. 112. pulmonis ſuperficiei, & cum communi bronchiali & cum coronariis cordis communicatura.

Frequens autem eſt, ut praeter eam ſiniſtram, quam tunc oportet *ſuperiorem* vocare, ſive ex communi trunco fuerit, ſive ſolitaria, alia inferior ex Aorta proveniat, ex ſede ſecundae, vel tertiae, vel quartae intercoſtalis aorticae. Ea ſocia venae pulmonalis ſuperioris ſiniſtrae prodit, atque Oeſophago, glandulis bronchialibus venae pulmonali inſidentibus, pleurae, pericardio, mediaſtino, quod infra aſperam arteriam incipit, ramos exhibet. Inoſculari cum ſuperiori ſolet. Ita frequenter reperio ſecundam iſtam bronchialem ſiniſtram, ut rarius abſit. Reperi nempe ſiniſtram cum communi in eodem ſubjecto ter cum dextra quater, duas ſiniſtras cum dextra iterum quater, cum dextra a mammaria ſemel, nullam praeter communem, communesve duas, decies. Semel dextras duas, quarum ſuperior ab intercoſtali erat, & ſiniſtras duas aorticas. In reliquis obſervationibus, quae veruſtiores ſunt, neglexi inquirere, an praeter communem adeſſet aliqua; In univerſum, uti arteria pulmonalis, & pulmo

ipſe

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 147 sur 543

q Tres Oeſophagae parvae ex Aorta. 10)

r Oeſophagea arteria.

s Vena ab azyga ad Aortam.

t Vena

ipſe dexter, ita etiam arteria hujus lateris major eſt ſiniſtra. Caeterum ex aorta bronchialem deduxit ERASISTRATVS, GALENVS, & veteres omnes, inter recentiores vero SCHRADER *obſ. anat. med. Dec.* I. n. 6. 7. MVRALTVS l. c. p. 258. LAMY *diſcours anat.* p. 129. NICHOLLS *Praelect.* XVII. p. 29. BOVRDON, ſed iſte cum rariſſima fabrica ortae continuo ex trunco aortae bronchialis. RVYSCHIVS ex aorta prodeuntem bronchialem inter rariora refert. *Ep.* cit. p. 10. *Theſ.* IX. n. 63. Certius autem huc, ad ſiniſtram aorticam, refero eam, quam MOLINETTVS ex ſiniſtro latere aortae prodire vidit p. 211. & quam NICOLAI pro rariori caſu, & WINSLOW n. 110. & SYLVA II. p. 188. habent: tum quam ex aorta venientem vidit COWPERVS l. c. pinxitque l. c. & VERHEYEN p. 195. & certius adhuc eſt, quam tertio loco WALTHERVS deſcripſit *de nerv. inter.* Prog. II. fin. Noſtris etiam ſimilia habet LIEVTAVD inter varietates p. 221. cum ſaepe duplicem eſſe bronchialem, & unam ab intercoſtali provenire ajat, tum FERREIN ex eadem ratione, & BOVDON p. 245. Siniſtram etiam ii omnes viderunt, qui plures aorticas bronchialis dixerunt, ut KVLMVS p. 82. D. de MARCHETTIS l. c. TABARRANI *obſ. anat.* n. 39. qui duplicem, imo triplicem ſe vidiſſe dicit, non explicata origine. Unam vero duasve ſe vidiſſe perhibent VERDIER II. p. 244. & DEIDIER *anat. raiſonn.* p. 333. Ut denique noſtras obſervationes colligam, has duas fabricas in plerisque corporibus obtinere invenio, ut vel communis ex intercoſtali adſit cum ſiniſtra aortica ſuperaddita, vel dextra, ex intercoſtali orta cum ſiniſtra una vel duabus. Caeterum bronchialis arteria ſive dextra ſive ſiniſtra, in pulmonem cum broncho demerſa in tot ramos finditur, quot ipſius ſunt bronchi, qui valde flexuoſo ductu eos ramos ſequuntur, non ſinguli, ſed in uno ramo bini ternive. Flexuoſum hoc iter recte obſervat BLASIVS *Anat. anim.* l. c. non bene vero omittunt in iconibus RVYSCHIVS & WILLIS *Pharm. ration.* J. 2. H. quam fictitiam eſſe ſuſpicor, & quam clamculum imitatur VERHEYEN T. XXIII. f. 2. Cum arteria pulmonali evidentiſſimis & magnis anaſtomoſibus bronchiales communicant, quas vidit etiam RVYSCHIVS *Epiſt.* VI. & *muſ. rarior.* p. 162. & Cl. PETSCHE n. 43. & COWPERVS ad BIDLOO T. XXIV. f. 1. & T. *append.* III. & SYLVA *tr. des ſaignées* II. p. 183. Hae anaſtomoſes fiunt tum a ramis ab arteria Pulmonali bronchum conſcendentibus, tum aliis a Bronchiali, de broncho deſcendentibus, & in pulmonis ſubſtantiam delatis. Solam vero aſperam arteriam alere, neque ad pulmonem aliquid facere, ex aliqua forte invidia KERKRINGIVS ſcripſit *obſerv.* 99. Melius LOQVETVS *de arteria hepat.* etiam ad membranas, quae lobulos tegunt, & ad membranas arteriarum venarumque pulmonalium ramulos exhibere ſcripſit. Penetrare nempe in bronchi membranas vere cum KERKRINGIO credit Cl. LIEVTAVD p. 222. Sed, ut hoc verum eſt, ita a pulmone eam arteriam non oportet excludere.

10) Arteriam oeſophageam unicam RVYSCHIVS deſcripſit, qualem nunquam reperi, neque redertam eſſe credo. Sed neque duae aut tres ſufficiunt, ut WINSLOW habet n. 114. Parvulae enim cum ſint, longae eſſe non poſſunt. Absque exemplo eſt arteriam, quae ſit ea diametro, ut aegre ſcalpello praeparetur, progredi ultra unciam. Nimis retardatur ſanguis in ea anguſtia, &, ſi longitudo itineris accederet, ſtagnaret utique.

Ergo primae inter oeſophageas thoracicas ſunt, quas thyreoideae edunt (*art. thyreod. inf.* & HEBENSTREIT *de conſin. vaſor.*)

Sequuntur eae, quas Arteriae Pericardiacae poſteriores ſuperiores producunt (not. 6.) & quae ſuper aſperam arteriam ponuntur. Rariores paulo ſunt, quas ſuperior intercoſtalis a ſubclavia orta nonnunquam producit, qualis eſt RVYSCHIANA *Epiſt.* VI. f. III. Tunc arteriae oeſophageae a bronchialibus arteriis utriusque lateris proficiſcuntur, una duaeve a ſingulis. Unam ita & a bronchiali ortam facit RVYSCHIVS *obſ. anat. poſt Tr. de Lymph.* Unam etiam vidit WALTHERVS *nerv. inter.* II. ſurculos vero aliquot VERHEYEN p. 195. Inuertit nomen WINSLOWVS, atque ab oeſophagea bronchialem dextram nonnunquam prodire dixit, n. 109. & repetit LIEVTAVD p. 221. Sed rami ad oeſophagum euntes pulmonali trunco ſemper multo minores ſunt. His congeneres ſunt & ſubſtitutae nonnunquam, quas intercoſtalis inter aorticas ſuprema mittit, aut alia aliqua (HEBENSTREIT de *conſin. vaſor.*) aut Aorta, vicinae & intermiſtae bronchialibus.

Reliquae Oeſophageae, infra bronchiales, ſunt aorticae. Earum ſex ſeptemve ſunt, paulo pauciores intercoſtalibus. Unicam oeſophageam aorticam habet DRAKE l. c. 30. & WALTHER *nerv. interc.* II. duas tresve rectius HEISTERVS not. 67. LIEVTAVD p. 487. BOVDON 11. p. 245. aliquot HEBEN-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 148 sur 543

t Vena bronchialis dextra ab azyga. 11)

u Aliae duae parvae oeſophageae.

x Ramuli arteriae *r*.

y z Oeſophagea major arteria.

1 Arteria

HEBENSTREIT, KVLMVS p. 82. Obſervo id in magna inconſtantia, conſtantius eſſe, ut duae tresve ſuperiores merae oeſophageae ſint, & parvae, inferiores duae, tres, vel quatuor longiores & majores, & praeter Oeſophagum mediaſtino, pleurae, pericardio poſteriori, pulmonis ſuperficiei, proſpiciant. Hujusmodi arteriae ad ſeptimum intervallum, octavum, nonum, decimum oriuntur, tres, vel quatuor, quarum imae & ſeptum attingunt adeuntque, & cum oeſophago in abdomen perveniunt, atque ibi phrenicis inferioribus, & coronariis inoſculantur.

11.) Non magnam varietatem in hac vena vidi. Oritur longe plerumque ex Vena ſine pare paulo prius, quam vertebras adtingit, in ipſo flexu. Dat continuo oeſophago vicino, & ad quartam coſtam cum broncho pulmonem adit.

Vidi duplicem fuiſſe ex Azyga, ut WINSLOW n. 43. & VERDIER II. p. 370. Vidi duas, unam hoc loco ortam, alteram inter quintam ſextamve coſtam, ex eadem vena, rete feciſſe in aorta, & cum bronchiali arteria inferiori pulmonem adiiſſe.

Habet eam bronchialem, ex azyga ortam RAVIVS apud VALENTINVM p. 106. cui vtique primam dextrae bronchialis veram deſcriptionem debemus, & recte hactenus laudem inventae hujus venae Ravio tribuit BOERHAAVE *Meth. ſtud. med.* p. 336. Eam originem habet etiam CHESELDEN *Anat. of hum. bod.* edit. VI. p. 193. NICHOLLS l. c. LIEVTAVD p. 504. KVLMVS Tab. p. 86. In *Compend.* etiam *Anat. Ruſſ.* Petrop. impreſſo T. XVI. f. 2. 6. pingitur. Haec ſunt multa illa vaſa ab azyga & a Cava ad aſperam euntia LANCISII *de vena ſine P.* p. 87. 90.

Nullam vero eſſe venam bronchialem, ut RVYSCHIVS ſcripſit Epiſt. VI. & I. W. PAVLI ad I. van HORNE p. 107. neque vidi, neque credo. Neque a ſubclavia dextra proveniſſe vidi ut TABARRANVS l. c. & COWPERVS habet ad T. XXIV. BIDLOI f. 1. A cava vero oriri rarum eſt. Ita vetuſtiores ſolent deſcribere, ſiquidem ea vena eſt Pneumonica, quam legimus, non longe ſuper ſeptum transverſum ex vena Cava ortam, & ab eodem illo inventore anaſtomoſeos venae ſine pare cum emulgente NICOLAO SAMMICHELIO Novocomenſi, inventam fuiſſe apud COSTAEVM & MONGINVM, ab ipſo etiam H. FABRICIO ab AQVAPENDENTE demonſtratam apud ROLFINKIVM l. c. p. 963. a BARTHOLINO etiam citatam p. 637. & ab ISBRANDO de DIEMERBROECK L. VII. c. 3. MVRALTO p. m. 450. BOVRDON p. 346. & f. 23. ad imaginationem expreſſam, & KEILIO dictam *abridgm.* p. 351. WILLISIO *in Pharmac. ration.* II. p. 5. DIONISIO, PALFINIO & aliis. Facile vero credo vera vidiſſe nuperiores, ut VERDIER II. p. 244. BOVRDON, GORTERVM *Chirurg. reform.* p. 151. Denique recte ii ſcripſerunt, quos inter eſt ILL. ARCHIATER ROSEEN, qui dextram bronchialem ex vena ſine pari, ſiniſtram ex Cava (nempe intercoſtali quae in Cavam per ſubclaviam ſe exonerat) oriri ſcripſerunt (*Anat. ſuec.* p. 191.).

12) *Oeſophageae venae* numeroſae ſunt, perinde uti arteriae. Earum ſupremae thoracicae, oriuntur a thyreoidea inferiori vena (in icone Art. thor. anter.) a vertebrali ſiniſtra, a mammaria dextra, aut a Cava, continuo ubi pericardio egreſſa eſt. Deinde a vena ſine pare venae aliquae in dextro latere, ex ipſo arcu ortae, continuo Oeſophagum adeunt (not. 11.).

A bronchiali ſiniſtra perpetuo aliquae ad oeſophagum veniunt. Inferiores vero ſub quinta coſta, ſunt ab Azyga, & ab Hemiazyga, totidem fere numero, quot arteriae intercoſtales, quibus ſocie adcedunt. Eae, quas dat Azyga, per mediaſtinum ad oeſophagum, pericardium, pulmonis ſuperficiem, & Aortae tunicas veniunt, in quibus communicant cum Hemiazygae ramis. Quae inferiores, eae etiam majores ſunt, tres fere, quarum duae imae in ſeptum transverſum veniunt. Quas vero dat Hemiazyga ſiniſtra, eae majores fere ſunt, eaeque ad Oeſophagum, mediaſtinum, aortae ſuperficiem eunt, & rete faciunt cum ramis dextris, incerto numero, ſed quem non vidi infra quinque eſſe, inde vario numero ad quatuordecim majusculos ramos in ſex inferioribus intervallis coſtarum adſcendiſſe. Ultimae per diaphragma euntes communicant cum Phrenicae inferioris ramo oeſophageo, & cum venis Coronariis ad portas pertinentibus.

Caeterum

1 Arteria oesophagea.

2 Vena Oesophagea alia.[12])

3 Tertia.

4 Quarta.

Caeterum mediastinas venas aliquas ab azyga jam VESALIVS habet L. III. c. 7. oesophageas vero ab eadem, nescio an ex aliquo antiquiore, sed certe habent ANDREAS LAVRENTIVS p. 126. edit. Paris. & c. BAVHINVS in *theatr.* p. 208. Deinde post longum intervallum WELSCH *Tab. Anat.* XXXI. RVYSCH Thes. VII. n. 23. LIEVTAVD p. 504. BOVRDON, WINSLOW n. 50. An istae fuerint, quas a mediastinis & intercostalibus ad pulmones venire RAVIVS scripsit l. c.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 150 sur 543

FIGVRA II.

Aorta ad dextrum latus reclinata, ut ſiniſtra vaſa melius adpareant.

A B C D E F G H I K L M N O P Q S T V.

Υ Λ a b c d h i m o p p z

1 2 3 4 ut in priori icone

5 Venae bronchialis rami, qui nervum diaphragmaticum comitantur & ad pericardium dant.

Ψ Arteria pulmonalis ſiniſtra.

Φ Bronchus ſiniſter.

Ξ Ramus alter arteriae i ad arcum aortae & pericardium.

Σ Ramus venae bronchialis ad arteriam pulmonalem.

Ω Ad oeſophagum.

6 Vena Bronchialis ſiniſtra.

7. 8. 9 Arteriae bronchialis ſiniſtrae rami ad aſperam arteriam & Oeſophagum.

10 Arteria Bronchialis ſiniſtra inferior.

11 Vena comes.

13 Oeſophagea arteria parva.

14 Alia.

15 Alia.

16 Alia.

17. 18. 19. 20 Venae inferiores mediaſtinae a hemiazyga ortae, & ad ſeptum transverſum etiam euntes.

TAB V-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 151 sur 543

ARTERIARVM MESENTERICARVM.

LECTORI S.

ALBERTUS HALLER.

Poteram forte, niſi plenam dare vellem hiſtoriam arteriarum, labore hujus tabulae ſuperſedisſe cum pleniſſimam dederit EVSTACHIVS *in duabus figuris, quae ſunt II. & IV. T. XXVII. Verum nolui deſcriptionem absque icone dare, quae fuiſſet obſcurior. Deinde eximius vir* EVSTACHIVS *vaſorum ſceleton dedit, a carnibus vicinis & a viſceribus undique ſolutum. Ego vero omnia vaſa in naturali nexu pingere malui, neque vaſorum meſentericorum hujusmodi figura exſtat hactenus. Neque facile eſt in Euſtachii iconibus coli vaſa & tenuium diſtinguere.* CASSERII *quoque tabulae I. L. V. & VII. Libr. VII. in quibus hujusmodi aliquid molitur vir perinduſtrius, ſunt vitioſiſſimae. Figura caeterum ex infante ſumta eſt, & picta Novembri M.* 1745.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 152 sur 543

A B C Meſocolon Medium integrum, ſurſum reclinatum, ut ejus radix adpareat. [1]

A Sedes hepati reſpondens &

B Ventriculo &

C D Lieni.

D Pars dextra meſocoli &

E Pars ſiniſtri meſocoli inter lienem renemque, quae anguſtiſſimae. [2]

F F Flexus Iliacus ſiniſter 3 Meſocoli peramplus, membranis inter vaſorum truncos maxima ex parte deletis, ut viſcera, quae contegit, poſſint conſpici.

G Pars ejus, quae ad rectum inteſtinum deſcendit.

H Ilei inteſtini pars.

I Meſenterii finis, qua cum Meſocolo dextro continuatur.

K K

1) Ut facilius intelligantur vetuſtiorum ſcriptorum deſcriptiones, meminiſſe oportet, ab ipſo primum GALENO meſocolon transverſum omento accenſeri, VESALIO vero idem Meſocolon perpetuo nomine lamine humilioris vel poſterioris Omenti deſcribi (*Tab. Oment.* I. not. *k*). Excuſabilem reddit errorem ſumma analogia Meſocoli & Omenti. Inflatum enim Meſocolon in ſimiles omnino roſulas turget, & appendiculae inprimis, quod jam apud WINSLOWVM exſtat, flatu recepto turgent Omenti ſimillimae. Eo experimento vero conſtat, Omenti cavitatem non eſſe cum Meſocoli cavitate continuam, ſed caeco ſacco in ea linea terminari, quae in *Tab. I. Omenti* litera L. notata eſt. Deinde Pancreas non contineri cavitate Meſocoli, ſed utramque laminam Meſocoli transverſi ſub Pancreate a peritonaeo oriri. Flatus nempe adactus in cavitatem meſocoli, eo toto, & continuo Meſenterio repleto, inter Pancreas & ejus membranam externam non diffunditur. Monere de hac re viſum eſt, quod contraria Viri magni docuerint, quae hoc uno experimento convinci poſſunt.

2) Ut omnino peritonaeum, nihil mutatum, inteſtina absque media ulla propagine amplectatur, nuda penitus, qua parte peritonaeo reſpondent. Vaſa etiam in ipſo inteſtino hic repunt, cum nulla adſit longitudo Meſocoli.

3) Ita vocari poteſt quod S. Romanum neque ſatis vere, neque erudite Galli vocant.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 153 sur 543

K K Meſenterii pars dextra inter vaſa maxima parte reſciſſa, ut ſubjectorum vaſorum viciniae adpareant.
L L Meſocolon dextrum eadem ratione tractatum.
M Caecum.
N Appendicula.
O Colon dextrum.
P Transverſum.
Q Siniſtrum.
R Flexus Iliacus ſiniſter Coli.
S Ren ſiniſter.
Θ Vaſa ſpermatica ejus lateris.
Λ Vaſa adipoſa ex iisdem.
R Aortae truncus.
S Iliaca arteria communis.
T Externa.
Φ Ultima cartilago lumborum.
Ψ Pelvis ſive os ſacrum.
V Interna iliaca arteria.
X Vena ſocia.
Y Arteria ſacra.
Z Inteſtini Jejuni pars prima, quae emergit ſub meſocolo transverſo.
a Duodeni pars transverſa inferior.
b Renis dextri pars.
c Pancreatis portio dextra ſive caput.
d Pancreatis pars transverſa retro Meſocolon transverſum latens.
e Venae portarum truncus.
f Vena coronaria ſiniſtra.
g Vena Meſenterica.

h Ve-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 154 sur 543

h Vena Gaſtro Colica. 4)
i Vena Colica dextra.
k Vena Ileocolica. 5)
l Vena Meſenterica in arcum flexa.
m Rami meſenterici reſecti.
n Haemorrhoidalis interna vena ſive Colica ſiniſtra.
o Ramus adſcendens.
p Deſcendens.
q Arteria meſenterica ſuperior. 6)

r Ar-

4) Communis nempe truncus venae Colicae mediae, dextrae, Ileocolicae, Gaſtroepiploicae dextrae, Pancreaticae.

5) *Caecalis* eſt RIOLANI *anthropogr.* L. II. p. 113. WINSLOWI, WALTHERI *de ven. Port.* p. VIII, & ſi recte intelligo, picta a BACCHETTONO T. XIX. ad f. 2. F. inferius.

6) *Arteria Meſenterica ſuperior* a IACOBO SYLVIO nomen accepit, antiquiſſimae cognitionis. Venae enim, quae a magna ad lactes dividuntur in ANONYMO LAVREMBERGIANO c. 13. ſunt haec ipſa Meſenterica. & ARISTOTELES diſertius eam arteriam deſcribit *de part. anim.* L. IV. c. 4. Arteriarum Abdominalium maxima eſt, Coeliaca notabili deſcrimine amplior. Unica eſt perpetuo & aeque diverſa a Coeliaca. GALENUS equidem dubitanter ita ſcripſit, ut poſſit videri communem utrique truncum eſſe *de arter. & venar. diſſect.* c. IX. & RIOLANVS veterem errorem ita renovavit, ut ſplenicam quidem ex aorta, coeliacae loco prodeuntem deſcriberet, ramos omnes reliquos, & coeliacae & meſentericae ſuperioris uni trunco adſcriberet *Anthrop.* L. II. c. 18. p. 115. & denuo p. 641. 691. &c. *Enchirid. Anatom.* L. II. c. 22. 27. & p. 144. ROLFINKIVS denique; conditor equidem Theatri Anatomici Jenenſis, caeterum in librorum lectione diligentior quam in diſſectionibus, utrumque errorem recepit & ſecutus eſt *diſſert. anat.* p. 1149. Nem inem tamen valde ſeduxit utriusque auctoritas, & facile fuit DOMINICO de MARCHETTIS *Compend. Anat.* c. IV. p. 22. evertere RIOLANI deſcriptionem, & Coeliacae truncum ſplenica quidem reſtituta ornare, a meſenterica vero ſejungere. Ipſe GALENUS, cujus deſcriptio ſeduxiſſe videtur RIOLANVM, eodem fere loco etiam diſtincto trunco utramque arteriam oriri vidit, & diſtinxit eas IACOBUS SYLVIVS *Iſagog. Anat.* L. II. p. 39. & VESALIVS L. III. c. 13. & COLVMBVS, & reliqui anatomici.

Ergo perpetuo inter appendices ſepti, ſub coeliaca, ſuper venam renalem ſiniſtram, magna arteria ex Aorta provenit, & deſcendit dextrorſum primo, ut Aorta tota ſit dexterior. In principio retro duodeni primam transverſam partem & Pancreas deſcendit (*Tab. Coeliacae II.* P. Q), deinde vero ante duodeni flexionem transverſam ſecundam (ibid). Ibi eam nunc quidem relinquemus. In eo itinere non eſt absque ramis, etſi minores ſint. Pluſculos equidem Pancreati ſurculos tribuit, quorum aliquis nonnunquam notabili eſt longitudine, & dextrorſum, atque ſiniſtrorſum per ejus glandulae marginem inferiorem excurrit. Is ramus parvas colicas dare, cum Pancreatico Duodenali vero Coeliaca, & cum Epiploicis, & denique cum ſplenicae pancreaticis ramis communicare viſus eſt. Dat etiam, prima inter Meſentericas, duodeno ſiniſtro, ſuper Meſocolon transverſum.

Deinde Duodeni parti, quam ſiniſterius ſibi accumbentem habet, ſuper Meſocolon, unum, duos, tres ramos dat ex ſuo ſiniſtro & poſteriori margine ortos, inter ſe parvis arcubus inoſculatos. Hos etiam WINSLOWVS vidit n. 202. 203. & LIEVTAVD *Eſſays anatom.* p. 492. KVLMVS p. 83. WALTHER *de ven. Portar.* p. 5. & alii nuperiores. Eorum aliquando primus generat ramum a parte ſuperiori Pancreatis deſcendentem, vel primus ſed transverſum, retro arteriam Meſentericam transverſim euntem, vel etiam alter (ut in *Tabula Coeliacae* II), aut truncus meſentericae arteriae, aut denique ramus Colicus Medius, arteriam, quae in parte pancreatis ima, dextrorſum adcumbente Arteriae Meſentericae, per ſuperiorem oram Duodeni transverſi H ſecundi, venit, inque duos ramos finditur. Eorum ramus ante Pancreas in arcum flexus inoſculatur arteriae Pancreatico Duodenali, (*Coeliac.* T. II.). Alter retro pancreas ad dexteriorem & poſteriorem partem duodeni repit,

&

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 155 sur 543

r Arteria *Colica media.*
s Ramus in medium meſocolon transverſale.
t Ejus ramus dexter cum Colica dextra concurrens.

u *Co-*

& contrà Duodeni partem deſcendentem adſcendit, atque inſeritur arteriae Duodenae primae ſub ductu bilario. Ita fere perpetuo ſe habet, conf. ad *tab. Coeliacae primam not. s* ad *ſecundam not. d.* Aliquando fabrica magis compoſita eſt, ut praeter eas duas, quas dixi, anaſtomoſes, ſecunda eſſet alterius rami Duodenalis ex Meſenterica inferius orti, cum coeliacae ramo anaſtomoſis.

Alias ramus a coronaria magna arteria, fere ex origine, deſcendit, & retro pancreas, deorſum ductus, huic Meſentericae cum Pancreatico Duodenalis arteriae anaſtomoſi inſeritur. Alias a Pancreatico Duodenali arteria alius, anterior ramus, ante venam Portarum transverſus it, & cum ramo pancreatico arteriae meſentericae inoſculatur.

Alias vidi hunc ramum communicantem maiorem fuiſſe illo, cum quo convenit, Coeliacae ramo, ut Gaſtroepiploica a Meſenterica potius, quam a Duodenali Coeliacae oriretur. Id etiam WINSLOWO contigit n. 186.

Hos ramos, dictos hactenus, ſitus ratio hic vetuit pingere. Habentur autem in icone Coeliacae T. II. & not. p. Caeterum Coeliacae aliquas cum Meſentericis Anaſtomoſes EVSTACHIVS expreſſit T. XXVII. f. 4. & alio modo *ibid.* f. 2. quae tamen cum meis obſervationibus vix poſſunt conciliari, niſi forte cum iis conpares, rarioribus, in quibus ex Colica media ea arteria Duodenalis prodit, quae cum Pancreatico Duodenali in arcum coit. Poſt EVSTACHIVM nemo habet aliquid ſimile, niſi WINSLOWVS n. 197. 201. qui aliquas utriusque arteriae Coeliacae & Meſentericae in duodeno anaſtomoſes eſſe docet, anteriorem vero & poſteriorem arcum non diſtinguit.

Praeterea ſupra Meſocolon, imo ſuper Pancreas, & ſuper venam ſplenicam, prima inter ramos Meſentericae prodit illa a Meſenterica Hepatica dextra, quam ſepties in triginta experimentis nunc vidi, dudum a variis (art. Coeliac. l. not. *o.*) & a WILLISIO cum COLLINSIO viſa (*Syſtem. of anat.* p. 430.) ſed omnium primum a GALENO, qui interdum diviſam invenit a Meſenterica Coeliacam, & illam inferiorem meſenterium & hepar adiiſſe l. c. Haec ergo Hepatica ſurſum retro duodenum dextrorſumque migrat, comitemque ſe, ſed poſteriorem, addit Choledocho ductui. Ea hepaticas dextras, & cyſticas, & duodenam primam ſolet generare.

7) Dextrum Colon a Meſenterica arteria ramos habere GALENVS iam vidit l. c. & IACOBVS SYLVIVS, & VESALIVS, & qui VESALIVM fere ſecuti ſunt omnes VIDVS & VIDIVS L. III. c. 17. p. 135. VALVERDVS L. VI. c. 12. PLATERVS p. 117 SPIGELIVS L. VI. c. 4. p. 195. ANDREAS LAVRENTIVS L. IV. c. XI. p. 146 THOMAS BARTHOLINVS Libell. II. c. 5. p. 655. DOMINICVS de MARCHETTIS l. c. p. 19. ISBRAND van DIEMERBROECK L. VI. c. 5. 479.

Sed etiam a Coeliaca ramos ad Colon euntes deſcripſit COLVMBVS L. VII. p. 185. & habet praeter priores VESALIVS l. c. & VIDVS, VALVERDVS L. VI. c. 12. p. 283. PLATERVS, C. BAVHINVS, LAVRENTIVS, T. BARTHOLINVS, DOMINICVS de MARCHETTIS p. 19. DIEMERBROECK p. 479. SPIGELIVS p. 193. ROLFINKIVS L. II. c. 25. p. 1155. HEISTERVS *Compend. Anat.* p. 158.

Verum iſti quidem rami niſi ſunt aliqui perexigui, quos ſuo loco dicam, Pancreaticarum furculi, aut omnino imaginaria vaſa ſplenicae adficta arteriae, quia a ſplenica vena non raro meſocolicae ſiniſtrae oriuntur (not. *b.* ad *Tab. Coeliacae* II.) qui ſint, ego non video.

Illos a Meſenterica colicos ramos, adeo perpetuos & nobiles, omittere inceperunt priore ſeculo, quo mos invaluit, & rarius humana corpora, & etiam tunc partes de corpore exſectas & ſolitarias diſſecandi. Ergo VERHEYENIVS L. I. Tr. VII. c. 1. p. 370. DIONIS *Cours de Chirurg. Dem.* III. p. 248. RAU apud VALENTINVM in *append.* ad *Amphith. Zootomic.* p. 104. COWPERVS (in deſcriptione, cum praeterea in KEILII menſuris de arteria Meſenterica COWPERIANA arte parata, viginti & unus ramus arteriae Meſentericae ex ordine recenſeantur, nulla Colici mentione facta) & IACOBVS DRAKE, & LAVRENTIVS HEISTERVS *Compend. Anatom.* p. 158. & HENRICVS ALBERTVS NICOLAI *diſſ. de direction. vaſor.* n. 17. & FRANCISCVS NICHOLLS in *Compend.* p. 21. & omnes fere alii nuperiores ad WINSLOWVM usque, ita nihil de vaſis meſentericis ad colon euntibus ſcripſerunt, ita perpetuo eam arteriam ſolis tribuerunt tenuibus inteſtinis, ut ea opinio fere ubique regnaverit in compendiorum ſcriptoribus.

Donec WINSLOWVS haec vaſa ordinate tandem deſcripſit, & in Anatomen revocavit. Eum, ut fieri ſolet, recentiſſimi ſecuti ſunt, GRAMBS *tabul. Angiolog.* V. CHESELDEN *Anatom. of hum. bod.* ed VI. p. 188. BOVDON in PALFYN *Anat. Chirurg.* T. II. P. VII. c. 1. p. 246. KVLMVS in

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 156 sur 543

u *Colica dextra* cum priori arcum faciens. 8)

x Arteria *Ileocolica*. 9)

y Arcus

in tab. anat. p. 83. LIEVTAVD p. 491. VERDIER ll. p. 355. WALTHERVS *de Ven. Port.* p. VIII. & alii.

Ergo ita ſe res habere ſolet. In ipſa duplicatura meſocoli, imo nonnunquam ſupra priores ramos duodenales (not. *b.*) plerumque tamen infra eos, ut in hac icone, & Coeliac. T. II. Q. 1. oritur ex trunco arteriae Meſentericae, conſpicuus ramus, qui nobis *Colica media* vocabitur. *Colique ſuperieure* dicitur WINSLOWO n. 204. ſed nomen paulum mutavimus, ut a dextra colica, quae perinde ſuperior eſt, ſepararetur. Hunc ramum CASSERIVS equidem in Tabulis, quae SPIGELIO ſunt adjectae, pinxiſſe videtur L. V. T. I. y. venamque ſociam ſub S. ſed non intellexit BVCRETIVS, quod ipſi ſaepiuscule accidit. EVSTACHIVS procul dubio habuit notiſſimum, ejusque ramos pinxit T. X. f. 2. integros vero, non tamen ſatis a reliquis ramis inteſtinalibus ſeparatos, T. XXVII. f. II. IV. in quarum poſteriori, arteriam, quam oportet colicam mediam eſſe, ita humili loco a trunco prodire facit, ut nihil unquam viderim ſimile COWPERVS in icone T. III. & DRAKIANA T. XX. ubi magnum arcum repreſentat, hanc arteriam depinxit, in deſcriptione tamen non definivit. D. STVKELEY *of the ſpleen* T. I. habet aliquid colicae mediae ſimile inter 2 & 2. EVLERVS eum ramum vocavit, a quo anaſtomoſis cum meſenterica inferiori oritur *diſſ. de meſenter.* BACCHETTONVS pinxiſſe videtur arteriam venamque in *Anatome* ſua T. XIX.

Plerumque unica eſt, & uno ramo per medii transverſi meſocoli duplicaturam antrorſum emergit, fere e regione ejus partis ventriculi, quae tertia parte longitudinis pyloro eſt ſiniſterior. Alias unus quidem truncus eſt, ſed haud magno ſpatio interpoſito in duo crura dividitur. Sed etiam quinquies duas reperi Colicas medias, dexteriorem & ſiniſteriorem, ſibi parallelas, quarum altera ſub altera ex trunco proveniret, & ſemel denique tres vidi.

Quando unica eſt, ut in hoc cadavere una fuit, findit prope inteſtinum Colon in duos ramos, praeter Colicam dextram, de qua not. 8. dicemus. Dexter circumlegit oram coli medii inferiorem, per partem transverſam, dextram, & in flexu hepatico, vel paulo inferius, arcum cum Colica dextra perficit.

Siniſter ramus ſiniſtram partem Coli medii ſequitur longo, & ad inteſtina parallelo, arcu, & denique adſcendenti ramo Colicae ſiniſtrae, ſive Meſentericae ut vulgo vocant, inferioris egregia anaſtomoſi inferitur, quae niſi fallor omnium in corpore humano adulto, longe maxima eſt.

Hunc arcum habet EVSTACHIVS, neque tamen ſatis aut longum, aut ab inteſtinalibus ſejunctum l. c. fig. utraque. Inter recentiores renovavit egregiam anaſtomoſin COWPERVS, & in *append.* ad BIDL. T. III. & in DRAKIANO compendio T. XX. laudabilem iconem dedit. CHESELDENIVS vero malam omnino, qui meſentericae arteriae ramulum aliquem ex ultimis inteſtinalibus breviſſimo arcu cum inferiori meſenterica pinxit conjunctum. Ed. III. T. XVII. quam iconem ex nuperiori editione rejecit. Idem vitium eſt iconis BIANCHIANAE *hiſt. hepat.* T. VIII. f. 1. Melior fere eſt rudis illa BACCHETTONIANA, pro arteria ut videtur T. XIX. f. 1. pro vena f. 2. Aliam dedit STVKELEY *of the ſpleen* T. I. ubi duo arcus magni habentur inter inferiorem & ramos duos ſuperioris, ſed iſte auctor ſubleſtae fidei eſt. Deſcriptiones absque iconibus dederunt H. A. NICOLAI p. 71. WINSLOWVS, WALTHERVS l. c. KVLMVS p. 83. & alii nuperiores. Si duae porro fuerint Colicae mediae, eae arcu intermedio inter ſe coëunt, earumque ſiniſterior magnum arcum facit, dexterior alterum cum dextra Colica.

8) *Colica dextra* eſt quam WINSLOW n. 205. vocavit *ſeconde branche principale*, cujusque venam ſodalem *Colicam* RIOLANVS *Anthropogr.* L. II. p. 113. Gaſtrocolicam vocat WINSLOWVS. Eamdem etiam BACCHETTONVS ad F. ſuperius expreſſit l. c. f. 2. Haec eſt, quam GALENVS vidit & veteſtiores deſcripſerunt, nam „ad dextram inprimis Coli ſedem arterias a Meſenterica venientes deſcribunt. Parum caeterum nota, vel ſolitaria ex meſenterica prodit, vel ex Colica media, pene ex ipſa origine, vel, quod rarius eſt, ex Ileocolica. Transverſim in duplicatura meſocoli transverſi ſub hepar ad flexum Coli dextrum accedit, qua transverſum meſocolon cum dextro conjungitur. Inde ramis ſurſum datis cum Colica media inoſculatur. Aliis vero deorſum ſequentibus longitudinem inteſtini Coli dextri, ipſi innata inteſtino, in Ileocolicam inſeritur, medio fere inter hepar & valvulam coli ſpatio. Vidi ex hac arteria Pancreaticam transverſalem ortam fuiſſe, quae cum Pancreatico-duodenali Coelicae ramo inoſculatione coiret.

9.) *Ileo Colicam* arteriam dixi, quam WINSLOWVS vocavit *troiſieme branche*. Eo forte referas iconem 2. T. XXVII. EVSTACH., in qua arteriam meſentericam ſuperiorem fiſſam pingit in duos ramos. Eadem eſt, cujus comitem venam *Coecalem* dixit A LAVRENTIVS *hiſt. anat.* p. 123. RIOLANVS L. II. p. 113. *Enchirid. anat.* p. 113. Apud BACCHETTONVM videtur eſſe F. inferior

T.

y Arcus quem facit cum colica dextra.
z Ramus *caecalis.* [10]
1 Arcus & anaſtomoſes ejus cum meſenterica.
2 Meſentericae arteriae ſuperioris rami ad tenuia inteſtina. [11]

3 Ra-

T. XIX. f. 2. & apud STVKELEY l. c. huc pertinet ramus ad *d. d.* Sed & ILL. WALTHERVS habet p. IX. & venam p. VIII. l. c. Perpetuus & fere unicus ramus dexter eſt arteriae meſentericae, poſtquam ſub meſocolon deſcendit, origine non valde perpetua, ut tamen uno alterove pollice infra Meſocolon proveniat. In duplicatura meſenterii deſcendit, ut diagonalem deſcribat quadrilateri, quod a colo, Ileo, arteria Meſenterica, & Colica dextra circumſcribitur, & recta via ad Caecum deſcendit. Prius tamen ramoſa fit, & ramis aliis ſecundum Colon adſcendens inoſculatur Colicae dextrae. Ramus alius ſiniſtrorſum redeuns, legens oram ſuperiorem Ilei per pedem vel ultra, inſeritur in ultimum truncum Meſentericae arteriae.

10) Truncus nempe Ileocolicae ad caecum pergit ire & emittit primo ex media longitudine Ileocolicae, vel paulo ultra poſteriorem ramum *appendicalem*, qui ad meſenteriolum vermicularis adpendicis advenit, eius longitudinem ſequitur, eique ex ea tota longitudine breves rectosque ſurculos exhibet. Deinde haud longe ab inteſtino truncus Ileocolicae in duos finditur, quorum anterior per plicam anteriorem Ilei & coli, alter per poſteriorem a colo cum caeco illo craſſo factam deſcendit extrorſum, idemque radici appendicis proſpicit & cum appendicali conjungitur anaſtomoſibus. Repeto vero ſuperficiei tantum harum plicarum incumbere, neque ita profunde deſcendere, ut valvulae coli generationem, quae debetur utique his plicis, tribuas iſtis arteriis. Haec vaſa Meſentericae tribuit WINSLOWVS n. 202. ſed reddit Caecali n. 206.

11) Meſenterica arteria ſub Meſocolo dextrorſum migrat magis magisque, dum in duplicatura meſenterii deſcendit, ut arcus inde fiat longae curvaturae, dextrorſum cavus. Ex latere dextro, ut egregie monet WINSLOWVS, nullum fere ramum emittit praeter Ileocolicam. Hoc magnum vitium eſt iconum fere omnium, quod perinde ex utraque facie arteriae meſentericae exeant. Ita in VESALII iconibus ſe habet, & EVSTACHII, & BIANCHI, neque valde probari poteſt ipſa COWPERI tabula. In LEONCENAE icone, quae exſtat in *Transactionibus Philoſophicis* n. 280. arcus iſte fere rectus exprimitur, & tres ſoli rami ex convexa parte pinguntur. Sed etiam CHESELDENIVS in edit. VI. arteriam ad unam partem flexam expreſſit T. XXIII.

Ex huius arcus latere ſiniſtro breviſſimi primo ramuli exeunt, ad naſcens jejunum: inde ſenſim longiores fiunt in jejuno, etiam WINSLOWO obſervante n. 199. & multiplicantur, quas ſtatim dicam, areae. Ad ultimam fere, in puero, ſpithamam meſenterii minuuntur iterum longitudines ramorum, donec ultimo breviſſimi fiant, & truncus ipſe in Ileocolicam continuetur, (iconis noſtrae 1. 2.). Horum ramorum numerus incertus eſt. WINSLOWVS ſub meſocolo numerat decem vel duodecim. KEILIVS *de ſecret. anim.* viginti & unum. Sed multum hic omnino ab arbitrio pendet, prouti ultimos ramos illos ilei ſeorſim aut numerare malis, aut negligere. In tenuibus vero inteſtinis haec eſt natura vaſorum, ut quaelibet arteria, in ramos duos fiſſa, his ramis & cum vicinis coeat, & ipſi duo rami inter ſe in arcum inoſculentur. Sed etiam ſecundo ex convexitate horum arcuum enati rami eodem modo inter ſe minores, ſed copioſiores faciunt anaſtomoſes, idque tertio, deinde ubi longiſſimi ſunt, quarto, quinto denique fit, & reduplicantur arcuum conjunctiones, donec ultimi rami inteſtino fiant vicini. Inter eos ergo diviſos & ſubdiviſos arcus areolae intercipiuntur polygoniae. Hanc fabricam inter veteres ſolus habet EVSTACHIVS T. XXVII. f. 2. & 4. deſcripſit vero WINSLOWVS p. 200. 201. & FANTONVS *Diſſ. Anat. renovat.* V. p. 268. Paucos, tres quatuorve pinxit VERHEYENIVS T. XXXVIII. f. 1. Arcum longum, nimis ſimplicem, neque naturae ſimilem COWPERVS pinxit l. c. EVLERVS melius & quatuordecim omnino arcus deſcripſit l. c. p. 245. n. 20. Multiplices arcus etiam expreſſit in venis CHESELDENIVS Ed. VI. T. 24. in arteriis nimis paucos T. XXIII. Ego in hac icone, cum ſceleta haberem vaſorum meſentericorum copioſiſſima, non potui exprimere.

Ex ultimorum arcuum convexitate denique non flexi ultra, ſed recti prodeunt ſurculi, duplici ordine, ut anterior ſit ubique ramus & poſterior, qui per omnia ſimiles, ſolo fere ſitu diverſi ſint. Ea rectilinea vaſa abſciſſa EVSTACHIVS pingit, longiora CHESELDEN T. XXIII. & XXIV. deſcribit vero WINSLOW IV. n. 229. LIEVTAVD p. 282. EVLER p. 28. alii.

De-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 158 sur 543

3 Ramus Colicae mediae ſiniſter.

4 Co-

Deinde haec eadem vaſa inteſtina conſcendunt in celluloſa prima, quae inter extimam & muſcularem eſt. Dant ibi ramum exiguum arbuſcularem ramoſum, muſculari tunicae RUYSCH. Epiſt. XI. f. 1. 2. B. ALBIN l. c. p. 4. & ramos externae RVYSCH. Ep. cit. f. 1. 2. A.

Trunculi vero in nerveam per intervalla fibrarum muſculoſarum deſcendunt (RVYSCH. *Theſ.* I. *aſſ.* III. n. 14. *aſſ.* II. n. XI. *Theſ.* VIII. n. 60.) & in celluloſa ſecunda rete faciunt, quaſi arbuſcula foret, quae arbuſculae ultimis trunculis in convexitate, quae libra natat inteſtini, inter binos binosque anteriores, & binos binosque poſteriores arcus faciunt ut ex convexitate anterioris arcus infiniti majores minoresve ramuli in convexitatem areus poſterioris exeant, ALBIN. *de vaſ. inteſtin. ten.* p. 6. & ic. CHESELDEN T. VII. XVIII. STUART *de mot. muſc.* T. II. Haec vaſa ita multo majora ſunt prius deſcriptis, ut in nervoſo ſola tunica, remotis duabus externis, tot fere vaſa videas, quam ſi conjunctas reliquiſſes. Solet autem ubique iſte trunculus incumbere radici valvulae alicujus, inque ea depreſſione tuto recipi, quod recte obſervavit vir ſolertiſſimus IOHANNES NATHANAEL LIBERKUHN in diſſ. inaug. de valvula Coli. Ramuli vero lateres in eadem celluoſa ſparſi & repetito ſubdiviſi, cum vicinis ſuis ejusdem ordinis in rete coeunt, ALBIN. l. c. & in iconibus RVYSCH. Epiſt. XI. T. XII. f. 3. A celluloſa primus ALBINVS obſervavit aliqua vaſcula ad carneam & extimam redire. Rete vero in jejuno plenum & craſſiuſculis factum eſt ſurculis, RVYSCH *Adverſ.* III. T. I. f. 4. 5. in Ileo valde ſubtilibus, areis inter vicinos ramos liberis manentibus ID. ib. f. 6. 7.

Ultimi denique & inviſibiles nudo oculo ſurculi, perforata nervea in celluloſa tertia illa pulcherrima retia faciunt, quae ſolus LIBERKUHNIVS admirabili induſtria patefecit, & quae in villorum celluloſa fabrica ponuntur, *de vill. inteſt.* fig. 2. & 3.

His, quae perpetua ſunt, expoſitis, rariora aliqua ſubjicere viſum eſt.

Primo quidem in meſenterio & meſocolo quatuor magnae nudaeque areae ſunt, Meſocoli transverſi duae, ad utrumque latus Colicae Mediae, Meſenterii itidem duae, ad utrumque latus Ileocolicae. Per has areas utrobique, non raro, ducuntur rami majusculi rectilinei, qui oppoſitos arcus connectunt. Vidi etiam arteriam a Colica media prodiiſſe comitem venae haemorrhoidalis internae, & inſertam fuiſſe primo ramo Colicae ſiniſtrae.

Deinde in meſocolo transverſo vaſa alia ſunt, diverſa a Meſentericis, magis rectilinea, & ultimo variis locis cum meſentericis inoſculata & omentalibus. Haec vaſa in ſiniſtra parte Meſocoli transverſi oriuntur a ramis Pancreaticis transverſalibus, quos Gaſtro Epiploica dextra (ut in T. Coeliac. II.) & aliquando ipſa meſenterica emittit (not. 6.) alias ſplenicae rami, qui ad imum pancreas deſcendunt. Eadem vaſa dixi not. *b* ad tab. II. Coeliacae.

In dextra parte ejusdem Meſocoli oriuntur vaſa ſimilia a Pancreatico-duodenalibus in radiorum ſpeciem per pancreas flexis. Eadem etiam in peritonaeum excurrunt.

Perpetuae etiam ſunt & copioſiſſimae anaſtomoſes in toto Colo transverſo, & in ea parte dextri coli, quae omentum adnatum habet, inter vaſcula ſubtilia Omentalia a Gaſtroepiploicis orta, & vaſcula meſenterica ſuperficiem coli pingentia.

Ex ſpermaticis vero aliisque aorticis arteriis & venis earumque adipoſis ramis multiplex eſt cum vaſis inteſtinalibus communicatio. Primum verſus imam partem duodeni dexterrimamque, & ad Ileon etiam dextrum, & denique ad coli caeco proximam partem pluſculi ramuli ſpermaticarum in Peritonaeum veniunt, & cum ramulis meſentericarum varie communicant. Alii ſpermaticarum rami etiam adipoſi, ad caecum veniunt, & ibi cum ramis arteriae Ileocolicae inoſculantur. WINSLOWVS ſimilia habet n. 221. & alii citati ad p. 299. *Comm. Boerh.* V. P. I. & GRAAFIVS *de organ. maſcul.* p. 20. ed. 1705. BOURDON *deſcript. anat.* p. 101. qui ad omentum nempe meſocolon ramos dixerunt edere ſpermaticam, & GARENGEOT *ſplanchnolog.* II. p. 3. KIESEWETTER *diſſ. de lithiaſ. fin. ren. inf.* n. XI. qui ex WINSLOWO habent aliique. Deinde ab intercoſtali undecima perforato ſepto transverſo ramos ad adipem renalem, proximum colon ſiniſtrum, & ligamentum ſuſpenſorium lineis veniſſe, atque cum capſularibus & colicis anaſtomoſes habuiſſe vidi. Aliam vero capſularem dextram ad peritonaeum duodenale ramulos emiſiſſe, & ibi cum ſpermaticis eo venientibus atque duodenalibus ramos communicaſſe vidi. A capſulari vero dextra aliqua, ex renali orta, ad duodenum, & angulum Coli dextri cum transverſo, ramulos veniſſe, pariter vidi, ſimilesque ad angulum ſiniſtrum Coli a ſiniſtris capſularibus. Porro rami Meſocolicae arteria primi in glandulas lumbales miſſi, ibi & cum aortae & cum ſpermaticae ſurculis in eas glandulas miſſis varie inoſculantur. Denique a vaſis colicis ſiniſtris ſurculi non minimi excurrunt ad peritonaeum vicinum, ibique cum ſpermaticis & lumbalibus communicant.

Sed nuper, cum avide inquirerem in venas illas RVYSCHIANAS quas ſenex optimus adeo conſtanter a Cava vena ad inteſtina dari repetiit, & BOHLIVS amicus noſter olim cariſſimus ſe vidiſſe, confirmavit

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 159 sur 543

4 *Colica ſiniſtra* [12] arteria ſive Meſenterica inferior.
5 Ramus adſcendens.
3 6 Ejus conjunctio cum Colica media ſive *arcus magnus Meſentericus.*

7 Ra-

firmavit (*de via lactea* n. XLVII.) & Cl. KAAU *de perſpir.* n 475. in puella ſex vel ſeptem annorum vidi venam lineae fere diametro, ex ſpermatica dextra ortam, quae duodenum adiit, & anaſtomoſes fecit cum ramis inteſtinalibus, quales debere adeſſe ſenſit WINSLOW n. 154. *tr. des vein.* Etſi nunc vaſcula iſta in ſtatu naturali perminuta ſint, neque aliquid notabile officium eae anaſtomoſes habere videantur, videtur tamen RVYSCHIVM, ut magnus erat artifex, ita ceram ſuam in hujusmodi venas urſiſſe, ut denique ipſum venae portarum ſyſtema per eas repleret. Certe quid aliud viderit nondum inveni. Caeterum curioſitate non caret olim ab ARISTOTELE *de part. anim.* L. IV. c. 4. deſcriptas eſſe venas a Cava ad meſenterium euntes, a Cava vero ad omentum a GALENO *de util. part.* L. XVI. c. 14. refutatas a VESALIO p. 616. Adeo non inventa ſolum et opiniones, ſed controverſiae vertentibus ſeculis in orbem redeunt.

Denique quod rariſſimum vidi in vaſis meſentericis, arteria fuit Omphalo Meſenterica, quam in puero trium fere ſeptimanarum menſe decembri 1745 vidi. Erat arteria minime obſcura, orta ab aliquo ramorum, qui a Meſenterica adeunt inteſtina tenuia: ea liberrime cum exigua membranula ad umbilicum deſcendit, ibi uno ramo urachum adiit verſus veſicam, altero cum Epigaſtricae ſurculo conjuncto umbilicalem funem, qui reſectus erat, adiiſſe videbatur. Huiusmodi ſunt Omphalo Meſenterica vaſa brutorum animalium. In homine aliquid ſimile repertum fuiſſe nunquam legi.

12) *Meſenterica inferior* rara felicitate uſa eſt, ut parco in rebus humanis exemplo a duobus ſeculis nullam omnino paſſa ſit aut in nomine, aut in deſcriptione aut mutationem, aut controverſiam. Solus SCHELHAMMERVS impoſitum a IACOBO SYLVIO (*Iſag.* p. 39. b.) nomen, quod ubique receptum eſt, ſolicitavit in *progr. valed.* n. 17. & utique ſpecioſis ſatis rationibus. Nam Meſenterico, quoties a Meſocolo diſtinguitur, omnino nihil dat. Quare ſi placuerit LINNAEANAS leges in anatomen transferre, & nomina, quibus aliquis error ſubſit abrogare, poterit *Colica ſiniſtra* vocari. Pauci Haemorrhoidalem internam vocarunt, ut VERHEYENIVS l.c. p. 371. Perpetua caeterum arteria eſt, bene nota GALENO l. c. & VESALIO, & recentioribus omnibus, qui quidem pene omnes VESALIVM hic exſcripſerunt. RIOLANVS hanc arteriam non conturbatam reliquit. EVSTACHIVS ejus iconem dedit complexam cum ſuperiori. CASSERIVS depinxit L. VI. T. I. quae tamen figura valde vitioſa eſt, & anaſtomoſin magnam huic arteriae tribuit cum ſpermaticis, nullo modo excuſabilem. Bona vero icon eſt COWPERI l. c.

Oritur autem perpetuo quidem in anteriori ſiniſteriori parte aortae, inter renalia vaſa & Iliaca, modo propius renes, ut EVSTACHIVS pingere ſolet, modo Iliacis propius, ut CHESELDEN T. XXII. I. C. GARENGEOTVS *Splanchnol.* T. ad p. 19. & 75. & frequentius eſt. A ſplenica vero arteria ortam eſſe ex RHODII *mantiſſa obſ. anat.* 49. citat. Cl. SCHMIEDLIN. *de variet. vaſor.* Sed ea procul dubio vena fuit.

Haud longe ab origine, ſed aliquando etiam poſt pluſculas uncias, ramum edit unum alterumve in glandulas lumbares & peritonaeum, de quibus dixi, eos cum ſpermaticis communicare. Ad imam vero renis ſedem ſolet prodire, & deſcendere ſiniſtrorſum.

Poſtquam deſcendit ad id fere ſpatium vel paulo ſupra, quo aorta finditur, dat ramum *adſcendentem* ab EULERO dictum l. c. p. 21. n. 25. a COWPERO in icone diſtinctum, quem WINSLOW vocavit *branche ſuperieure.*

Is ramus comitem ſibi continuo venam offendit haemorrhoidalem internam, hinc adſcendit ad ſedem meſocoli transverſi, deinde finditur. Ramus ſuperior, relegans ſummam partem ſiniſtri coli et aliquam transverſi, in ramum colicum medium redit uno duobusve ramis, facitque arcum jam deſcriptum Meſentericum (not. 7.), qui huic potius arteriae, quam Colicae mediae debetur, cum omnino major ſit.

Ramus alter adſendentis rami ſub liene ortus, coli ſiniſtri partem, quae medio fere reni reſpondet, transverſus percurrit, ei dat, & ſurſum quidem ſecundum colon, ſatisque vicinus inteſtino in priorem redit: deorſum vero cum ſequente communicat WINSLOW n. 209. Hunc ramum pro duobus ramis numerat EVLERVS p. 25. n. 21.

Nempe colica ſiniſtra haud longe a priori ſecundum ramum dat, qui praecipua eſt arteria flexus ſiniſtri Iliaci Coli. Eſt ubi duplici trunco provenit: tunc inferior eſt *ſeconde branche moyenne* WINSLOW n. 21. Quatuor fere pluresve arcus facit, omnes lon-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 160 sur 543

7 Rami ejusdem ad colon ſiniſtrum.
8 Colicae ſiniſtrae medius truncus.
9 Arcus cum Meſocolicae adſcendente ramo.
10 Siniſtrae truncus inferior ſive *haemorrhoidalis interna.*
11 Arcus ejus cum priori.
12 Arcus ſecundarii ſive duplices Colicae dextrae.
13 Similes in Colica media.
14 et in ſiniſtra.
15 Ab arcubus ſecundis rami in inteſtina rectilinei.
16 Epigaſtricae.
17 Vaſa ſpermatica.
18 Pſoas.

gos & inteſtino parallelos, ut non male ſeptem in univerſum arcus cum EVLERO numeres. Haec eſt *branche moyenne* WINSLOW n. 210. Inde rami illi ſupra excitati, qui peritonaeum adeunt, & cum lumbalibus, & ſpermaticis communicant.

Truncus denique arteriae ſenſim dextrorſum ſe conflectit, EVSTACH. T. 27. f. 2. 4. datisque aliquot imo colo ramis in pelvim deſcendit, ibi recti inteſtini faciei poſteriori ſe adplicat, atque mutata tota fabrica, per ejus longitudinem decurrit, ut tamen ad ſphincterem non perveniat, ſed aliquam partem recti infimam relinquat irrorandam haemorrhoidali arteriae mediae (Comm. Boerh. V. P. I.), uti ultimus ſphincter ab externis hypogaſtricarum arteriarum ramis ſanguinem habet.

Anaſtomoſes cum Hypogaſtricis perpetuas habet, dictas olim STAHLIO, & confirmatas a WINSLOWO n. 213. Eam conjunctionem nuper Cl. SCHMIEDLIN ita depinxit, *de varietat. vaſor. magn. moment. f. 11.* quaſi a recto inteſtino aliqui rami Meſentericae inferioris in vaginam adſcenderent, ſeque ad ejus partis arterias applicarent. Ego vero nunquam hoc modo, ſemper autem vel venam Haemorrhoidalem mediam COMM. BOERH. V. P. I. p. 409. vel veſicalium & vaginalium varios ramos deſcendere in rectum, ibique cum vaſis a Meſenterica conjungi, non valde parvis anaſtomoſibus vidi. Exemplaria ſiccata ad manus ſunt.

Caeterum vaſa craſſorum inteſtinorum multis modis ab illis differunt, quae adeunt tenuia. Arcus primo, qui in meſocolo ſunt, pauciores habent, plerumque ſimplices, rarius duplices, ipſo jam obſervante EVSTACHIO l. c. eosque fere longos, parallelos inteſtino, & parum capaces, quod utrumque bene etiam expreſſit COWPERVS l. c.

Deinde vaſa rectilinea illa, dicta inter tenuium inteſtinorum arterias, profundioribus etiam plicis inſident. Ramos quidem etiam numeroſos habent, ſed breviores, ut arbuſculae rectiores ſint, & magis parallelae, & ramos ad minores angulos emittant, & in univerſum arbuſcularum vix ſint ſimiles. In recto demum inteſtino trunci per longitudinem inteſtini decurrunt, & utrinque verſus anteriorem complanatam ſemicylindrum inteſtini ſimplices, & absque medio arcu ortos ſurculos inordinate emittunt. Ibique magni trunci in poſteriori illa celluloſa in ſuperficie inteſtini ponuntur, eorum vero ramuli in anteriorem partem inteſtini euntes offendunt deſcendentes a veſicalibus & uterinis ramos, qui anteriorem & lateralem Partem obſident, cumque iis innumeris locis inoſculantur, ut hic rete potius confuſum, quam aliquid arborum ſimile invenias. Muſculoſa craſſorum, ut quae craſſior ſit, plures etiam ramos arterioſos habet.

Caeterum monendum duxi, arteriae adipoſae ſiniſtrae ſignum in multis exemplaribus perverſum eſſe, literam nempe Q. loco literae Λ ex errore Chalcographi poni, quem ſero perſpectum abſente tunc typographo non potui corrigere.

TABV-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 161 sur 543

ARTERIARVM RENALIVM ET VICINARVM.

LECTORI S.

Etsi pulcherrime haec vasa expresserit EVSTACHIVS, *non potui tamen, quin adderem nostris iconibus adeo nobiles arterias. Icon equidem fida, sculptura minus felix est, & corrupta literis. Dextram capsulam, & ureteres materies ceracea nimis penetrabilis repleverat, ut crassiores facti sint, quam oportuerat. Caeterum miraculo simile est, has visceribus notissimis datas arterias adeo fere ante* WINSLOWVM *publice ignoratas fuisse. Picta est icon Mense Novembri* 1746. *ex puello unius anni.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 162 sur 543

TABVLA ARTERIARVM RENALIVM ET VICINARVM.

A Ren dexter.
B Ren ſiniſter.
C Capſula dextra.
D Capſula ſiniſtra.
E Pars ejus paulum elevata ad conſpicienda vaſa poſteriora capſulae.
F Sulcus capſulae major.
G Idem in dextra capſula.
H H Septi transverſi appendices obiter expreſſae.
I I Tendineum diaphragmatis centrum.
K K Carnes ſepti a coſtis ortae.
L Ligamentum ſuſpenſorium hepatis.
M Foramen venae Cavae.
N Et oeſophagi.
O Pſoas ſiniſter.
P Ureter ejus lateris.
Q Ureter dexter.
R Inteſtinum rectum obiter expreſſum.
S S Adipis renalis reliquiae.
T Arteria aorta.
V Vena Cava ex hepate egreſſa.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 163 sur 543

X Arteria Phrenica hic unica.
Y Ramus dexter.
Z Rami capſulares anteriores.
a Poſteriores.

b Ra-

1) Etſi arteriarum Phrenicarum inferiorum principum, aliquam deſcriptionem dederim ad Tabulam I. Coeliacae, occaſione ejus originis, quam haec arteria Phrenicis nonnunquam dare viſa eſt, plenam tamen hiſtoriam omnium phrenicarum minime praetermittendam cenſui, quae defectus iconum ſarciat. Nunquam enim, niſi infinitas fere facias, picturis vaſa omnia exprimentur, & nocent prima ſequentibus.

Arteriae Phrenicae aut duae ſunt, aut unica. Ex aorta unicam phrenicam prodire WINSLOWUS vidit n. 172. & WALTHERVS *de coeliac.* ex coeliaca vero unicam, ni fallor, Phrenicam HEBENSTREIT *de vaſor. confin. ſub init.* In viginti cadaveribus & uno quinquies unica origine prodiit, ter nempe ex aorta, continuo ſuper Coeliacae, bis ex hac ipſa arteria.

Verum etiam, quando una eſt, ut fuit in puero, unde ſumta eſt haec icon, continuo tamen in dextrum & ſiniſtrum truncum finditur, ut parum ſit, quod ab ea fabrica differat, in qua duo ſunt trunci.

Sedecies ergo duae fuerunt, ſexies utramque Coeliaca dedit, bis aorta, bis dextram coeliaca & Aorta ſiniſtram, bis dextram coronaria major ſiniſtram Aorta, bis dextram aorta ſiniſtra coeliacam, ſemel dextram Renalis, ſiniſtram aorta, ſemel denique fuerunt quatuor arteriae, quarum duas aorta, duas Phrenica produxit. Aliam obſervationem hic omitto, in qua cum duabus ex aorta Phrenicis tertia ex Coeliaca adceſſit, ea enim minor fuit. Ex iſtis obſervationibus adparet veteres auctores non nimis bene pro perpetua lege poſuiſſe, ut duae eſſent Phrenicae, eaeque ex Aorta prodirent. Ita GALENVS *diſſ. arter.* c. IX. EVSTACHIVS T. XXV. VESALIVS, VIDVS, IACOBVS SYLVIVS *Iſag. Anat.* p. 39. VALVERDVS L. VI. c. 12. p. 282. PLATERVS p. 117. SPIGELIVS L. VI. c. 4. p. 193. T. BARTHOLINVS p. 655. ROLFINKIVS L. VI. c. 17. p. 1116. DIEMERBROECK L. VI. c. 5. p. 478. KEILIVS *abradgm.* p. 342. & plerique omnino alii ſcriptores. Rectius ergo recentiores, qui coeliacae hic aliquid tribuerunt, ut alterutra Phrenica ex ea arteria prodiret. Ita BOURDON in T. III. f. 11. primus, deinde inter recentiores varii. Sed RAVIVS l. c. p. 104. & Cl. NICOLAI l. c. p. 64. & HEISTERVS p. 158. & KVLMVS l. c. p. 83. & GRAMBSIUS l. c. T. V. & HEVCHERVS *ars magn. anat.* p. 61. & SYLVA *tr. de l'uſag. des ſaign.* l. p. 93. in univerſum ex coeliaca Phrenicam oriri dixerunt. BOVRDONVS dextram ex aorta ſiniſtram ex ortu coeliacae deducit T. cit. Eadem eſt obſervatio WALTHERI *de Coeliac.* & pro frequentiori habet CHESELDEN *Anat. of hum. bod.* Ed. VI. p. 188. cum quibus obſervationibus omnino duae noſtrarum conſentiunt. COWPERVS vero ad n. 40. Tabul. append. Bidl. III. & DRAKIANAE XX. WINSLOWVS, *tr. des arter.* n. 172. & qui ipſum ſequi ſolent VERDIER II. p. 352. BOUDON in PALFYN. II. p. 246. LIEUTAUD p. 487. contrario modo, dextram ex Coronaria, ſiniſtram ex Aorta frequentius deducunt. Et haec deſcriptio etiam magis confirmatur a noſtris, in quibus, bis a coeliacae trunco, bis ex Coronario ramo prodiit Phrenica dextra, ipſaque ſitus ratio facit, ut facilius dextra ex Coeliaca prodeat, quae dextrorſum abeat ex Aorta, ſiniſtra ex Aorta. Addit WINSLOWVS, dextram nonnunquam ex lumbali prodire, quod facile credo, etſi non vidi, & Cl. LIEVTAVD utramque ſaepius ex Coeliaca venire l. c. quod & ipſum meae obſervationes confirmant, & alia WALTHERI l. c.

Ex hac origine dextra arteria & ſiniſtra hujusmodi fere diviſionem habent, quam ad unum quidem corpus infantile deſcripſi, ut tamen varietates ſuo loco addiderim.

Arteria Phrenica dextra ex origine ſua dat ramum in appendicum ſepti concurſum inferiorem, qui aortae inminet. Eum ramum vidi etiam ſiniſtrae capſulae renali dediſſe. Eo etiam loco in pancreas ramulum dediſſe vidi, qui cum ramulis Meſentericae concurreret.

Deinde trunco ſuo adſcendit extrorſum, trans oram dextram appendicis dextrae, cui ramulos mittit. Ad ejusdem appendicis partem dexteriorem truncus Phrenicae edit capſulares, duas tresve, partim anteriores, partim poſteriores. Eas etiam WINSLOWVS habet n. 173. Miſtas etiam capſularibus edit hepaticas parvas, cum vena Cava ad lobulum Spigelii & partem dextram & po-

ſticam

b Rami ad ſeptum transverſum.

c Ra-

ſticam hepatis venientes, & inoſculatas hapaticis & capſularibus, una ad hepar venientibus.

Tunc dividitur ad oram capſulae Phrenica. Et Ramus quidem ſiniſter accedit ad venam Cavam, dat appendici aliquot ramos, quorum ſupremus trans concurſum appendicum cum ſiniſtra Phrenica coit arcu facto (Q). Inde adtingit phrenicam venam, oſtiumque cavae, ibi in thoracem ramum emittit, inoſculatum comiti nervi phrenici & Pericardio varie inſertum (Tabul. *art. anter. pect.* not. 7. & ad ima pericardii diviſum. Ab eodem trunco dextro ad pericardium rami veniunt pluſculi, perforato ſepto, ab eadem hujus arteriae ſede orti. Hi rami pericardiaci dudum noti fuerunt. Habet enim GALENVS, I. SYLVIUS, VESALIVS, SPIGELIUS (p. 178.) BARTHOLINUS, DIEMERBROECKIVS, & veterum plerique, & aliqui addunt, etiam mediaſtino ſurculos mittere; an forte viſo trunculo, qui contra nervum phrenicum adſcendit *Tab. art. ant. thor.* not. 7. RUYSCHIUS has arteriolas depinxit EPIST. II. T. II. f. 4. Idem Phrenicae ramus dat ramulum prope Cavam venam, qui hepatis partem convexam poſtremam adit, atque cum hepaticis & in convexa ſuperficie, & ramis per ductum venoſum inmiſſis multis locis anaſtomoſi coit. An iitae hepaticae a phrenicis RUYSCHII *Epiſt.* IX. p. 10. Hujus rami, quod ſupereſt, adſcendit ad dextram partem oſtii Cavae, perforat carnes ſepti, & uno trunco oras in univerſum legens tendinis, magno arcu, etiam duplici, inoſculatur cum ſiniſtrae arteriae trunco interiori adſcendente ad ſiniſtra oeſophagi ⊙. Arcus iſte ad carnes anteriores ſepti ramos edit antrorſum euntes, inoſculatos mammariis (Art. Pector. p. 29. SYLVA l. c. p. 67. 68. HEBENSTREIT). Alter denique ramus de diviſione rami ſiniſtri phrenicae dextrae ſuperſtes, cum aliis ſurculis extrorſum euntibus ſupra alam in carnes coſtales exit, uti fere habet COWPERUS T. XXXV. *Myolog.* ad N. ſuperius. Hujus trunci rami & rami trunculi inferioris inoſculantur inter ſe, iidemque inſeruntur mammariis retrorſum euntibus.

Ramus dexterior transverſaliter fere extrorſum & ſub ala dextra excurrit, uti COWPERVS fere habet l. c. dat & ipſe capſulares duas, dum praeterlegit oram capſulae renalis, & anteriores & poſteriores, tum aliam non parvam, cum ligamento dextro hepatis in ſuperficiem ejus convexam poſticam, & terminatur in carnes a coſtis imis ortas.

Is ramus anaſtomoſes habet cum intercoſtalibus, dictas ad Tab. Art. pectoris, & lumbalibus, & cum rami ſiniſtri Phrenicae dextrae ramis ad carnes coſtales euntibus.

Vidi hanc dextram Phrenicam ita magnam fuiſſe, ut etiam tendini ſiniſtro ramum exhiberet, & ſolae carnes ſiniſtrae ſiniſtros ramos acciperent. Ita etiam COWPERVM vidiſſe adparet ex Tab. citata. Vidi minimam, ut ramos fere Mammaria ſubpleret.

Phrenica *ſiniſtra* trans appendicem, deinde ſecundum ejus appendicis ſiniſtrum latus adſcendens, dat miſtam inter aliquot appendici datas arteriolas *oeſophageam* (h), quad ad gulae latus ſiniſtrum admota ad thoracem adſcendit, e regione dextrae arteriae ſociae, quae ex Coronaria magna adſcendit; utraque vero & cum ſocia, & cum Oeſophageis in oeſophago ex Aorta oriundis inoſculatur. Habet etiam WALTHERVS de coeliaca.

Eodem loco, miſtas appendicalibus etiam dat plures capſulares, ad quatuor usque (g. g.). Dat etiam in ipſo tendine numeroſos & magnos ramos, qui & in ſuperiori & in inferiori plano ſepti transverſi ad carnes coſtales medias, quae inter maxime anteriores & maxime poſteriores ſunt, ramis ſuis excurrunt, intercoſtalibus & mammariis inoſculatae. Tunc finditur ut dextra, vel ad mediam partem oſtii oeſophagi, vel ad ſupremam, in ipſo tendine. Et ramus *ſiniſter*, ſive truncus, per tendinem vel anteriorem tendinis oram extrorſum & in carnes coſtales imas ſepti terminatur, inoſculatus intercoſtali imae & lumbalibus, ramis aliis retrorſum, aliis ſiniſtrorſum datis. Cum ligamento ſiniſtro ramos non obſcuros ad hepatis lobum ſiniſtrum extremum mittit, idemque cum ligamento ſiniſtro lienis minimos emittit ſurculos, quibus alii a lumbali prima accedunt. An huc pertinentes venae fecerunt communicationem vaſis brevis cum Phrenica, adeoque cum cava, quam ſibi tribuit HABICOTVS Die I. Lect. II.

Dexter ramus Phrenicae ſiniſtrae facit anaſtomoſin parvam ſuper appendicem (Q) cum dextra Phrenica. Eademque anaſtomoſin magnam etiam duplicem efficit perforato ſepto, in plano ſuperiori, quae circum legit partem mediam anteriorem tendinis (⊙) & deſinit ramis in carnes anteriores ſepti datis, atque cum mammariis varie conjunctis. Eorum ramorum interiores pericardio imo, quod cordi ſubjicitur, ſurculos exhibent. Praeterea pluſculi rami ad Pericardium imum, plano inferiori cordis reſpondens, paſſim circa ſiniſtra oeſophagi ex dextro ramo Siniſtrae arteriae veniunt, perforato ſepto. Alii ramuli ex hoc magno arcu orti exeunt ad ligamentum ſuſpenſorium, inoſculati prius dictis a Mammariis (not. 13. *Tab. art. Pect.* I. (*l. l.*). Hae ſunt arteriae a phrenicis ad

ſuſpen-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 165 sur 543

c Rami a mammariis per diaphragma paulum conſpicui. 2.)
d Ramus appendicalis dexter.
e Phrenicae, utriusque anaſtomoſis.
f Ramus Phrenicae ſiniſter.
gg Capſulares anteriores a phrenica.
h Oeſophagea.
ii Rami ad tendinem utrumque.
k k Ad appendicem.
r Rami perforantes diaphragma, ut ad thoracem adſcendant.

o Ana-

ſuſpenſorium ligamentum RUYSCH *Epiſt.* V. T. 5. f. 5. Ep. IX. p. 10. HEBENSTREITII *de artt. confin.* Hujus rami fuit propago, quam vidi ſub octava coſta, ſupra ſeptum, exiiſſe ex ſepto, anaſtomoſes feciſſe cum intercoſtali ſeptimo, octavo, & nono & in transverſalem migraſſe, ibique rete feciſſe cum intercoſtalibus imis, ad muſculos abdominis exeuntibus.

Arteriae Phrenicae ab Aorta aliae. Ab Aortae trunco ramus viſus eſt ad concurſum appendicum ex Aorta veniſſe, quem in noſtra deſcriptione dextra Phrenica dedit.

Deinde dum aorta inter appendices deſcendit, plerumque unam vel duas utrinque dat arterias, quae partim ad capſulae faciem poſteriorem, & retro capſulam in adipem renalem exeunt, partim in appendicibus manent. Quando majores ſunt, ut nonnunquam fit, in ſiniſtro maxime latere, vidi exiiſſe in tendineam alam ſepti ſiniſtram. Confer. not. 4. Has credo eſſe, quas adipoſas vocat WINSLOW n. 174. Vidi ſimiles ex coeliaca prodiiſſe.

Sed ab intercoſtalibus ad ſeptum transverſum plurimi rami exeunt, in ſuperficiem ſuperiorem poſteriorem non tamen valde magni, & ab VIII. IX. X. & XI. intercoſtali oriuntur, dum trunci harum arteriarum retro ſeptum transverſum ad muſculos exeunt. Habet ab intercoſtalibus imis phrenicas RUYSCHIUS Ep. IX. p. 11. WINSLOW. n. 175. HEBENSTREIT *de art. confin.* Tum Lumbalis prima, vel ultima intercoſtalis, magno trunco diaphragmatis carnem poſteriorem adit, quae eadem cum undecima in adſcendente obliquo anaſtomoſes habuit. Vidi alias ad appendices dediſſe, ramumque inter eas appendices in adipem renalem miſiſſe. Inde vero, ex convexitate ſepti transverſi, ramos miſiſſe ad pericardium minime contra RUYSCHIUM negabo l. c. etſi non viderim. A lumbari ortas Diaphragmaticas tangit WINSLOW n. 225. & LIEUTAUD p. 487. & a lumbalibus inſignia vaſa ad diaphragma euntia vidit DRELINCOURTIMS apud BLASIUM *anat. anim.* p. 113.

A lumbali ſecunda ad idem diaphragma ejusque carnes poſtremas dextras & ſiniſtras ſub alis tendineis rami bene multi exeunt intimi ad appendices, exteriores ad carnas proximas. Omnes autem, & ab XI. intercoſtali & a 1. & a ſecunda lumborum ortae, anaſtomoſes habent cum ramis phrenicae utriusvis, ex transverſo trunco retrorſum euntibus.

A lumbali tertia, dum tecta appendicibus extrorſum abit, ſurculi unus pluresve in appendicis carnes adſcendunt.

Sed etiam ex renali ſiniſtra ejusque aliquo capſulari ramo, vidi ſurculos non minimos ad diaphragma in ſede arcus, quem trans Pſoam facit, & in appendicem veniſſe, & inoſculatos eſſe, tum dextrorſum cum phrenica ſiniſtra, tum ſiniſtrorſum cum lumbali. Aliquid hujusmodi habet. SYLVA l. c. p. 93. & WINSLOW n. 217. & olim in venis EUSTACHIVS l. c. p. 131.

Porro ex Coronaria majori ventriculi ſemper equidem ſurculi aliqui per ligamentum ſiniſtrum hepar adeunt. Tetigit WINSLOW n. 181. Adeo autem grandem ramum ea via iviſſe, ut non alia eſſet Phrenica ſiniſtra, rarum eſt. Vidi tamen *Tab. Coel. I.* not. g.

Denique a lienalibus arterias ſepti ortas dixit RUYSCHIUS *Epiſt.* IX. p. 11. quae cum ligamento lienis adeunt rami ſiniſtri ſurculos, & cum ipſis inoſculantur, uti viciſſim, & in hoc cadavere, a Phrenicis in ligamentum lienis ſurculi iverunt.

Ergo in univerſum facies convexa ſepti ramos habet a mammariis, intercoſtalibus inferioribus multis (conf. Tab. bronchial. not. 10. ad fin.) ad undecimam usque, & phrenicis denique atque lumbalibus, perforantes.

Inferior ſuperficies a Phrenicis, lumbalibus, maxime vero ſecunda & tertia, aortae ramis minoribus.

2) De *art. pector. anter.* not. 11. & 13.

o Anaſtomoſis ſive arcus vaſorum dextrorum & ſiniſtrorum in tendine.

1 Rami ad ligamentum ſuſpenſorium.

A Vena Phrenica dextra. 3)

B Siniſtra

3) In venis *Phrenicis* brevis ero. Vulgo notas ex Cava vena ſatis conſtanter video prodire, ut exiguae ſint, quas mihi contigit vidiſſe, varietates. Nempe venam Phrenicam, unam duasve, vidi ſupra ſeptum fuiſſe ortas, quod etiam vidit CL. NICOLAI l. c. p. 64. Vidi quatuor fuiſſe, duas ſupra ſeptum, duas infra.

Vidi phrenicam, neque hoc rarum eſt, venam alterutram hepaticae alicui venae potius, quam cavae trunco inſertam fuiſſe.

Decurſus cum ramis arteriarum in univerſum convenit, ut tamen fatear, nunquam eadem ſedulitate me eſſe perſecutum. Perinde etiam Oeſophageam dat ſiniſtra Phrenica, quae in thoracem adſcendens inoſculatur ramis ab azyga profectis (diſp. de art. ad ven. oeſophag. not. *aa*.)

Veteres caeterum hujus venae hiſtoriam, ut fere ſolebant, melius & diligentius quam arteriarum ſociarum excoluerunt. Duas quidem & ex Cava, infra ſeptum oriundas, magno conſenſu fecerunt GALENVS *de diff. venar.* c. 2. AVICENNA, ut vocant, p. 246. IAC. SYLVIVS l. c. p. 34. VESALIVS L. III. p. 460. VALVERDVS L. VI. 7. p. 268. EVSTACHIVS, COLVMBVS p. 197. SPIGELIVS L. V. c. 4. p. 196. C. BAVHINVS L. II. c. 18. p. 205. RIOLANVS L. III. c. 8. p. 220. DIEMERBROECKIVS L. VII. c. 3. p. 493. LEONCENA in *Phil. Trans.* 280. qui non ex eadem altitudine ortas pinxit, BOURDON T. III. f. 11. (parum bene) VERHEYEN L. I. Tr. VII. c. 2. p. 377. & fere omnes alii.

Sed ramos a primis anatomes incunabulis ſatis recte deſcripſerunt, etiam ſubtiliores. Ad pericardium enim & mediaſtinum ramulos dare omnis ſcripſit antiquitas, GALENVS ipſe & AVICENNA, & SYLVIVS, & VESALIVS, *Exam. obſerv. fallop.* p. 282. & EVSTACHIVS *de ven. ſin. par.* p. 281. & C. BAVHINVS, & RIOLANVS & DIEMERBROECK, L. VI. c. 5. p. 478. & reliqui fere ejus aevi omnes. Addidit, quem ſupra excitavi, FALLOPIVS, has venas perforato ſepto a Phrenica ad pericardium & mediaſtinum datas, anaſtomoſes facere cum Mediaſtinis a Mammaria ortas *Obſ. Anat.* p. 117. &, procul dubio ex eo habet C. BAVHINVS. Confer. *Arter. ant. pect.* Inter nuperos venas pericardiacas a phrenicis habet etiam WINSLOW n. 144.

Sed multo etiam ſubtiliora viderunt aliqui peritiorum, Venas enim per ligamentum ſiniſtrum erepentes, ex vena portarum ortas, & ad ſeptum euntes, & aliis venis extra hepar a Vena portarum ortis miſtas, atque aliquas lienem per ejus ligamentum Phrenicum adeuntes, deſcripſit FALLOPIVS p. 117. a. b. & ex eo C. BAUHINVS p. 50. EVSTACHIVS vero p. 133. ab hepate & venae portarum ramis aliquas ad ſeptum venire obſervavit. Venas etiam hepaticas, quae phrenicis contiguae ſunt, in azygam tendere, ex ſimili obſervatione HEBENSTREITIVS ſcripſit *de ven. communic.* quarum venarum comites arterias, a phrenica ſiniſtra per ligamentum ſiniſtrum hepar adeuntes ſuperius deſcripſi. Ita porro phrenicam venam cum vaſe brevi conjungi ſcribit C. BAVHINVS l. c. p. 52. & adipoſam cum Phrenica IDEM p. 205.

Sed aliae venae Phrenicae arteriarum ſimiles ſunt. Ab azyga nempe in dextro latere ad undecimam & duodecimam coſtam, magni rami prodeunt, qui ad mediam partem ſepti deſcendunt, anaſtomoſibus inter ſe factis. In ſiniſtro latere Phrenicae aliquae venae ex rete veniunt, quod in aorta facit hemiazyga. Venas ab azyga in ſeptum habet LIEVTAVD p. 513. & Phrenicam ab azyga prodiiſſe vidit WINSLOW n. 53. Similes etiam arterioſis ramos lumbales venae ſepto praeſtant.

Deinde ab inferioribus venis capſularibus, quas vel cava vena generat, vel ſiniſtra renalis, rami ad ſeptum adſcendunt. Has EVSTACHIVS deſcripſit *de ren.* p. 66. & 131. & illarum aliquid analogum, quando p. 61. venam ſub capſulari dextra oriri ſcribit, quae ſeptum adeat transverſum. Siniſtrae renali tribuit phrenicam LIEVTAVD p. 514.

4) Capſulares arteriae vel atrabilariae nonnullorum paucis notae fuerunt veterum, EVSTACHIO fere, & inter poſteriores SPIGELIO. VESALIVS, & qui ex eo fonte hauſeunt, eas arterias ignorarunt, ut VALVERDVS, PLATERVS, RIOLANVS, DIEMERBROECKIVS, & COWPERVS in celebrata illa apud minus anatomicos tabula, & H. A. NICOLAI, & de induſtria arterias aliquas hujusmodi adeſſe negavit IOHANNES van HORNE *microcoſm.* p. 119. edit PAVLINAE.

Etſi multum in his, non maximis vaſis, ſit varietatis, in eo tamen convenire videntur, quod capſulares arteriae ſint trium generum, ſupremae, mediae, infimae: ex quibus omnibus claſſibus in eodem cadavere ſimul adſunt perpetuo aliquae, numero unice & ſitu diverſae. Unde nullam deſcriptionem valde probare poſſum, cum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 167 sur 543

ε Siniſtra.
m Arteria coeliaca.
n Meſenterica ſuperior.
o Appendicalis ex aorta dextra.

p Si-

cum arterias capſulares & ab aorta, & a phrenicis, & a renalibus optimi nonnulli ſcriptores utique habeant, ſed quaſi aliae aliis ſubſtituerentur, aut varietates eſſent, quarum una reliquas excluderet. In omnibus porro his claſſibus aliquae anteriores ſunt, & in ſola plerumque capſula terminantur, aliae poſteriores, quae praeterea ex capſula in adipem renalem, ſuperiorem & medium exeunt. Hujusmodi arterias fuiſſe credo, quas perforare capſulas multis locis ſcripſit EVSTACHIVS.

Arteriae capſulares ſupremae a Phrenicis ſunt, in dextro & ſiniſtro latere, tum a trunco, tum a diviſionis ramo transverſali ortae not. 1. & nunquam, quantum video unica, ſed duae in *it. a. a. g. g.* & tres, & quatuor, & plures adſunt, quarum aliquae in capſularum ſuperficie manent, aliae, uti modo dixi, in adipem exeunt ib. E. vel etiam ex uno trunco, & ſuperficialis & profundus ſive poſterior ramus prodit. Hae inprimis adipi ſupremi renis, poſterius poſito, proſpiciunt. Has, a phrenica ortas, capſulares habet WINSLOW des arter. n. 173. Unicam RVYSCHIVS *Theſ. Anat.* VII. n. 8. Saepe vero a Phrenicis ait oriri capſulares LIEVTAVD p. 492.

Arteriae capſulares mediae (p. r. s.) ab aorta proveniunt, inter phrenicas & renales, nonnunquam etiam ſub renalibus, una, duaeve ab utroque latere. Ex aorta provenire cum aliis varietatibus recenſet VERHEYENIVS p. 372. & T. XII. f. 1. ſiniſtram ab aorta ortam facit: ſic omnino GARENGEOTVS *ſpanchnolog.* Tom. II. Tab. ad p. 79. & ad p. 19. ibid. & VERDIER II. p. 354. Duas ex aorta MORGAGNVS vidit *Epiſt. Anat.* XX. n. 5. Dixit etiam WINSLOW n. 218. pro varietate, & LIEVTAVD eodem modo, & BOVRDON apud PALFYN *Anat. Chir.* II. p. 247. Hae ſunt forte adipoſae, quae dederunt muſculis inferioribus ſepti HEBENSTREIT *de art. confin.* Harum anteriores aliquae ſunt, quales dixi, poſteriores frequentiores alias praeter capſulas adipi, alias etiam appendicibus ſepti ramos exhibent. Ab iſtis arteriis ſpermaticae arteriae nonnunquam oriuntur.

Sed nec rarum eſt, quando ex Coeliaca proveniunt *T. art. Coeliac.* 1. vel dextra, vel ſiniſtra, vel utraque. Hujusmodi arterias etiam MORGAGNO videre contigit l. c. & WINSLOWO n. 118. & D. LIEVTAVD l. c. & PETSCHE diſſ. cit. n. 49. Ab iſtarum mediarum dexterioribus ramulos ad duodenum & angulum dextri coli cum transverſo veniſſe vidi, & ad hepatis partem proximam cavae venae, inoſculatas hepaticis. Siniſtra vero in meſocolon, ubi ſiniſtrum cum transverſo coit, & in meſocolon etiam transverſum ſurculos dedit, & frequentius in lienis ſuperficiem.

Tertium genus eſt *infimarum*, quas renales producunt, duas, tres, incerto numero, & pariter alias in capſuſa manentes, alias ad adipem renalem excurſuras, circa ſuperiorem, mediam, & inferiorem partem, anteriorem, & poſteriorem. Ex iſtis circa venam cavam in lobulum hepatis & partem proximam poſticam dextram ramos iviſſe vidi, & cum hepaticis tum a coeliaca tum a phrenicis ortis conveniſſe. Alias ex capſulari a renali dextra orta ad ſuperficiem lobi dextri hepatis ſuperficialem, praelongum ramum vidi iviſſe. Vidi etiam ad diaphragma veniſſe, & dediſſe ſurculos phrenicis vulgo notis inſertos; ut SYLVA l. c. p. 93. & alii, & lumbalibus. Eaedem etiam capſulares a renalibus ortae ad meſocolon duodenum continens ſurculos dant, qui & ſpermaticis, & duodenalibus vaſis inoſculatur. Ad adipem porro, quos mittunt rami, cum ſpermaticarum ramo adipoſo, cum Ileocolica in caeco, cum ſpermaticarum ſurculis ab ovario ad peritonaeum adſcendentibus, cum ramis lumbalium ad peritonaeum, aliisque ad renis adipem datis, varie communicant. Denique & ipſae ſpermaticas non rariſſime generant.

Capſulares utrinque ex renalibus ortas pinxit EVSTACHIVS T. II. f. 1. & CASSERIVS L. VIII. T. 13. f. 1. in corrupta icone, cum dextrae neſcio quomodo quatuor tribuat radices. A renalibus etiam deducit utrinque D. de MARCHETT. p. 32. & RAUIUS p. 104. ſolasque admittit MOLINETTVS p. 302. & pro frequente fabrica deſcribit KVLMVS p. 83. & pro frequentiori LIEVTAVD p. 321. WINSLOW. n. 218. VERDIER l. c. IOHANNES VESLINGIVS ex renali utrinque depinxit ortas T. ad c. V. f. 2. T. ad c. VI. f. 1. T. ad c. VII. f. 2. & BOURDON T. cit. Dextram a renali ortam pingit VERHEYENIVS T. XII. f. 1. & GARENGEOT *ſplanchnol.* T. II. p. 97.

Rariores ſunt, quae ex lumbalibus, & prima imprimis, ad capſulam & adipem viſae ſunt venire. Hujusmodi originem VERHEYENIVS etiam vidit ex p. 371. & BOVRDON ap. PALFYN l. c. Aliquando a coronaria dextra ramus exit, qui & ſepto det tranverſo & capſulis.

Quotquot ſunt, ſolent inter ſe variis anaſtomoſibus coaleſcere, ut in unum ibi conveniant rami phrenicarum, coeliacae & renalium vaſorum. Omnes extus capſulae innatant, ne-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 168 sur 543

p Siniſtra capſularis poſterior prima. 4.)
q Appendicalis ex aorta.
ς Capſularis poſterior dextra.
r Siniſtra Capſularis poſterior altera ex aorta.
s Capſularis ſiniſtra anterior.
t Renalis ſiniſtra arteria. 5.)

u Ra-

que ut venae magnis truncis per ejus ventriculum decurrunt.

4.) *Venae* comites *capſularum arteriarum*, quantum ego novi, pauciſſimis varietatibus obnoxiae ſunt. Conſtanter enim fere vidi, dextram a Cava proveniſſe, omnium primam inter ramos ſub hepate ortos. Ita primus definivit, ſi attentius eum legeris GALENVS l. c. c. 8. & pingit in iconibus EVSTACHIVS T. I. f. 1. 2. T. II. f. 3. T. XII. f. 1. p. 61. Ita in icone habet IOH. VESLINGIVS T. ad c. V. f. 2. ad c. VII. f. 2. & de induſtria contra RIOLANVM D. de MARCHETTIS p. 532. deinde pro lege referunt HABICOT. Die II. Lect. IV. p. m. 58. & MOLINETTVS *diſquiſ. anat. pathol.* p. 302. & COWPER ad BIDLOO T. XLII. TYSON *Phil. Trans.* n. 142. LIEVTAVD p. 113. KRVGER *Anat. Theodidact.* p. 12. MORGAGNVS *Epiſt.* XX. n. 5. LIEVTAVD p. 325. BASS. *obſer. Anat. Chir.* p. 59. in obſervatione vero RHODIVS *Mantiſſ. Anat.* n. 34. & inter nuperos DOVGLAS *Phil. trans.* 308. VESALIVS, cui haec vena, propter ramos ad adipem renalem euntes, ignorata tunc capſula renali *adipoſa* vocatur, has origines convertit, ut dextram a Renali, ſiniſtram a Cava deduceret, cum manifeſto, eadem ratio, quae ſeminalem venam ſiniſtram ad emulgentem ducit, etiam capſularem eo jubeat redire, ne nempe minutior vena trans Aortam feratur, cum manifeſto metu conpreſſionis. Eum magnum virum totum ſeculum ſecutum eſt. Locus VESALII eſt L. III. p. 474. SYLVII *Iſagog.* p. 36. PAREI *Admin. Anat.* II. c. 25. VALVERDI L. VI. c. 9. p. 274. 275. VIDI L. III. c. 12. p. 123. PLATERI p. 109. SPIGELII L. V. c. 8. p. 172. (qui capſulae eam venam primus poſt EVSTACHIUM adſignat) C. BAVHINI p. 84. (qui capſulae pariter dare vidit) RIOLANI L. II. c. 24. p. 141. T. BARTHOLINI p. 184. ROLFINKII L. V. c. 27. p. 936. ISBR. a DIEMERBROECK L. VII. c. 6. p. 493. VESALIVS tamen & SPIGELIVS, & PLATERVS converſam hujus ſententiae admittunt, in nonnullis caſibus, ut ſiniſtra ex renali, dextra ex cava eſſet: Excuſationem aliam mea experimenta adferunt, cum ſemel a renali dextram unice ortam, quod ſaepiuscule ait ſe vidiſſe EVSTACHIVS p. 61. & ſemel & a cava & a renali totidem venas capſulares prodiiſſe viderim uti T. 2. f. 1. EVSTACHIVS pinxit, ubi duas capſulares dextras a renali, a Cava unam exhibet, in 2 vero figura unam a Cava habet, qualem VESLINGIVS dedit T. ad c. VI. L. 1. & CASSERIVS L. VIII. T. XIII. f. 1. & in ſermone LAVRENTIVS L. IV. p. 124. & DIONIS p. 238. & GARENGEOTVS p. 19. & WINSLOW n. 152. qui a renalibus etiam dextram adipoſam derivarunt. Poſteriorem vero a cava ad capſulam & adipem etiam diſtinctam fuiſſe vidi, uti duas ex Cava capſulares EVSTACHIVS deducit l. c.

Siniſtra vena Capſularis conſtantiſſime a renali ſui lateris oritur, neque exceptionem vidi, & paucas in libris legi. Vide icones EVSTACHII T. I. f. 1. 2. T. II. f. 1. 2. 3. T. III. f. 2. 3. SPIGELII L. VIII. T. X. f. 1. T. XI. T. XII. T. XIII. f. 1. dem c. 16. p. 66. & LEONCENAE figuram & aliorum. Dudum etiam hanc originem pro lege poſuit GALENVS, & D. de MARCHETTIS, MOLINETTVS, COWPERVS, MORGAGNVS, & alii ſupra citati. Siniſtram equidem ex Cava oriri MORGAGNVS vidit l. c. ſed in monſtroſo pene corpore. Ego ab ea capſulari ſiniſtram phrenicam ortam fuiſſe bis vidi, & in una obſervatione trunculus iſte a Cava, in altera ab Emulgente ortus eſt. Vaſa a ſuccenturiatis ad ſeptum transverſum habet RAU l. c. p. 107. & EVSTACHIVS p. 86. & T. I. f. 1. T. II. f. 1. 2. & phrenicam ſiniſtram cum capſulari uno trunco oriri pro perpetuo deſcripſit LIEVTAVD p. 325. Caeterum haec Vena ſulcum longitudinalem ſinumque capſulae ingreditur, & per ejus longitudinem nuda decurrit praecipuo trunco, nudosque per eam cavitatem ramos edit. Poros vero habere viſibiles cerae refutat injectio, quae nihil in caveam capſulae dimittit, niſi rupta ſit urgendo. Conf. COMM. BOERH. T. III. p. 250.

5.) In arteriis renalibus notum eſt, valde naturam ludere, etiam magis, quam in venis: non tamen unquam perinde raras fabricas reperi, ac EVSTACHIVS habet, qui ex Iliaca prodeuntem pinxit T. III. f. 3. f. 2. 3. aut STAEHELINVS noſter, qui ex hypogaſtrica in ſpecimine *Anat. Bot.* a. 1724. edito, ſi exceperis monſtroſum & unicum renem, quem in *fetus bicipitis* hiſtoria deſcripſi. In numero utique ludunt. Naturaliter utraque unica eſt, eaque non ad rectum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 169 sur 543

u Ramus adipoſus ex trunco.
w Arteria renalis dextra. 6.)
Φ Arteria capſularis dextra anterior ex renali.
Ψ Vena comes.
xx Arteriae ad glandulas lumbales. 7.)
y Arteria adipoſa dextra ex renali. 8.)

rectum angulum, ut vulgo ſcribitur, ſed ad ſatis inſignem, ſemirecto tamen minorem, deſcendit ex Aorta continuo ſub Meſenterica; Ita etiam MORGAGNVS confirmat *Epiſt. Anat.* l. n. 7. & in iconibus expreſſerunt EVSTACHIVS fere ubique, GARENGEOTVS & alii.

Ramis ſuis ſiniſtra, ut poſterior orta ſit, ante venam prope inſertionem ſe conflectit (t) quod etiam WINSLOWVS obſervat. Duas vero fuiſſe nunc omnino ſepties in commentariis meis reperio, etſi ſaepius me vidiſſe facile perſuadear, ſed neglexiſſe nimis frequentem varietatem: tunc vero ex ſuperiori capſularis, ex inferiori nonnunquam ſpermatica prodit.

Duas etiam ex aorta VESLINGIVS pinxit T. c. V. f. 1. & ſe vidiſſe refert VERHYEN p. 102. & alii.

Duas, ſed unam ex Iliaca EVSTACHIVS delineat T. III. f. 2.

Tres bis reperi, & tres etiam EVSTACHIVS, habet T. 3. f. 3. ut ima ex Iliaca ſit. Tres, quarum una a diviſione trunci, BARTHOLINVS vidit *Cent.* I. *hiſt.* 38. & tres etiam MOEBIVS *obſerv.* 7.

Quatuor ſiniſtras PAREVS (cum dextris tribus), quarum ima ab Iliaca, deſcribit *Admin. Anat.* II. c. 25. & quatuor etiam emulgentes ſiniſtras MOEBIVS l. c. & VESLINGIVS apud BLAS. *in ed. Syntagm.* p. 75. in not.

9.) In *dextra renali* arteria fere ſimilia obſervo: & ipſa naturaliter deſcendit, & longior ſiniſtra, (WINSLOW n. 214.) & unica. Obſervationes autem meae, in qua duas reperi, nonniſi quatuor nunc reperio, fere proxime ortas, ſemel tamen alteram in Meſocoliae vicinia natam.

Duas ex Aorta ortas habet SPIGELIVS L. VIII. T. X. & VESLINGIVS T. ad c. V. f. 2. ad c. VII. f. 2. & SAL. ALBERTI poſt orationes p. 162.

Duas, ſed alteram ex Iliaca EVSTACHIVS T. 3. f. 1. Tres ex Aorta omnes EVSTACHIVS T. 3. f. 2. Tres etiam vidit PAREVS *Admin.* II. c. 25.

Quinque omnino, quarum quarta ex Iliaca ſiniſtra quinta ex hypogaſtrica dextra prodiit EVSTACH. T. 3. f. 3. Geminatas arterias renum vidit FALLOPIVS *obſerv. anat.* p. 179. b. 180. & HARDERVS in apiar. p. 296. & RVYSCH. *Theſ.* V. n. 47. BEHRENS *Act. Uratisl.* 1732. *M. Jan.* LIEVTAVD p. 492. & alii. Tres quatuorve dixit renales PICCOLHOMINEVS p. 142. Tres apud FALCOBVRGIVM BLASIVS vidit

z Arl. c. Quatuor etiam emulgentes arterias ETTMVLLER *ad diſſ. inaug. Schuſteri*, & Cl. WEISS *de art. viſc. propr.* p. 16. Rationem vero duplicium arteriarum mechanicam, quam adfert Cl. HVNAVLD *Comm. Reg.* p. 382. 383. facile refutant experimenta. Duas enim tunc dicit adeſſe, quando in fetu una adfuit bifida, ſed valde brevis, & rami ita increverunt, ut truncus quaſi in punctum abiret. Subtiliter, ſed an explicat eo modo arterias renales ab hypogaſtricis ortas. An & eae communi trunco cum renali in primordiis prodierunt?

Rami arteriarum Renalium ſunt capſulares not. 4. adipoſae not. 7. ſpermaticae nonnunquam not. 8. uretericae ſupremae not. 10. Caeterum ſatis notum eſt, arterias ad ſinum renalem plerumque accedere, ut tamen ramus, aut truncus aliquis, non raro extra ſinum inferatur, in ramos vero findi majores duos, tres, prius quam ſubeant renem, in rene denique dividi in brachiatos ramos, qui inter tubulos pelvis exeuntes, diviſi, vicinis ramis vel omnino arcus perficiunt, vel certe ſatis prope ad ſe invicem accedunt, ut circumſcribant papillarum tabuloſam ſubſtantiam, & ſeparent a corticali.

Arcus notiſſimum eſt vulgo deſcribi & pingi ab EVSTACHIO *Tab.* V. VIEVSSENIO *nov. vaſor. ſyſt.* p. 161. Sed de venis qui concedit, negat de arteriis NICHOLSIVS *Praelect. Anat.* XVI.

Utrique verum viderunt, nam in eodem rene & deſunt arcus & adſunt. Ex eo arcu alii rami a convexitate exeunt in corticem, quem vocant, renis WINSLOW. n. 216. alii ex concavitate deſcendunt in papilarem ſubſtantiam.

Addo ramos iſtos, qui inter papillas exeunt, non raro directe ex renis corpore educi, & perforare ejus ſuperficiem, atque exire in adipoſam ſubſtantiam, quod ſaepe vidi.

7.) Arteriolae minores ex Aorta inter ſeptum transverſum & Iliacas plusculae proveniunt, incerto equidem numero, Comm. BOERH. III. p. 31. Prima aliquando ſub phrenica ad ganglion ſemilunare venit. Sub rene vero non paucae in glandulas lumbales exeunt, ibique & cum ſpermaticis, & cum ramis Meſocolicarum anaſtomoſes habent. De uretericis ſuo loco dicam.

8.) *Adipoſae* arteriae, quae renes involventem pinguedinem adeunt, multorum generum

ſunt

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 170 sur 543

2 Arteria ſpermatica dextra. 9.)
1 Adipoſa inde orta.
2 Ureterica ſuperior ex aorta. 10.)
3 Ramus adipoſus inferior major.
4 Ramus ad teſtem euns.
5 Sper-

ſunt. In ſuperiores, medias, inferiores eas nunc dividere viſum eſt, quarum ſuperiores & inferiores praeterea poſteriori etiam renum adipi rami dant, mediae fere anteriori.

Superiores oriuntur a capſularibus omnibus ſuperioribus not. 3. phrenicis nempe, aorticis, & a renalibus ortis, quarum, quae poſteriorem adeunt capſulae ſuperficiem, plerumque ad adipem exeunt, ſecundum marginem exteriorem Capſulae, earumque aliquae cum exteriori renis ora longe in adipe deſcendunt (E. u. 9.)

Alii ramuli a lumbalibus primis prodeunt ad ſummum renem, cum capſularibus, & ſpermaticis anaſtomoſes facientes.

Sed etiam ab undecima intercoſtali vidi ramum majusculum ex ſepto transverſo veniſſe in angulum, quem lien cum lumbis intercipit. Adiit is externam tunicam coli inteſtini, adipem renalem, peritonaeum, ligamentum lienis, & cum colicae pariter & capſularis arteriae alicujus ramo adipoſo communicavit.

Mediae adeunt mediam fere renis faciem, quam vaſa ingrediuntur. Eae tamen non raro vel per univerſum renem anterius diſperguntur, vel per inferiorem ejus partem: EVSTACHIVS T. XXV. Producuntur aliae ex renalibus (y) easque habet VESALIVS p. 491. EVSTACHIVS l. c. VERHEYEN T. XII. f. 1. BOVRDON l. c. RAV p. 104. GARENGEOT. II. p. 97. Has vidi longe per peritonaei ſuperficiem ad os Ilium usque deſcendiſſe, inoſculatas ſpermaticarum & lumbalium ramulis. Alias hujusmodi arteriola comes ſpermaticae, tamquam ſecunda ſeminalis longe deſcendit in funiculo ſpermatico. Aliae ex ſpermaticis veniunt, (6. 1.) quarum primus ramus (primive) non longe ab ortu medium adipem renis adſcendit. Haec eſt ea arteria ſpermatica, quam in adipe conſumtam vidit IDO WOLF *obſerv.* p. 64. & hujusmodi adipoſas habet WINSLOW III. n. 220. *tr. des arter.* & forte LIEVTAVD p. 493. Denique ex aorta infra renales, exeuntes ad adipem, glandulasque magnis vaſis circumpoſitas varie diſtributae viſae ſunt.

Ima adipoſa perpetuo prodit a ſpermatica (7. 3.) poſtquam imum extremum renis adtigit. Ibi enim & arteria & vena memorabilem ramum & paulo trunco minorem edit, circa exteriorem circumferentiam renis adſcendentem, & cum ſuperioribus adipoſis inosculatum. Eadem cum ileocolicae ramis poſticis multis locis communicat in caeci ſede, & cum aliis inferioribus ſpermaticae ramis.

Vidi etiam duas hujusmodi adipoſas ex una ſpermatica, ſed id rarius eſt. Iſtam arteriam adipoſam habent VESALIVS L. V. f. 20. LOESEL *de off. ren.* p. 10. BOVRDON l. c. VERHEYEN l. c. p. LVDOV. RIPA in iconibus, DOVGLAS l. c. BIDLOO T. XXXXII. & alii.

Sed etiam lumbalis tertia ad imum renis adipem non raro ramulos mittit ſurſum & poſterius, in occurſum ramorum, qui ex renalibus & capſularibus deſcendunt.

9.) Ad ſpermaticarum arteriarum originem variabilem hic unice obſervationes meas proprias ex triginta cadaveribus adferam, ut confirmem, quod ad BOERHAAVIVM ſcripſi, eſſe nempe variabilem.

Ex aorta utramque ortam fuiſſe, obſervavi decies octies. Inaequabili autem modo prodiiſſe ut ſiniſtra altior eſſet ſexies, atque tunc ſiniſtra, poſtquam adſcenderat, ter circa venam emulgentem, ſemel circa azygam conflexa, unco facto, deſcendit. Bis dextra inſigniter altior prodiit. In reliquis altitudo parum diverſa fuit. Porro ex capſulari arteria ſiniſtra prodiit ſexies. Ex renali eadem ter.

Siniſtrae ſpermaticae duae fuerunt, cum dextra una a renali, altera ab Aorta oriretur bis, ut una a capſulari altera ab aorta exiret, ſemel.

Semel ſiniſtrae duae fuerunt, & totidem dextrae, ut duae ſuper renales, communi cum capſularibus trunco, ſub iis vero duae aliae arteriae vicinae Meſocolicae prodirent, omnes ex Aorta.

Dextra a capſulari bis prodiit.

Dextrae bis duae fuerunt, cum unica ſiniſtra: ſemel una a renali altera ab aorta ſemel utraque ab Aorta. Duae cum duabus ſiniſtris, uti dixi, ſemel.

Spermaticae caeterum arteriae ramos hic non proſequor, quos vide in *Comm. Boerh.* T. V. P. I. p. 275. 298. & in iconibus arteriarum pelvis. Adipoſam priorem medii fere renis regionem perambulantem, dixi not. 8. inferiorem ad imum renem not. eadem. Arteriolas ad ureterem continuo dicam. Ramulos ad duodenum, & Meſocolon dixi p. 48. ad Meſentericarum arteriarum hiſtoriam. Ramuli denique introrſum ad glandulas lumbales euntes, ibi cum aorticis arteriolis, not. 7. & cum meſocolicis anaſtomoſes habent.

10.) Vaſa haec, ob parvitatem fere omiſſa, dicta p. 31, *Comm. Boerh.* T. III. ſunt hujusmodi.

Cum

5 Spermatica ſiniſtra.
6 Adipoſae inde ortae.
8 Ramus ad teſtes.
9 Adipoſa ex capſulari poſtica orta.
10 Arteria Meſenterica inferior.
11 11 Iliacae communes.
12 12 Externae.
13 13 Internae.
14 14 Epigaſtricae.
15 Sacra arteria.
16 Ureterica ſiniſtra.
17 Arteria ureterica dextra inferior.
18 Vena ſacra.
19 Vena Capſularis dextra.
20 Vena renalis ſiniſtra. 11)

21 Ca-

Cum praelongus ſit canalis, habet plurium generum arteriolas. Supremae, ad pelvim, partemque reni proximam, ſunt ex renalibus fere, ſaepe etiam adipi communes. Vidi a capſularibus fuiſſe, & frequentius etiam a ſpermaticis.

Mediae vel ab Aorta veniunt, vel ex magnis truncis Iliacis. Ab Aorta nempe, proxime ubi finditur, una (2), vel duae dextra & ſiniſtra, prodeunt quae longulae, ad mediam partem ureteris, incumbentem Iliacis vaſis, ramos dant, & ſurſum, ad renalium ſurculos, & deorſum, ad hypogaſtricarum propagines continuatos.

Sed hi rami aeque frequenter vel frequentius ab Iliacis proveniunt, in glandulas lumbales ſurſumque verſus renem propagatae: Prodeunt autem modo a communi Iliaca (16.), modo ab hypogaſtrica haud longe ab ejus origine (12.). Eſt ubi ex Umbilicali, prima omnium vaſorum ab ejus a magnis ramis pelvis diſceſſu prodierunt. Dant & deorſum in pelvim & ſurſum longe ſurculos per ureterem, tum peritonaeo pelvem veſtienti, glandulis conglobatis pelvis &c. Medios tamen, ad imum renem, etiam a ſpermaticis prodiiſſe vidi.

Imae uretericae una utrimque, quae circa inſertionem ureterum in veſicam oriuntur, conſtanter veniunt ab arteriis imis veſicalium in viris, quae eaedem veſiculas ſeminales perreptant, in feminis vero ex magnis arteriis uterinis. Eae ſurſum euntes cum mediis communicant. Dixi p. 421. COMM. BOERH. V. P. I. & in vaſis pelvis depictas dabo.

11) Venarum renalium varietates mihi rariores videntur, quam arteriarum. Quater tantum reperio duas dextras me reperiſſe, & ſemel, dextrarum ſuperiorem dediſſe capſularem ſui lateris. Brevem caeterum & reconditam magis eſſe eam dextram, & ramum vix ullum edere, qui reni non accedat, & raro azygae ramum recipere, alibi dictum eſt. Eadem magis quam ſiniſtra deſcendit, vide CHESELDEN l. c. T. XXII. & monentem FANTONVM *Diſſert. Anat. renov.* p. 312. & c. BAUHINVM p. 74. VESALIVS & EVSTACHIVS recte obſervant, altitudinem renalium vaſorum ſibi non ſatis reſpondere, ille p. 474. hic *de renib.* c. 15. p. 60. quod ita intelligendum eſt, ut plerumque, uti ren dexter ſiniſtro, ita haec vena ſua ſodali ſit humilior.

Deinde ſimplices quidem plerumque fecit renales utrinque EVSTACHIVS T. I. f. 1. quae eſt T. XII. f. 1. T. I. f. 2. quae eſt, quod ad vaſa T. XII. f. 3. & cujus ren ſiniſter repetitur T. XIII. & T. XXV. tum T. I. f. 3. quae eſt T. XII. f. 7. & T. II. f. 1. 2. 3. Simplicem etiam, uti quidem naturaliter eſſe videtur, CASSERIVS pinxit L. VIII. T. X. f. 1. & T. XI. XII. XIII. & VESLINGIVS T. ad c. V. f. 1. Dextras duas ſiniſtram unam EVSTACHIVS T. II. f. 1. T. III. f. 2. quae eſt f. 12. T. XII. VESLINGIVS T. ad c. V. f. 2. T. ad

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 172 sur 543

21 Capſularis ſiniſtra ex renali.
22 Adipoſa ex eadem. 12)
23 Spermatica ex eadem. 13)
24 Renalis dextra prima.
25 Secunda.
26 Spermatica inde orta.
27 Adipoſa ex eadem.
28 & ex Cava.
29 Veſicae apex.

30 Ura-

c. VII. f. 2. T. BARTHOLINVS *Cent.* I. *hiſt.* 38. Tres dextras ſiniſtram unam EVSTACHIVS T. III. f. 1. quae eſt f. 9. T. XII. SALOM. ALBERTI ic. poſt orationes p. 162.

Tres dextras ſiniſtras quatuor PAREVS L. II. c. 25. Tres dextras & ſiniſtras duas EVSTACHIVS T. III. f. 3. ſive T. XII. f. 12.

In univerſum geminatas arterias venasque renales vidit jam citatus FALLOPIVS *obſ. anat.* p. 197. b. 180. HARDER *in apiario* p. 296. & duplicem & triplicem venam renalem ſe obſervaſſe ſcripſit LAVRENTIVS L. IV. c. 5. p. 125. & RIOLANVS L. II. c. 24. p. 141. qui recte addit id in dextro latere frequentius eſſe, & ROLFINKIVS p. 937. & KVLMVS p. 89. Dari duas, etſi frequentius una ſit, DIEMERBROECKIVS p. 493.

Siniſtra vena renalis valde conſtans, magna, praelonga (COWPER l. c.) fere transverſa vel parum inclinata, ut in hac icone, trans Aortam migrat, in qua nullam memini me vidiſſe varietatem, vide adeo p. 207. 208. ad *Comm. Boerhaav.* III.

Ramum inter Cavam & Emulgentem communicantem pingit LEONCENA l. c. Quid denique verum ſit in ſplenici rami inſertione in emulgentem, dicta RHODIO in *Mantiſſ. Anat.* n. 28. vel tribus ramis a vena Emulgente ad lienem euntibus IACOBI SYLVII in *Iſagog.* p. 70. hactenus ignoro.

Si plures auctorum locos deſideres vide p. 207. 208. *Comm. Boerhaav.* T. III.

12.) Adipoſarum venarum nullam certam legem novi. Dextra oritur vel ex Cava vena ſuper renales (ubi propria literula omiſſa eſt) vel infra eas ad diviſionem uſque Cavae (28). Vel ſola ex Cava prodit ut EVSTACH. T. f. 1. vel capſulari conjuncta, EVST. p. 61. T. I. f. 2. T. II. f. 1. 3. Vel ex renali dextra oritur, unde venam ad peritonaeum reni vicinum atque duodeni partem transverſam ſecundam euntem vidi. Habet etiam adipoſam ex renali dextra ad totum renem ſolam EVSTACHIVS p. 61. T. II. f. 1. & f. 2. A ſiniſtra renali etiam vidi oriundam, vel ſolam, EVSTACH. T I. f. 1. T. II. f. 1. ubi duas pingit T. II. f. 3. cum ſpermatica conjunctam EVSTACH. l. c. p. 61. c. BAVHIN. p. 74. vel junctam cum capſulari, ut EUSTACHIVS T. I. f. 1. T. II. f. 1. 2. 3. aut phrenicae alicui inferiori EVST. T. II. f. l. c. BAVHIN. *theatr.* p. 205. A renalibus adipoſas deducit D. de MARCHETTIS c. 5. p. 30. & WINSLOW III. *tr. des vein.* n. 152. BOVDON. l. c. KVLMVS p. 89. qui cum phrenicis communicare addit. Ex azyga adipoſa cariori ſpectaculo viſa eſt ADAMO KVLMVS *Bresl.* 1720. p. 327. A ſpermatica vena & eodem fere cum arteriis loco (27.), adimum renis adipem etiam cum arteria ramus venit not. 8. & EVST. T. II. f. 2. LOESEL l. c. WINSLOW n. 155. conf. p. 201. Comm. Boerh. T. III. & LIEVTAVD 524.

Caeterum hujusmodi adipoſae venae in eodem corpore plures conjunctae adſunt, magis tamen in dextro latere a Cava, in ſiniſtro a renali. Reliqui praeter EVSTACHIVM veteres fere confuderunt cum Capſularibus.

Uretericae a renalibus, ſpermaticis, & hypogaſtricis perinde (prope 15.) oriuntur, & anaſtomoſes inter renales & Iliacas faciunt.

13) Spermaticarum venarum origo non quidem penitus conſtans eſt. In dextra quidem vena inter copioſiſſima exempla has tantum varietates reperi. Semel communi trunco cum capſulari prodiit. Semel ex dextra renali non ex Cava orta eſt. Duae fuerunt & ex Cava ſemel. Duae quarum una ex Cava altera ex renali ter. Tres dextrae, & una ex ortu renalis, duae ex Cava ſemel. Quando vero plures ſunt venae unius lateris, eae aliquando cito confluunt in unum truncum, alias longe parallelae & diſtinctae incedunt, in corpore tamen pampiniformi confunduntur. Sed vide Vol. V. *Comm. Boerh.* P. I. p. 276. *ſqq.*

In ſiniſtro latere ſemel tantum duas ſpermaticas venas & utramque ex renali ortam reperio me inveniſſe, aliquoties vero conjunctam ſperma-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 173 sur 543

30 Urachus. 14)

31 Arteriae umbilicales.

32 Omiſſa caſu in tabula vena adipoſa ex cava orta, comes arteriae capſularis, quae ex renali venit.

ſpermaticae venam ſine pare, neque quidquam invenio, unde cum D. LIEVTAVD concluderem, in ordinaria fabrica ſpermaticam ſiniſtram venam in capſularem inſeri p. 514. Hiſtoriam alibi dabo. Ramos autem adipoſos ſuperiores comites arteriarum, not. 12. inferiores ibid. uretericos, ad peritonaeum, eosque copioſiores, ad duodenum denique, perinde, ut arteriae, edunt.

14) Ad urachi hiſtoriam addere liceat, quae poſt meos in BOERHAAVIVM commentarios V. P. I. p. 368. in aliquot corporibus, tum tenerorum fetuum, tum maturorum reperi. Vagina circumpoſita uracho, orta a fibris externis veſicae, conſtans eſt, & magnam partem molis urachi efficit. Sed cito major pars fibrarum recedit, & ad arterias umbilicales divergit, quibus ſuperſternuntur, hinc ſuperior & umbilico propior pars urachi gracilior eſt. Intra eam nunc vaginam, reperio canalem verum, liquido pellucido & gelatinoſo plenum, variabili diametro, qui ſatis facile ſetam tenuiorem recipiat, & in veſica minuto oſculo, neque ſemper viſibili, aperiatur, in quod tamen bis vel ter ſetam ad ſex omnino lineas introduxi. Diſſectus canalis limpidam gelatinam ſtillat. In umbilicali funе per uncias aliquot eum perſecutus ſum, donec neſcio quomodo in filamenta extenuatus & arteriis umbilicalibus adhaerens evaneſcat, ut ultra perſequi nequeas.

©BIU Santé



TABULA ART.
PHARYNGEAE

C.J. Rollenius M.D. del. ad nat.

G.D. Hamann Grav. de la Cour de S.M. Brit. et de l'Univ. de Gottingue.

©BIU Santé



TABVLA ARTERIARVM FACIEI

C.J. Rollenus. M. Dr. del. ad nat.

G.D. Heumann. Grav. de la Cour de S.M. Brit. et de l'Univ. de Gottingue.

©BIU Santé


ARTERIAE ANTERIORES PECTORIS INTERNI.
Kaltenhofer fc. et del. ad Nat. Gott.

©BIU Santé

FIGURA I.



FIGURA II.



TABULA BRONCHIALIUM VASORUM.

J. P. Kaltenhofer del. Gott.

G. D. Hamann Grav. de la Cour de S. M. Brit. et de l'Univ. de Gottingue.

©BIU Santé



©BIU Santé



ARTERIARUM RENALIUM TABULA.

J. D. Kaltenhofer del. et fc. Gött.

F.M.P.

ICONUM ANATOMICARUM
PARTIUM
CORPORIS HUMANI
FASCICULUS IV.

Foramen ovale, Nares internae et Vaſa pelvis.

AUCTORE
ALBERTO HALLERO
PHÍL. ET MED. D. MEDIC. ANAT. BOT. CHIR. P. P. O.
ARCHIATRO ET CONSIL. AUL. REG. ET ELECT. SOCC. REGG. ANGL. SVEC. ET UPS. SOD.
REIPUBL. BERNENSIS IN SUPREMO SENATU DUCENTUM VIRO.

GOTTINGAE,
TYPIS ABRAMI VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.
MDCCXLIX.

ALBERTVS HALLER D.

AD

ANATOMICAS PRAELECTIONES HYEMALES

ANNI MDCCXXXXVII.

EXEVNTIS ET INEVNTIS

MDCCXXXXVIII.

CARISSIMOS SODALES

INVITAT.

DE FORAMINE OVALI ET VALVVLA EVSTACHII.

OBSERVATIONES ADDIT.

LECTORI CANDIDO

S.

Decimus annus effluxit, & quod excurrit, ex quo de Valvula EVSTACHII *ad primas fere diſſectiones theatri noſtri ſum praefatus. Cum officii ratio juberet eosdem labores anatomicos programmate indicare, non credidi inutiles futuras obſervationes, quibus aliqua in deſcriptione foraminis ovalis corriguntur, ut facilius omnis ab* HARVEIANA *ſententia depellatur objectio. Si vero de nupero opuſculo diſcipuli mei, deinde amici, inde ut video aemuli, aliqua videntur valde diſcrepare, non magis dolori meo veniam dabis* AEQVE LECTOR, *quam vero, quod tueor a tumultuariis illis deſcriptionibus & cogitationibus. Et quidem, qui haec omnia propius viderunt, magis patientiam meam mirabuntur, quam voces eas, quas invito extorſit injuſtus per tot annos in veterem praeceptorem, amicum, promotorem animus. Aluit autem eam patientiam conſtans, quam ab ejus hominis diſceſſu, ex florente Theatri anatomici ſtatu, & ex perpetuis incrementis medicae facultatis percepi, laetitia. Dedi XIX. Februar. MDCCXXXVIII.*

FIGVRA

FIGVRA PRIMA

PVELLAE PAVCORVM DIERVM COR ET FORAMEN OVALE

De induſtria relictum in ſitu corpuſculum, & hepar, ne quidquam ſitu moveretur. Sed inde factum eſt, ut a trahente pondere hepatis foramen ovale paulo longius & anguſtius factum ſit ſolito, & ſummus ille hiatus adpareat, quod vix unquam extra hanc ſitus conditionem vidi factum.

A Cor obiter pictum, reclinatum, & faciem inferiorem dimidiam oſtendens.
B Hepar.
r Diaphragma.
C Vena cava inferior.
D Oſtium venae Coronariae magnae 1.)
E Sinus dexter apertus, proxime venas hepaticas.
F Valvula 2.) foraminis 3.) retro iſthmum conſpicua.
G Iſthmus

1.) Valvula lunata, perpetua, in plurimis experimentis hoc loco reperitur. Si vero malis vocare marginem intra aurem dextram productum venae magnae cordis, perinde quidem erit, dum ſis memor, valvulam Coli nihil aliud eſſe, quam productum in caveam Coli inteſtini ileon. Addo obſervatum eſſe ab ILL. MORGAGNO, eam valvulam nonnunquam, ut EVSTACHIANA, & Aortae valvulae, reticulatam repertam eſſe, Ep. XV. n. 20.

2.) *Valvulam* adeſſe negabat omnino MERYVS, quod in rem ſuam non faceret ea vox, & conſentit cum MERYO, chirurgo, GARENGEOTVS *Splanchnol.* Ed II. T. II. p. 140. ut ſolam futuri ſepti materiam eſſe ſcribant, quae olim VESALII fuerat conjectura *exam. obſerv. fallop.* p. 92. b. Contra MERYVM erudite, ut ſolet, dixit I. B. MORGAGNVS *Epiſt.* XV. n. 46. Poſſis excuſare MERYVM, qui foramen ovale dixit eum ipſum hiatum, quem ſuper valvulam eſſe credebat, & cui, ex ea hypotheſi, omnino non praefigitur valvula, cum ea infra hiatum ponatur. Verum ea explicatio non ſatis vera eſt, ut in nota 6. adparebit. Adeo enim alta eſt haec valvula, & adeo ſupra iſthmum in ſiniſtro latere producitur, ut omnino reſiſtat ſanguini, qui a ſiniſtris ad dextra conatur tranſire. Valvulam vero, niſi fallor, membranam vocamus, quae fluidi cujuscunque iter ſecundum unam directionem admittit, ſecundum contrarium iter adventuro reſiſtit eadem. Ita vero ſe habere levi, ut videtur experimento confirmatur. In corde cum pulmonibus conjuncto inpellatur

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 184 sur 543

G Iſthmus Vieuſſenii 4.) ſive *annulus foſſae ovalis.*

H Hiatus

aër a ſinu dextro per ovalem meatum, ſubibit facile, depulſa valvula. Idem reſidebit in ſinu ſiniſtro, cum effugium non inveniat, expellet valvulam ovalis foraminis in dextrum ſinum, ut inflata turgeat, manifeſto indicio, fluidum ex ſiniſtro ſinu in dextrum viam non reperire. Ea vero fabrica, quae aërem excluſit, ne in dextrum ſinum rediret, perinde obſiſtit ſanguini. Hoc experimentum, quod ab anno 1742. ſaepe feci, video deſcribi a Cl. CROESERO diſp. de *trans ſang. per for. Ov.* Groningae 1735. habita p. 8. 9. Conf. LIEVTAVD *Eſſ.* p. 375. TAVVRY *de la Generat.* p. 190. DUVERNEY *Mem. de l' Acad. des Sc.* 1725. p. 36. Qui vero ſtylum a ſiniſtro latere inpulſum negaverunt ſuſtineri a valvula, & affirmarunt valvulam ab eo ſtylo dextrorſum inpelli, ii non ſatis naturalem ſitum videntur conſervaſſe.

3.) Ne in vocibus ambiguitas ſuperſit, *ovalem foſſam* vocabimus totam eam partem ſepti aurium, quae inter iſthmum eſt & imam partem valvulae ovalis. Nomen non malum viſum eſt cum omnino ovalis ſit, & foſſam dicere licebit, quae retro iſthmum iſthmique columnas, & in fetu, & in ipſo adulto homine, recondatur, ut infra planitiem venae Cavae utriusve depreſſa ſit. Vide icones noſtras f. 5. F.f. 8. F. Ita in melioris notae iconibus paſſim repraeſentatur. Et integra quidem foſſa, pingitur apud VIEVSSENS *du Coeur.* T. II. f. 1. qui *foſſam venae Cavae* dixit, (non tamen ſatis depreſſa) apud VIRVM ILL. c. 1. TREW *de fet. & adult. diff.* f. 10. COWPERVM *Myotom.* T. XVII. f. 1. Aperta vero & foramine pervia T. VI. f. 14. apud H. FABR. ab AQVAPENDENTE *de form. fet.* A. LAVRENTIVM *hiſt. An.* p. 263. f. 3. R. BESLERVM *de Uter. admir. fabr.* T. V. f. 3. Aliae icones paulo nimis planae ſunt, ut VIEVSSENII *du Coeur.* T. II. f. 1. T. X. f. 1. & F. XI. f. 1. ubi nimis exigua, T. XII. f. 1. ubi enormis pingitur, ex morbo. Eſt autem, ut recte obſervavit vir clar. c. 1. TREW, eo poſterior, & depreſſior, quo ſuperior l. c. f. 10. &c. In latere dextro anguſtior eſt, quae ibi ab iſthmo limitetur. Sed a ſiniſtro eadem latior omnino iſthmo eſt. Latiorem in ſiniſtro latere jam ILL. TREWIVS vidit p. 72. Ibi ergo ad dextram ſedem inprimis columnae dextrae annuli carnoſi producta, in ſiniſtro latere paulo minus quam is annulus latior, aliquantum tamen in parte ſuperiori trans eum annulum eminet. Ita expreſſi f. 3. linea punctata. In figura vero 2. utrinque eminebat. Frequentius tamen in dextro latere latior eſt columna annuli.

In adulto homine haec foſſa modo levis eſt, modo in inferiori parte reticulata (f. 8. F.) modo undique, quod quidem frequenter reperio. Levem pingunt COWPERVS *Myotom.* ILL. TREW, f. 25. 26. 60. LE CAT *Phil. Tranſ.* n. 460. & alii. Quoties reticulata eſt, toties videtur magnum conatum ſanguinis a vena Cava contra valvulam nitentis fibras ejus ſeparaſſe, & reticulatam, ut in EVSTACHII valvula, fabricam induxiſſe: quem deinde inpetum ſuſtinuit altera poſterior lamina, ad ſinum pertinens ſiniſtrum. Duplex nempe lamina omnino eſt, quae foſſam ovalem, vel valvulam in fetu perficit, neque a ſolo oritur ſiniſtro ſinu, ut minime vere ſcribit HVBERVS in ſuo de *for. ovali* programmate n. 11. Valde enim manifeſtum eſt, a dextri ſinus membrana perinde produci: ut flatus inter utramque laminam inpelli poſſit. A ſepto continuari ſinuum recte I. B. WINSLOW *Comm. Acad. Reg. ſcient.* 1725. p. 262. & ab utraque membrana SENNAC. p. 307. *in Heiſterum.*

4) Vocabulum *Iſthmi* ſatis incommodum videtur, quo terrae tractus inter duo maria eminens intelligitur. Quare nomen inponere viſum eſt aptius, ni fallor, etiamſi non perfectus annulus ſit, & in parte ima deficiat. Nam etiam tympani annulus ſuperius deficit. Hoc autem alterutro nomine intelligitur tumor, qui in ſinum dextrum circa foſſam ovalem prominet eſt. Superius, ſuper valvulae oram ſuperiorem & anteriorem, arcum refert circularem. Ex eo arcu duae columnae deſcendunt ROVHAVLT *oſſerv. fiſ. med.* p. 66. & *reponſe a* M. WINSLOW p. 8. &c. Earum dexterior levior, minus eminens, rectior eſt, & paulum introrſum deſcendit. *Siniſtra* craſſior, validior, inter aurem & foſſam ovalem, eminet, &, poſtquam eduxit EVSTACHII valvulam, fine paulum introflexo plerumque deſinit, ut ſaepe non magno intervallo ab ima dextra columna diſtet. Tumentem ad naturam expreſſit pictor f. 8. G. G. Deinde ſiniſtram columnam majorem, dextram breviorem f. 5. G. In toto annulo fibrae ſunt carnoſae, quae ejus directionem ſequuntur. Haec eſt procul dubio *ſtriga cartilaginoſa in medio venae Cavae eminens* HIGHMORI *diſquiſ. anat.* T. XII. f. 3. etſi rudis omnino ſit icon. Haec *carnea fibra*, quae ſanguinem ad dextrum ventriculum divertere cogit apud VIEVSSENIVM *tr. de remot. & prox. princip.* valde incommode picta T. VI. l. c. p. 128. 129. Meliora ſunt, quae de eodem iſthmo habet MERY *de la circul. du ſang. dans le fetus* f. 6. 7. 8. vbi vocat *partie ſuperieure de la Cloiſon*, ſed nimis brevem pingit, & unice lunatum. Haec *vitta muſculoſa* eſt LANCISII *de corde & aneuryſm.* p. 108. editionis ultimae. Haec denique nova valvula in oſtio venae Cavae ſuperioris a B. ALBRECHTO deſcripta in Paraeneſi. Pingit etiam TREWIVS f. 20. &c. In poſteriori opere VIEVSSENII, ubi iſthmum vocat p. 37. variis locis pictum dedit, T. II. f. 1.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 185 sur 543

H Hiatus apertus in parte ſuperiori *foraminis ovalis* 5.)

Figu-

f. 1. T. IV. f. 1. Sed etiam in vetuſtis iconibus veſtigium aliquod ineſt, ut in f. 14. T. VI. H. FABRICII l. c. & T. X. f. 23. in f. & f. 24., & BESLERI icone. Utilitatem ſi requiras, perſuadeor craſſum hic & carnoſum anulum factum eſſe, ut egregie adjuvet actionem valvulae ipſius ovalis foraminis, dum ipſi reſiſtit, ne cedat, quando ſinus ſiniſter valide contractus ſanguinem contra valvulam inpellit. Tunc enim ora valvulae utraque iſthmum invenit, qui ejus conatum ſuſtineat, ut nullo modo dextrorſum poſſit cedere. Hanc utilitatem etiam D. BVSSIERE propoſuit in *lettre a* M. MERY p. 31. & alii. Deinde firmat ſeptum ſinuum, ut firmior ſit ea pars, cui adnectuntur cornicula valvulae foraminis ovalis. Denique omnino videtur etiam ſanguinem venae Cavae ſuperioris avertere a foramine ovali, & ad aurem dextram determinare, & amovere a ſanguine inferioris Cavae. Fibras autem muſculares crediderim deprimere partem ſuperiorem foſſae ovalis, & adducere latera, atque adeo in univerſum conſtringere hiatum ovalem, efficere ut major pars valvulae retro iſthmum & retro ſeptum ſinuum ponatur, & eo ipſo facere, ut actio vehemens conſtricti ſinus ſiniſtri minus contra valvulam poſſit. Ita etiam ipſe MERYVS vidit *de la circul.* p. 31.

5.) *Foramen ovale* notiſſima & vetuſtiſſima res eſt, a GALENO, ut nemo ignorat, recte deſcripta *de util. part.* L. XV. c. VI. minus vero bene tradita a nonnullis magnis viris, ut a VESALIO, & ARANTIO, ſed in liquidum conſtituta a I. B. CARCANO, cujus rariſſimus libellus nunc ad manus eſt. Sunt tamen nonnulla, quae videntur non inutiliter moneri poſſe. Vulgo nempe in omnibus figuris ita depingitur foramen ovale, tamquam inter valvulae ſuae exſciſſionem inferius poſitam, & inter iſthmum ſuperiorem interciperetur, atque adeo contineretur duobus contrariis lunatis marginibus ſe decuſſantibus, iſthmi nempe columnis deſcendentibus, & adſcendentibus corniculis valvulae. Ita paſſim deſcribitur & ſerio pingit MERYVS l. c. f. 4. 5. 6. 7. & hujusmodi ſunt, quantum memini, omnes figurae mihi notae, eo magis equidem excuſabiles, quod non facile foramen aliter poteſt exprimi. Ita certe Vir egregius TREWIVS infra iſthmum depinxit parvum. & naturali proximum foramen f. 10. quale etiam expreſſit IOHANNES PALFYN in *deſcript. Monſtri* T. IV. f. 2. quale etiam oſtiolum in f. 2. mea expreſſi; non quod adpareret rebus immutatis hiatus, ſed quod expediret ad intelligendum ſermonem paulum detrahere valvulam. In aliis iconibus hiatum Cl. TREWIVS majusculum fecit ut f. 20. maximum vero valde detracta a ſiccitate valvula f. 11. 12. 13. 14. Similes ſunt, & juſto patentius oſtium faciunt icones A. LAVRENTII, p. 263. f. 3. H. FABRICII ab AQVAPENDENTE, l. c. BESLERI, MERYI l. c. f. 4. 6. &c. cujus foramina *ovalia* ob ſiccitatem juſto patentiora pingi ne WINSLOWVS quidem diffitetur *Mem. de l' Acad. 1725. p. 264. 269.* neque ROVHAVLT *reponſe* p. 76. HVBERVS autem non in icone, in qua nonnunquam pictoris in gratiam ſitum oportet mutare, ſed in deſcriptione nupera, valvulam intercipi dicit inter deſcendentia iſthmi cornua & adſcendentia valvulae n. 10. Verum ego in numeroſis nunc cadaveribus, repetitis experimentis didici, non ita ſe habere, neque foramen ovale inter iſthmum ſuperiorem & valvulam inferiorem poni, ſed ita adparere, uti dixi, eo certius, quo minus cor a ſitu ſuo remotum, aut quidquam in partium habitu turbatum fuerit. Valvula enim, ut continuo dicetur not. 6. adſcendit in maturo fetu, & in ipſo jam ſeptimeſtri, & ſemeſtri embryone, ita alte, ut ejus pars ſuperior retro iſthmum ſit, neque omnibus partibus ſibi relictis ullum foramen adpareat. Unice via eſt, quae oblique ſurſum ducit, inter iſthmi faciem poſteriorem, & anteriorem valvulae. Obliquus ergo hiatus eſt, non foramen, cum ſolidae partes partibus ſolidis opponantur. In tenerrimo vero fetu, ſed ne ad ſextum quidem menſem usque, utique foramen eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 186 sur 543

FIGVRA II.

Cor pueri trimeſtris a parte poſteriori ſpectatum, & ita directum, ut valvulae [6.] foraminis ovalis tota latitudo pateat. Ita factum eſt, ut magis, quam oportebat, perpendicularis videatur, & hiatus adpareat, qui in corde in ſuo ſitu [7.] relicto non eſt conſpicuus.

A

6.) *Valvulam foraminis ovalis* jam utiliter deſcripſit GALENVS l. c. ejusque verum officium vidit. Deinde nuper, cum valde de his partibus litigaretur, accuratius deſcripta eſt. Ergo membrana partis ſinus ſiniſtri imae & dexterioris ſuper venae Cavae inferioris inſertionem adſcendit, conjuncta cum membrana ſinus dextri ſibi parallela, & intervallum columnarum iſthmi replet. Id ſucceſſive fit. In fetu valde tenero, omnino confirmo obſervationes Cl. MERY *de la circulat.* p. 14. &c. Cl. ROVHAVLT *oſſer. anat. fiſ.* p.72. & SENNACI in Heiſt. p. 302. & reliquorum, citatorum in *Comm. Boerh.* V. p. 2. p. 317. tum Cl. C. A. a BERGEN, qui omnino nullam eſſe in fetu trimulo membranam obſervavit *diſſ. qua pentas obſſ. cont.* n. 5. Et nunc video Cl. RIDLEYVM vocibus equidem deterioribus & obſcurioribus uſum, caetera utiliter obſervaſſe, in fetu valde tenero foramen in ima foſſa eſſe, inde ſenſim adſcendere & in adulto ſupra *tuberculum* (*anulum noſtrum*) valvulam recondi & adhaerere p. 198. 199. *Obſſ. Practic.* Nam quarto menſe vidi, & pinxi f. 6. n. valvulam tertiae forte parti foſſae ovalis aequalem, ut ea aetate tota pene foſſa, aut duae certe ejus tertiae partes, foramen eſſent. Neque tunc cornicula adhuc adparent.

Eo utique in ſtatu valde probabile videri poteſt, recte ſentire ILL. WINSLOWVM, & ſanguinem a dextro ſinu in ſiniſtrum, ab eo vero in dextrum libere ire & redire *Memoir. de l' Acad. Roy. des ſc.* 1717. Sed major forte torrens ſanguinis, qui a dextris advenit, ſanguini ſiniſtro etiam eo tempore efficaciter reſiſtit, & perpetuo a dextris ad ſiniſtra fluit. Nam in ea aetate ductus arterioſus ampliſſimus eſt, & par aortae. Maxima ergo pars ſanguinis pulmones evitat, & recta via ad abdomen fertur, adeoque exigua copia eſt ſanguinis, qui per pulmonem veniat ad ſinum ſiniſtrum, & poſſit reſiſtere ſanguini, a ſinu dextro advenienti, umbilicali & abdominali. Hanc equidem rationem candidum virum & veri amantem WINSLOWVM video inpuliſſe, ut & ipſe neget ſanguinem a ſiniſtris dextrorſum inpelli poſſe, *Mem. de l' Acad.* 1725. p. 279. etſi valvulae valde parum tribuat.

Verum ſexto jam menſe producta ſurſum valvula cornicula ſua ſuper iſthmum poſita habet, (fig. 4) & ſeptimo, ubi ſero, exſciſſionis ſuae ſemilunaris etiam ima parte ſuper iſthmum eſt, & ei poſterior adplicatur. Iam tunc foramen ovale nullum eſt, ſed via, ut not. 5. deſcripſi. In maturo fetu longe magis cornicula, ad duas tresve lineas ſuper iſthmum deducta, adhaerent ſinui, & pars valvulae unam duasque lineas lata poſterior contingit iſthmum. Et ita ſe habet etiam ſi cordi hepar appenſum reliqueris, quod tamen pondere ſuo ad detrahendam valvulam, & abducendam ab annulo perpetuo nititur. Parum adeo aut latine aut anatomice HVBERVS ſcripſit, quando ait „ in ſe„ tu aliquot dierum valvulam nondum ad ſum„ mum iſthmum pervenire, ſed hiatum quartae „ parti totius circuli aequalem relinquere n. 11. Omitto, quod *infantem* aliquot dierum dicere oportuerit, & *fetus aliquot dierum* ſit minimus embryo, bimeſtrem vero fetum omnem anatomici vocent, qui menſibus duobus in utero geſtatus fuit, ſolusque HVBERVS eo nomine intelligat infantem ante menſes duos partu excluſum n. 12. Sed imprimis nimis brevem facit valvulam, &, praeter verum, infra iſthmum ait ſubſiſtere. Hic repetere oportet, quod de multis variorum clarorum virorum iconibus ita monui n. 5. nimis nempe ut magnum foramen, ita brevem feciſſe valvulam, & lunatam, quae multo longior ſit, quam quae cum ulla luna poſſit comparari. Ita certe ſentio de A. LAVRENTII, non mala caeterum, icone p. 263. f. 3. & FABRICIANIS, ſupra dictis, & BESLERIANA, & MERYANIS, cum quibus conjungere oportet HVBERI deſcriptionem, qui valvulam ad iſthmum pervenire negat, & hiatum adfirmat relinquere, neque claudi foramen inpulſa a ſiniſtris valvula n. 13. 15. 17. Sed videtur & ipſe ſicca corda deſcribere, ut ex ejus vocibus adparet. Accuratiores vero anatomici valvulam ſuper iſthmum educi dudum viderunt, ut IOSEPH. DVVERNEY apud WINSL. *Mem. de l' Ann.* 1725. p. 24. ROVHAVLT ibid. p. 265. & ipſe

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 187 sur 543

A Cor ut prius.
Kk Pulmones.
L Aſpera arteria.
MM Sinus ſiniſter apertus.
N Valvula foraminis ovalis.
O Corniculum dextrum ſuperius 8.)

P

ſe denique MERYVS, contra cujus ſyſtema haec obſervatio plurimum facit f. 7. & imprimis 8. Utilitas valvulae non obſcura eſt. In fetu nempe maturo, & aliquanto ante id tempus, valvula veriſſime hoc nomen meretur, quae omnem, enixiſſimum ſanguinis impetum ſuſtinet, ne a ſiniſtris ad dextra poſſit redire. Quo magis enim urget ſanguis, eo perficit magis ſeptum, medium ſinubus interjectum, & eo certius mediam interponit utrique ſolidam membranam. Dudum etiam reſiſtere iſthmum monuerunt BVSSIERE *letre a Mery* p. 31. & favens caeterum MERYO LISTERVS *journy to Paris* p. 71. ipſe demum Meryanus ROVHAVLT *reponſe* p. 83. Id facile patet conſideranti, valvulam tota foſſa ovali eſſe majorem, atque adeo a ſiniſtris preſſam totam foſſam abunde tegere. Superior enim eſt, & ſupra iſthmum adſcendit, ut modo dixi not. 6. & expreſſi figura n. 7. Deinde latior eſt, & in dextro imprimis latere perpetuo multum ad dextra marginis columnae dextrae ejus anulis excurrit, ut dixi not. 3. & deſignavi icone 2. & 3. & anno jam 1740. in ſeptimeſtri fetu obſervavi. Quare, cum & ſuperior valvula iſthmum habeat oppoſitum, & in dextro latere, claudetur non aegre, ſed abunde, hiatus omnis, & nihil porro eſt, quod poſſit ſanguini viam dextrorſum aperire, niſi rupta & lacerata valvula. Et talem quidem valvulam eſſe, quae ſuo foramine claudendi ſufficiat, dudum viderunt plurimi ROLFINKIVS *diſſ. anatom.* p. 1137. LISTERVS l. c. MORGAGNVS, C. I. TREW, p. 72. & alii (Comm. Boerh. l. c. p. 315.) & ipſe WINSLOWVS *Mem. de l' Acad.* 1725. p. 24. Imo majorem etiam foramine, melius fecerunt I. B. CARCANVS L. I. *de vaſor. fet. union.* (qui experimenta ſua faciebat corde in pectore relicto) c. BAVHINVS *theatr. anat.* p. 236. & in vitulo I. FANTONVS *diſſ. anat.* p. 349. & alii.

Quando vero ſanguinis motus a dextris advenit, tunc utique facillime valvulae ſuperior margo ab iſthmo removetur, & in auriculam ſiniſtram inpellitur, quo alioquin quaſi pendet libera GALENO teſte l. c. VESALIO in *exam. obſerv.* Fall. p. 92. b. CARCANO l. c. BVSSIERE *letre a Mery* p. 31, & aliis in comm. Boerh. l. c. p. 325. Ita via ſanguini aperitur ſurſum, ſiniſtrorſum, ituro, inter anteriorem iſthmum & poſteriorem valvulam. Cum hac theoria omnia conſentiunt reliqua, veſtigium ovale ſiniſtrorſum inclinatum, tubuli in adulto corde aperti &c.

7.) In ſitu naturali, viſceribus omnibus in thorace relictis, adparet in ſiniſtro ſinu eam valvulam oblique terminari, & cornu dextrum idem ſuperius, ſiniſtrum inferius eſſe. Illud ad venam pulmonalem inferiorem uſque pervenit, hoc paulo ſupra tendineum oſtium ſiniſtri cordis terminatur. Similis in adultis eſt obliquitas tubuli ſuperſtitis. Inde fit, ut valvula ipſa, & foramen ejus, obliqua ſint, & ſiniſtrorſum, ſimulque ſurſum convertantur, quod recte video jam apud DUVERNEYVM obſervaſſe WINSLOWVM *Mem. de l' Acad. des ſcienc.* 1725. p. 25.

8.) *Cornicula* in iconibus paſſim absque nomine utcumque expreſſa reperio, MERYANIS imprimis. Ea ſub nomine frenulorum, valvulam ad ſinum ſiniſtrum religantium, recenſuit ex brutis animalibus D. TAVVRY *de la circulat.* p. 195. Deinde H. RIDLEYVS chordularum nomina inpoſuit, a quibus oriatur ovalis valvula, & ex vitulo deſcripſit l. c. p. 196. Porro a Cl. MORGAGNO melius conſtituta ſunt, eodem *chordularum* nomine *Adv. Anat.* I. n. 20. & in *Epiſt. Anat.* XV. n. 46. Repetit ex ALBINI demonſtratione HERM. BERNARDVS apud TREWIVM p. 71. & in icone ſua aliquid ſimile videtur exprimere in ſiniſtro latere TREWIVS f. 14. Habet etiam Cl. a BERGEN l. c. & SENNAC in edit. HEISTERIANI compendii p. 307. Et mihi quidem, ex quo in ea inquiſivi, nunquam defeciſſe viſa ſunt, etſi RIDLEYVS homini ea deneget.

Eorum corniculorum *dextrum* fere ſemper inſignius eſt, & contra ſocium ſiniſtri lateris corniculum, redire, inque unci formam flexum terminari ſolet f. 3. Saepe ſimplex eſt, & unico fine, ut f. 2. Sed minime id conſtans eſt. Vidi enim non una, ſed duabus fibris cum ſinu concreviſſe, vidi frequenter etiam multis pennatis fibris ad latus dextrum ſinus adhaeſiſſe

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 188 sur 543

P Corniculum ſiniſtrum inferius 9.)
Q Oſtiolum foraminis ovalis patens.

FIGVRA III.

Cor ſimili fere modo apertum, ut in f. 11. Erat autem pueri ex matre gravida, inter pariendi labores enecta, exſecti.

A. K. K. M. O. P. ut prius. Sed cornua O. P. ad ſe mutuo converſa.
R Muſculus in valvulam ovalis foraminis inſertus 10.)
r Linea, quae exprimit quanto latior valvula ſit iſthmo.

FIGV-

ſiſſe f. 3. Neque oportuerat HVBERVM nova ſcripturum, unicum feciſſe aut dextrum aut ſiniſtrum corniculum, quod adeo ſaepe conpoſitum ſit.

9.) Hoc corniculum ſolet humilius eſſe, & minus, & rectius; Et ipſum & ſimplex vidi, f. 2. 3. & duplex, & denique ſex omino, quaſi palmatae valvulae fibras ſiniſterius adhaeſiſſe. Vidi etiam aegre viſibile fuiſſe, cum in dextro latere conſpicuum adpareret.

In adulto homine fere ſemper adparent, carnea firma, & valentia cornicula. Utilitas caeterum corniculorum minime dubia eſt. Firmant valvulam, ne deorſum a ſanguinis fluento depelli & adeo ab annulo removeri poſſit. Principium & fundamentum praebent futurae adhaeſiones.

10.) Ita in hoc cadavere ſe habuit. Nam inconſtantem hic fabricam reperio. Muſculus erat, a ſiniſtra ſede ſinus ſecedens, qui in valvulam fere transverſus ſe inmittebat, in fibras reſolutus quae ex uno faſciculo quaſi penicilli modo ſe disjicerent. In aliis corporibus vidi ſimili modo a dextris deſcendere muſculum, inque valvulam ſe inmittere, qualem omnino etiam vidit Cl. VATERVS in *progr. de anatomico acerbius caſtigato* f. 5. Alias non una, ſed multae, fuerunt carnoſae fibrae, quae a dextro margine in valvulam deſcenderent, tot aliquando, quot eſſent lacertuli deſcripti not. 8. Alias ex utroque latere fibras carneas in valvulam ire vidi, alias ab inferiori parte adſcendere, quales fibras carneas, conſtringentes valvulam, a parte inferiori ſepti aurium ortas, & in partem ſuperiorem inſertas deſcribit Cl. ROVHAVLT *reponſe* p. 974. Alias ex neutro latere quidquam ullius momenti adfuit. Haec varietas facit, ut paulum de utilitate ſim dubius. Si deſcenderent omnes hi lacerti, elevarent utique valvulam, adjuvarent occluſionem foraminis. Si adſcenderent, aperirent utique. Nunc nihil video, quod tuto poſſit dici, niſi firmare valvulam & ejus robori inſervire. In adultis corporibus multo firmiores ſuperſunt. Fibras autem aliquas circulares, quales HVBERVS deſcribit in corde infantis ſibi viſas n. 13. aut zonam muſculoſam LANCISII, nunquam omnino vidi. DUVERNEYI autem duplex ſtratum fibrarum carnearum, in academia demonſtratarum (WINSLOW, *Mem. de l' Acad. des Sc.* 1725. p. 24.) & MERYI fibrae carneae poſitae in duplicatura valvulae p. 22. LISTERO demonſtratae *journy to Paris* p. 70. eae omnes ad aliquam fabricarum a nobis obſervatarum referri poſſunt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 189 sur 543

FIGVRA IV.

Iterum ſimilia fere, ſed ex corde fetus ſexto menſe per abortum editi. Situs inverſus, vt melius valvula ſpectari poſſit.

A. M. N. L. Ut prius.

s Iſthmus pellucens per translucidam valvulam, ut adpareat, etiam ea aetate valvulam iſthmo longiorem eſſe.

FIGVRA V.

Pueri ſesquiennis cor a latere dextro

A. G. H. K. L. d. Uti prius.

F. Foraminis ovalis valvula a parte dextra conſpicua, poſterior iſthmo.

G. Hiatus jam paulum inminutus valvulae 11.)

Fig.

11.) Hoc loco dicere viſum eſt de veſtigio foraminis ovalis, quale a ſiniſtro latere adparet. Quando nempe, per notam 6. valvula in maturo fetu ſuper iſthmi marginem elevata eſt, & cornicula, inprimis vero dextrum, multo altius firmantur quam valvula, non quidem continuo clauditur hiatus, ut in fetu quarto, quintove die dicit fieri HVBERVS, ut nunquam intra annum apertum ſuperſit n. 17. Et nihil demum firmum in ea etiam obſervatione eſt, tunc nempe claudi ovale foramen, quando valvula ſupra iſthmum ſe extulit n. 17. Id enim per not 6. jam ſexto menſe geſtationis fit, & multis poſtea non menſibus, ſed annis, foramen plerumque patet. Meliora jam GALENVS novit, & CARCANVS, quorum ille quarto quintove die ſe nondum adnatam membranam vidiſſe ſcribit, iſte multis etiam menſibus, & in hominibus & in brutis, nondum coalitum foramen reperiſſe. Porro HABICOTIVS foramen ovale diu apertum manere, etiam in adultis obſervat D.IV.L.VIII. RIOLANVS idem foramen ovale ſaepe apertum manere monet, clauſo ductu arterioſo *de circ. ſang.* p. 563. de *mot. cord.* p. 91. *anthrop.* p. 238. HARVEIVS aliquot a partu menſibus apertas manere vias fetus obſervavit *de gener. anim.* p. 67. COWPERVS. ad T. III. *append.* non ſine detrimento pueri foramen ovale citius juſto claudi obſervat, indeque inflammationes in capite, collo, pulmonibus oriri, quae venae ſectione egeant.

Sed tunc, quando torrens ſanguinis a ſiniſtro latere aeque valens eſt, ac torrens ſanguinis a dextris advenientis, quod fit neglecto ductus arterioſi uſu ob expanſos pulmones, tunc vero valvula, adeoquin iſthmo longior, immobilis tenetur contra iſthmum, a ſanguine ſinus ſiniſtri nitente contra ſanguinem ſinus dextri. Ea vi, & forte etiam continua frictione valvulae contra annuli partem poſteriorem, a ſanguinis contrariis nixubus orta, videtur valvulae latus anterius contra iſthmi faciem poſteriorem ita adteri, ut denique, quaſi inflammatione aliqua, conglutinentur & cohaereant.

Sive haec cohaeſio eo modo, ſive alio quocunque accidat, certum eſt, in adultis hominibus plerumque partem valvulae, quae ſub exſciſſione ſemilunari eſt, adhaerere & coaleſcere cum iſthmi facie poſtica, ſive, ne ſit calumniae locus, cum ea parte ſinus ſiniſtri, cui in dextro ſinu iſthmus, & ejus inprimis arcus ſupremus, reſpondet. Quo id fiat tempore, non valde certum eſt. Nunquam inveni in teneriori aetate, perfecte clauſum foramen ovale, quam decimo & octavo menſe. Alias multis annis, & uti notiſſimum eſt, in adultis demum corporibus manet apertum, qualia ſeptem nunc exempla in theatro noſtro mihi obvenerunt: ut nihil de tot aliis viris dicam, qui ſimilia viderunt, & quorum multos excitavi *Comm. Boerh.* T. V. P. II. p. 469. In adulto corpore ita fere ſe habet valvula. Tota inſigniter craſſior redditur, quod & I.B. CARCANVS vidit & nuper I.B. MORGAGNVS, & ejus fibrae, quibus cum ſinu conjungitur, in carneos lacertos valentes

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 190 sur 543

FIGVRA VI.

Fetus quadrimeſtris ad ſummum, neque longioris octo pollicibus. Cor exemtum, naturali magnitudine, & auris dextra tota reſecta. Sed pictor tenerrimam valvulam foraminis ovalis non ita expreſſit, ut oportebat.

A. L. Ut prius.
F Valvula, oſtii liberi claudens fere quartam partem.
G Iſthmus.
H Hiatus, ovalis foſſae tres quartas partes occupans.
S Arteria Aorta.
T Arteria pulmonalis majori trunco in aortam [12]) continuata

entes abeunt, LE CAT f. 4. 6. quo refero valvulam illam bifidam EIVSD. f. 2. & ipſa cornicula in lacertulos mutantur, pars autem valvulae ſuper iſthmum poſita tres & ultra lineas alta eſt. Plerumque tunc *tubulus* ſupereſt, quo nomine fere ſpatium intelligo, quale inter valvulam arteriarum majorum & parietem arteriae intercipitur. Iſti ſpatio pro pariete anteriori iſthmus, pro poſteriori valvula, & ea profunditas eſt, ut longe poſſis ſtylum libere demittere. Eum tubulum & in aliquot annorum pueris, & in puberibus, & in plenae aetatis viris feminisque ſaepe vidi. Hujusmodi tubulum olim canaliculi ſimilem, bene deſcripſit CARCANVS, ILL. vero MORGAGNVS depinxit *Adv.* IV. f. 4. & deſcripſit in *Adverſ.* V. n. 16. p. 23. tum c. 1. TREW f. 10. LE CAT in *Phil. Trans.* f. 2. 4. 6. ſed iſte difformem, & ruditer expreſſum.

Duplicem etiam tubulum MORGAGNVS vidit, & le CAT l. c. f. 4. & multiplicem IDEM f. 6.

Is tubulus ſemper ſuper iſthmi oram eſt, & recte ita deſcripſit RIDLEY p. 198. & pinxit MORGAGNVS, quem male hic carpit HVBERVS, qui contra tot experimenta noſtra eum ſub iſthmo ponit n. 17. In ejus nunc tubuli fundo via eſſe ſolet, eaque frequenter in angulo iſthmi ſiniſtro, ob brevius ibi corniculum, per quam in adulto a dextris ad ſiniſtra ſtylum, vel lineam denique latum corpus transmittas. Vide COWPERVM *Myotom.* T. 37. f. 1. LISTERVM l. c. p. 72. TREWIVM f. 10. RIDLEYVM l. c. p. 199. le CAT l. c. f. 3. 5. & alios. In dextro latere reſpondentem tubulum credit ILL. ALBINVS ab EVSTACHIO exprimi T. XVI. f. 3. qui mihi, ob parvitatem, & ſitum directe ſupra valvulam EVSTACHII, videtur eſſe aliquod venoſum oſtium. Longe vero magis alienus a vero HVBERVS, id oſculum habuit pro inſertione venae ſine pari n. 18. enormi errore, de quo facilis eſt convictio, ſi obſerves ejus partis venae Cavae longitudinem, quae inter venam Coronariam & Azygam eſt, ex EVSTACHIANA f. 2. T. XVI. & eam longitudinem metiaris ſupra inſertionem venae Coronariae in f. 3. T. XVI. Adparebit ita, diſtantiam venae azygae ab oſtio coronariae venae triplo & ultra majorem ab EVSTACHIO pingi, quam hujus in f. 3. T. XVI. picti veſtigii ab eodem oſtio eſt diſtantia.

Caeterum in ſiniſtro latere plerumque ſuper tubulum reticulatus ſinus eſt, tum in adultis, tum in junioribus f. noſtr. 2. 3. quod olim video animadverſiſſe CARCANVM. Rarius vero eſt, absque tubulo ita connaſci valvulam, ut leve maneat in ſinu ſiniſtro veſtigium, quale in ſiniſtro latere expreſſit VIEVSSENS multis locis, ut T. 2. f. 2. ubi quaſi ſerratam valvulam pingit, etſi recte ibi obſervat ſinum eo loco manere, tum T. X. f. 2. ubi fere rotundum pingit veſtigium, & T. XIII. quae priori ſimilis eſt.

12.) Non taedet aliqua repetere eorum, quae de MERYANO principe argumento alibi dixi *Comm. Boerh.* l. c. p. 329. ſqq. & in *prim. lin. Phyſiol.* n. 841. & quae paulo aliter hic proponere licet, poſt nupera & repetita experimenta. Certum nempe eſt, arteriam pulmonalem ſatis inſigniter in fetu majorem eſſe aorta. Addi poteſt, eam diverſitatem etiam majorem eſſe in tenero fetu, qualis eſt, qui in hac figura 6. exprimitur, & cujus ſolus ductus arterioſus aorta major erat. Experimenti veritatem negaturi, ab ipſa natura refutantur. Qui ad denſitatem pulmonis confugiunt, dubium aliquid & facile diſputabile adducunt. Recte hactenus

nuata, ut ductus arterioſus [13]) ipſa aorta, ubi ex corde exit, major ſit.

V. X. Y. Soliti rami magni aortae.

Figu-

nus MERYUS (*Anciens Memoir. de l' Acad.* T. X. p.60. *Memoir. de l' Acad. des ſciences 1699.* p.32. *de la circulat.* p. 9. 49. &c.) Si enim per foramen ovale tantumdem decedit ſanguini arteriae pulmonalis, quantum per ductum arterioſum decedit ſanguini oſtium aortae ſubituro, oportet has arterias aequales eſſe. Sumebat autem MERYUS eam aequalitatem a conſenſu anatomicorum, cum non deeſſent, qui maximam partem ſanguinis venae Cavae per foramen ovale tranſire dicerent, ut LOWERUS *de corde* p. 54. ed. Lond.

Sed in hac ipſa poſitione latet principii petitio. Nam certum eſt, arterioſum ductum multo ampliorem eſſe quam foramen ovale. Id difficulter menſuram admittit cum lumen circulare non habeat, neque credibile ſit, ſupra dimidium circuli poſſe diſtendi. Sanguis enim a dextris adveniens, iſthmum dextrorſum minima vi pellere poteſt, neque adeo parare viam, niſi quae definiatur ſemicirculari ſectione, cujus diameter in iſthmi concipitur planitie poſtica, arcus autem eſt valvula ad ſummum expanſa. His poſitis, cum hiatus fere ad 15. 20. & $\frac{24}{100}$ pollicis latus ſit, quam poſteriorem menſuram ſequitur D. ROVHAVLT *rep.* p.103. lumen ovalis foraminis, ſi ſummam menſuram ſumſeris, poterit aeſtimari $\frac{288}{10000}$ pollicis. Diametrum vero ductus arterioſi $\frac{20}{100}$ & ad uſque $\frac{36}{100}$ pollicis inveni, quam menſuram accuratiſſimus PETITUS etiam adſignat *Mem de l' Acad. des ſcienc.* 1733. p. 4. Si omnium minimum ſumſeris, erit tamen lumen $\frac{400}{10000}$, atque adeo habebit ſe ad hiatum ovalem lumen ejus ductus, uti 400. ad 288. ſive 25. ad 18. quae ſatis accurate eſt ratio arteriae pulmonalis ad aortam.

Ita, poſita ratione luminis ovalis ad lumen ductus arterioſi, uti 3. 4. quae paulo minor eſt ratione vera, omnia facile cum HARVEIANA hypotheſi conſentient. Is nempe ſanguis, quem ovale foramen transmittit, non pervenit ad oſtium pulmonalis arteriae. Ita ille qui per ductum arterioſum fertur, non venit ad oſtium aortae. Sed plus eſt ſanguinis, quem amittit aortae oſculum, minus ejus, quem non recipit pulmonalis. Supereſt ut illa anguſtior ſit. Ita accuratius liquebunt omnia. Sit ſanguis venae Cavae totius a. ſit ſanguis foraminis ovalis $= \frac{1}{4}a$ erit ſanguis, qui arteriam pulmonalem ſubit, $= a - \frac{a}{4}$ Pone porro ductum arterioſum auferre dimidium ſanguinis arteriae pulmonalis, quod efficit $\frac{a - \frac{a}{4}}{2} = \frac{3}{8}a$ Ita ſanguis aortam ſubiturus erit $= a - \frac{3}{8}a$ ſive $= \frac{5}{8}a$ Sanguis autem arteriae pulmonalis erat $= a - \frac{1}{4}a$ per prima, nempe $\frac{3}{4}a$ Ergo ex hac poſitione, erit arteriae pulmonalis ſanguis ad aorticum, uti 6.5. quod cum menſura ſatis conſentit, cum ad aortam arteria pulmonalis viſa ſit, ut 15. ad 13. & 13. ad 10. & melius adhuc conſentiret, ſi arterioſum ductum majorem duobus ramis arteriae pulmonalis ſumſiſſem. Major enim omnino eſt, jam I. B. CARCANO obſervante, & MERYO (*conf.* p.337. *Comm. Boerh.*). Nihil caeterum intereſt, quis numerus ſumatur pro ſanguine foraminis ovalis definiendo, quia perpetuo ſanguinis, quem aorta amittit, portio dupla eſt ſanguinis, quem amittit arteria pulmonalis. Ut in formula, ponendo b. pro 4. erit ſanguis arteriae pulmonalis $a - \frac{a}{b}$, ſanguis ductus arterioſi $\frac{a - \frac{a}{b}}{2}$, ſanguis arteriae aortae $a - \frac{\frac{a-a}{b}}{2} = \frac{2a - a + \frac{a}{b}}{2} = \frac{a + \frac{a}{b}}{2}$.

Cumque arteria pulmonalis habeat pro ſanguine $a - \frac{a}{b}$, ducendo in 2, fient hae quantitates $2a - \frac{2a}{b}$ & $a + \frac{a}{b}$ Deleatur a utrinque, erunt $a - \frac{2a}{b}$ & $\frac{a}{b}$. Ducantur in b, erit $ab - 2a$ pro ſanguine arteriae pulmonalis, & a pro aortico. Quam diu ergo b erit majus quam 3, ſive quamdiu non penitus tertia pars ſanguinis Cavae venae utriusque per foramen ovale fluit, tamdiu copia ſanguinis arteriae pulmonalis erit major, quam copia ſanguinis aortae. Verum adeo infra eam copiam eſt ſanguis ovalis foraminis, ut pro b omnino tuto poſſint 8. vel 10. ſumi, cum ejus oſtium vix ſit ſupra $\frac{288}{10000}$ pollicis. oſtium vero cavae utrumque ad minimum ſit $\frac{1296}{10000}$, atque adeo ſumma utriusque ad $\frac{2592}{10000}$, quae quantitas prioris eſt fere noncupla.

Nunc, ſi MERYANA ſententia verior eſſet, acciperet arteria pulmonalis tum ſanguinem omnem cavae utriusque venae $= a$, tum porro ſanguinem foraminis ovalis per priora $= \frac{a}{4}$, eſſet ergo ejus ſanguis $= \frac{5}{4}a$. Contra aorta haberet eum demum ſanguinem, de quo & foraminis ovalis ſanguis $\frac{a}{4}$, & ſanguis ductus arterioſi $= \frac{\frac{5}{4}a}{2}$ detractus eſſet, ſive acciperet $a - \frac{a}{4} - \frac{5}{8}a$ ſive $a - \frac{7}{8}a$ ſive $\frac{1}{8}a$, adeoque aorta haberet ſe ad arteriam pulmonalem :: $\frac{1}{8}$ ad $\frac{10}{8}$ :: 1, 10. quod longiſſime a natura recedit.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 192 sur 543

FIGVRA VII.

Valvulam Euſtachii pulcherrimam [14.] & latiſſimam exhibet, ex puero octavo die a partu mortuo. Icon facta eſt ad natantem in aqua valvulam, ut ſuadebat WINSLOWVS *Comm. Pariſ.* 1717. p. 215. A

Quare videmur demonſtraviſſe, adeo non facere majorem paulo arteriam pulmonalem pro MERYO, ut eum potius evidentiſſime refutet.

Oportet autem obſervare, in omni aetate fetus, arterioſi ductus ad foramen ovale conſtantem eſſe rationem, ut in ea ratione, qua foramen ovale majus eſt in fetu teneriori, etiam ductus arterioſus patentior ſit. Vid. ic. 6. Quare tenera aetas fetus nihil in noſtra obſervatione mutat. Cum enim arterioſus ductus ſemper mediam partem ſanguinis arteriae pulmonalis ad minimum auferat, ſemper firma erit vis noſtrae demonſtrationis, quemcunque numerum ſumſeris pro b.

13.) De hoc ductu pauca addemus. Utilitatem ejus nempe videri, non ſolum ut liberet pulmonem, ſed etiam, ut maximam partem ſanguinis abducat ad inferiorem aortam, ut ii artus magis creſcant, qui multo minorem rationem ad caput in tenero fetu habent, & caput minus grande fiat, & ut praeterea ad placentam quam plurimus ſanguis abeat, qui praeparationem ibi aliquam patiatur. Neque omnino diſplicet, uniri neceſſario vires utriusque cordis, ut ſanguis extra corpus fetus in acceſſoriam, & in tenero fetu valde pro fetus mole magnam placentam propelleretur. Ita cor ſiniſtrum inprimis ſanguinem ad caput, minori parte ad inferiora pellet, cor dextrum omnino ad inferiora ſola. Eſt autem cor dextrum in fetu, uti aeque longum, ita non magno diſcrimine minus robuſtum, quam dextrum, quod etiam SPIGEL. *de form. fet.* p. 24. & HARVEIVS vidit l. c. p. 185.

Deinde MERYVM de ductu arterioſo omnino cum HARVEIO ſenſiſſe certum eſt, *Memoir. de l' Acad. des Sc.* 1699. p. 26. & ubique. Magno ergo labore potuerat ſuperſedere HVBERVS, qui contra MERYVM fuſe demonſtrat, ſanguinem minime ex aorta in ductum arterioſum ire n. 27. 28. 29. 30. 31. Nunquam de ea opinione cogitavit MERYVS. Sed potuerat HVBERVS opponere ſuas rationes I. B. CARCANO, qui etiam valvulae ope ſanguinem ex arteria aorta ad ductum arterioſum determinari ſcripſerat, & FALLOPIO, aliisque, quos citavi *Comm. Boerh.* p. 318. De hac valvula, quae etiam a SAL. ALBERTI *hiſt. part. corp. hum.* II. p. 155. & ab aliis prioris ſeculi ſcriptoribus repetitur, nihil omnino mihi conſtat, neque in ortu ramorum pulmonalium quidquam video, quod non in omnibus in corpore humano ramorum originibus praeſto ſit. Denique ad arterioſi ductus clauſionem addo, eam cito a partu incipere, & ſanguinem polypoſum in triduano puero a me in eo ductu repertum eſſe, qui jam pene cum interna, rubra, pulpoſa membrana (RIDLEY p. 216.) connatus eſſet. Is ipſe ſanguis farcit eum ductu, & in fibras albas abit, a quibus ligamenti ſpeciem habet. Haec eſt medulla alba, qua ductus repletur, in qua tenuiſſimum tubulum VATERVS apertum vidit l. c. Clauſum autem video eum ductum me reperiſſe octava ſeptimana, ubi citiſſime, apertum decimo octavo menſe, ubi diutiſſime patuit. Caeterum tertio etiam menſe, & decima quarta ſeptimana, & annuo ſpatio a partu apertum reperi.

Citius vero claudi, quam foramen ovale, & vix unquam apertum manere in adulto corpore, ut monuerunt HABICOT l. c. RIOLANVS *anthropogr.* p. 238. COWPERVS ad T. 3. app. & alii, de eo omnino conſtat. Id videtur ſequi ex ipſa fabrica, quae tubo fiat, qui ſanguine poſſit repleri, is autem, quam primum minus libere transfluit, in polypos fibrasque ab ictubus vicinae Aortae poteſt mutari. Adde, quod omnino clauſus arterioſus ductus requiratur, ut oſtium ovale claudi queat, per not. 12.

14.) Valvulam ab inventore EVSTACHIANAM utiliter ni fallor, vocamus, ut ſuus inventori ſtet honor. Alioquin valvula auriculae dextrae aut venae Cavae inferioris dici poſſet. Eam EVSTACHIVS ita deſcripſit, ut omnino facile ex ejus verbis adgnoſcatur *de vena ſine pari antigr.* XI. & in explic. f. 6. T. VIII. quae eadem eſt f. 3. T. XVI. Verum iconem dedit ejus modi, ut mihi ſit pro aenigmate, adeo eam ab auricula removit, & circularem fecit, inque ſe ipſam redeuntem, ut veſtigium ovale reticulatum magis referat. Valvulam certe foraminis ovalis ab EVSTACHIO repraeſentari, in commentario ſuo non dubitavit adfirmaſſe PETRIOLVS ad T. XVI. f. 3. Sed oportuerat meminiſſe, ipſum EVSTACHIVM pro ſua valvula indicaſſe. Neque huc traho membranas oſtiis hepaticis praefectas, etſi non diſſimulo I. SYLVII deſcriptionem non valde a noſtra valvula recedere *Iſag. Anat.* p. 226. quae in tenello infante valde propinqua ſit trunco hepatico Cavae venae ſiniſtro. Omitto obſcuriores auctores. Renovata eſt a G. COWPERO, qui a. 1711. ni fallor mortuus, egregiam ejus dedit iconem

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 193 sur 543

A. C. d. Ut prius.
Z Valvulae Euſtachii amplitudo, magna ex parte claudens oſtium venae cavae inferioris.
a Ejus cornu poſterius, quo ab iſthmo oritur.
b Cornu anterius, longum & tenue, quo in membranam auris dextrae evaneſcit. Fig.

nem *Ph. Tr.* n. 280. & in *Myot*, T. 37. DOUGLASSIO apud CHESELDENIVM, I. M. LANCISIO, quem tabulae EVSTACHIANAE excitaverant, in lib. *de Corde & aneuryſmatibus*. Nunc ſatis nota eſt poſt I.B. WINSLOWVM, qui in *Comm.* Reg. 1717. & 1725. ſua & DVVERNEYI experimenta edidit, & nuper a Cl. NICHOLS valde ſingulari modo picta fuit T. 7. f. 1. *compend. anat.*

Nihil omnino praeparatio ejus difficultatis habet. Sufficit reſecare partem mediam, ſuperiorem auriculae dextrae. Ita integra & in ſuo nativo ſitu ſub oculos venit. Cl. WINSLOW in poſteriori parte cavam venam aperire ſuadet, verum ita deſtruitur foramen ovale *Comm. Acad. ſc.* 1717. p. 214. Habet etiam utilitatem ſuam ſicca praeparatio, quae fit, dum cor per venas cera totum repletum, ſiccatum aperitur, & cera ſolicite de valvula deraditur, quae tunc firma & erecta ſupereſt. Ceram flatui praefero, quo nonniſi tenerrima corcula a putredine poſſis ſervare. Utroque modo, conparatis experimentis, adparet plicam eſſe membranaceam, ex duplici membrana confiniorum ſinus & venae cavae, cum aure dextra, factam. Ea emergit ex iſthmi ſive annuli foſſae ovalis ora ſiniſteriore, in media altitudine inter ſummum imumque iſthmum, ad dextra oſculi venae Coronariae, gracili principio f. 7. *a* f. 8. a, WINSLOW l. c. Inde lateſcet eundo, & circumducitur circa oſtium venae Cavae inferioris per ejus ſiniſtram ſemicircumferentiam, in ipſo limite, qui ei venae cum aure communis eſt, & ſenſim per ſiniſtra in anteriora redit. Ita e regione originis ſuae membranae auris adnectitur, in ea ſede, qua cava ſternum contingit, ut amat loqui EVSTACHIVS, dimidio adeo ambitu Cavae venae plerumque circumſcripto. Eſt tamen ubi tertiam partem non ſuperat. Finis eſt in gracile filamentum f. 7. b. f. 8 b. Latitudo maxima propior origini, quam fini eſt. Directio in ſicca aure, vel etiam in vivo homine, ſi inter fluenta ſanguinis ſuſtineri ponas, ea eſt, ut radix inferior ſit, margo liber adſcendat ad perpendiculum. Expreſſi, in aqua fluitantem, ſed erectam f. 7. Quare non poſſum admittere eam utilitatem, quam propoſuit LANCISIVS ne nempe ſanguis ſuperior in inferiorem gravitaret. Latitudo non ubique eadem. In teneris fetubus non raro vix linea latior eſt, tum in maturis. Ita forte in iis fuit, quae Cl. CROESERO l. c. p. 14. obtigerunt in excitato programmate, qui omnino nunquam EVSTACHII valvulam vidit, & quae WINSLOWO nonnunquam viſa ſunt, ut deeſſe ipſi videretur valvula, l. c. p. 216. & Cl. Viro. H. A. NICOLAI. *de direct. vaſ.* p. 53. Alias duas lineas latitudo media adtingit, & in infante modo nato, & in adulto homine. Talem fere pinxit COWPER. l. c. T. 37. f. 2. & ſatis ſimilem & in ſitu GARENGEOT *Splanchnolog.* T. II. T. XI. f. 2. & TREW f. 41. & paulo latiorem IDEM f. 59. 60. Paulo rarius eſt talem videre, qualis hac icone pingitur, bis tamen in biduano puero hac amplitudine vidi, ſemel in puella aliquot annorum, bis in adulto homine. Talem etiam pingit Cl. TREW f. l. c. 20. Amplam etiam, & argute caudatam delineat LANCISIVS *de corde & aneur.* p. 109. 110. & talem, quae dimidiam venam Cavam tegeret, vidit MORGAGNVS Ep. XV. n. 28. 40 Incertam eſſe adeo latitudinem adparet, ut recte modo tertiam, modo dimidiam, modo duas tertias partes latitudinis cavae tegere ſcripſerit WINSLOW *Mem. de l'Acad.* 1725. p. 25.

Primum vidi in fetu quadrimeſtri. Vix deeſt unquam, neque quidquam habet definitum ad fetus tempora, verum in adulto homine facilius, ut grandior, demonſtratur. Ita priorem etiam conjecturam ſuam poſt maturiora conſilia reformavit ILL. WINSL. *Comm. Paris.* 1725 p 26 Sed in adulto homine frequentiſſime induratur, & ita carnea fit, ut vix valvulae figuram retineat, fluitetve. Ea mutatio per gradus ſubrepit. Primo, & non raro in infante, duabus partibus conſtare videtur, quarum una quaſi baſis carnea & firmula eſt, huic vero innaſcitur tenera, & quaſi arachnoides membrana. Eamdem fabricam deſcribit ILL. WALTHER *de fabric. cord. auricul.* & ILL. TREWIVS. Hanc etiam in adulto homine vidi, ſed tamen minime rarum eſt, in adulto, undique craſſum & ſolidum marginem eſſe, abſque tenuo illo infantili velo.

Integra plerumque eſt, ut omnino inter 56. corda, quae ſolicite numeravi, tantum ſepties reticulatam viderim. Talis magis in adulto, minus in puero reperitur, cum in quinque adultis corporibus, in pueris tantum duobus reticulatam viderim. Inde factum eſt, ut nunquam hoc reticulum viderit ILL. TREW p. 52. ut bis tantum in multis cadaveribus MORGAGNVS l. c. n. 40. ut nonnunquam demum talem eſſe recte ſcripſerit LANCISIVS. Et licet WINSLOWO ita ſaepe reticulata obtigerit, ut etiam in ejus nomen vocem receperit *reticulaire Comm. Acad. ſcient.* 1717. p. 214. ipſe tamen reticulum non ſemper adeſſe obſervavit. In eo etiam reticulo diverſitas eſt. Vidi marginem ſolum tenerum & reticulatum, ut baſis eſſet ſolida. Id frequentius eſt, & ab inventore EVSTACHIO in deſcriptionem receptum, ut in reticulum terminari ajat. Talem ILL. WINSLOWVS primario deſcribit *Comm. Academ.* 1717. p. 215. ut duae tertiae partes reticulatae ſint. Eas voces exſcribit GARENGEOT *Splanchnol.* T. II. p. 135. Ita craſſam, cum addito reticulo, valvulam MORGAGNVS deſcripſit l. c. Talem pulchram depinxit COWPERVS l. c. f. 3. Vidi totam penitus ramoſam & reticulatam.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 194 sur 543

FIGVRA VIII.

Cor feminae adultae, ob pulchritudinem ſummam valvulae Euſtachii depictum.

A. A. d. ut prius.
G. G. Iſthmus valde tumens.
F Foſſa ovalis, valvula ſua clauſa, valde depreſſa & poſterior.
e. e. Fibrae reticulatae ad latus foſſae dextrum.
Z Valvulae Euſtachii corpus, pulcherrime reticulatum 16.)
a Cornu poſterius, quo ex iſthmo oritur, circumflexum.
b Cornu anterius gracile & ſenſim evaneſcens.

Vidi ſemel duplicem fuiſſe, ut valvula exterior, verior, ſimplex eſſet, huic autem ab exteriori ſede adjaceret tenerior altera & reticulata valvula, cum priori illa varie conjuncta per filamenta. Hujus modi fere eſt icon, quam Cl. Collega BRENDELIVS in proprio programmate depinxit. Bis bifidam vidi, ut altera fibra in venae Coronariae oſtiolum continuaretur. Ita etiam obſervavit ILL. MORGAGNVS Ep. XV. n. 40. PETKIOLVS ad T. XVI. EVSTACHII f. 3. & idem conjunctiſſimus collega BRENDELIVS in programm. f. ad. k.

Minime vero dubito, quin naturaliter integra ſit & a ſola violentia nitentis, & grumoſi ſanguinis, diſſipante fibras, & per intervalla celluloſa vias aperiente, in reticulum fingatur. Ea ratio eſt, cur in adulto inprimis, poſt incredibiles ſaepe anguſtias moriente, ea fabrica reperiatur. Ita etiam valvulae arteriarum frequenter reticulatae, & ipſa foraminis ovalis valvula reticulata viſa eſt MORGAGNO *Epiſt.* XV. n. 20. Nullum enim omnino officium video, cui inſervire poſſit, quoties reticulata eſt, & per areolas ſanguinem transmittit. Integra vero aliquot, & minime obſcura munera habet.

Nam in fetu primo interponit ſe ſanguini venae Cavae inferioris & auri dextrae, & totum fluentum ſanguinis ab abdomine fluentis ad foramen ovale dirigit, FANTON *diſſ. anat.* p. 349. cum e contraria ratione iſthmi eminens anulus ſanguinem ſuperioris Cavae avertat a foramine ovali, & ad cor dextrum mittat. Ita obtinetur, ut per foramen ovale, hinc ad aortae oſtium hinc ad ramos ſuperiores aortae ſanguis iſte mittatur, qui nuper paſſus eſt efficaciam placentae, & a commercio cum materno ſanguine melior rediit. Hanc conjecturam meam etiam a D. NICHOLLS video proponi l. c *prael.* 27. Et contra ad cor dextrum hinc ad ductum arterioſum & arterias umbilicales, mittitur is inprimis ſanguis, qui a capite rediit & poſt ſecretum liquidum nerveum, exhauſtus melioribus & magis mobilibus particulis, efficacia placentae, & materni ſanguinis miſtione eget.

In adulto homine, perinde ut in fetu, id officium retinet, ut perficiat parietem auriculae inferiorem, & ſanguinem, qui in ejus caveam eſt illapſus, moderetur, ne facile ex aure in cavam inferiorem venam redeat, aut certe preſſione ſua obſtet adſcenſui, ſaepe aegriori, ſanguinis a ventre infimo adſcendentis; quam utilitatem ipſi MORGAGNVS etiam Epiſt. XV. n. 26. 40. & WINSLOWVS tribuerunt, *Comm. Pariſ.* 1717. & TREW. p. 54. & CRELL. in diſp. de *valv. Euſt.*

In brutis animalibus negat reperiri MORGAGNVS l. c. n. 41. de qua re nullum habeo proprium experimentum. In cane caeterum, & porco, foramen ovale & valvulam ejus, & ductum arterioſum humanis ſimillima reperi, uti etiam in ove ſimiles eſſe video ex FABRICII ab AQVAPENDENTE fig. 38. l. c. Eam fabricam oportet lata dominari per animalia, cum etiam in crocodilo & ovale foramen & valvula ejus reperta ſit a Ieſuitis Siamenſibus p. 28. 29.

16.) Nunquam pulchriorem vidi, aeque tamen ſubtiliter reticulatam in infante recens nato, hac ipſa hyeme.

Caeterum ne novis inplicer controverſiis, ad Cl. cujusdam Viri animadverſiones hic breviter reſpondeo, me ab ejus admonitione ea omnia repetiiſſe, quae reprehendit. Sexies originem nervi intercoſtalis a ſolo vidi, ſexto pare, cum ſolida dura meninx, etſi valide adhaereret primo Quinti ramo, tamen eum certiſſime ſepararet a receptaculo, neque ullam fibram transmitteret, neque hic facile errari poſſet reſecando aliquam fibram, cujus in levi membrana conſpicuum veſtigium ſupereſſe neceſſe eſſet. Deinde Omentum, repetito, in variae aetatis infantibus inflatum, nunquam ultra pylorum dextrorſum venit, ſed paulo ſiniſterius a ventriculo per meſocolon deſcendit ad colon, ut colicum omentum conſtitueret. Tandem vidi arteriam coronariam ſiniſtram a phrenica, omnino ventriculo ramos dare, & in tanta brevitate oeſophagi, quae eſt inter diaphragma & ventriculum, nequidem cogitari poſſe, dari tam breves ramos qui ad ventriculum non preveniant. Pari facilitate adgnoviſſem errorem, qualem nunc conſtantiam debeo ſuſtinenti ſe naturae, cujus poſteriores meae obſervationes prioribus ſunt ſimillimae.

In paginae 7. columna 2. linea 12. pro *inferiorem* lege *ſuperiorem*.
p. 12. col. 1. not. 13. l. 18. pro *dextrum* lege *ſiniſtrum*.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 195 sur 543

CULTORIBUS ARTIS MEDICAE SODALIBUS SUAVISSIMIS S.

ALBERTUS HALLERUS.

Cum Anatomen hujus anni indicerem ex ſapiente certe lege, quae Profeſſorem quotannis jubet aliquod ſuorum laborum teſtimonium edere, obrutus aliis, uti noſtis, officiis, id edidi, quod mihi facilius fuit. Non multas meas addidi obſervationes, cum non haberem de his partibus aut ſatis novas, aut ſatis repetitas. Verum, cum pulcherrimae icones ſint, in quas pingendas induſtrius olim Proſector noſter C. I. ROLLINVS *omnem ſuam ſolertiam effudit, & cum aliquas particulas minus in vulgum notas oſtendant, non deſperavi placituras eſſe vobis nudas etiam & brevi commentario ſtipatas icones. Noſtis autem dudum, & ante ſex annos, paratas eſſe.*

Dedi Martii die XI. MDCCXLVIIII.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 196 sur 543

Omnes figurae ad idem caput osseum expressae sunt, cujus sectiones perpendiculares duae fuerunt, ut septum narium in media parte utrinque liberum supereſſet (f. 4.), media autem capitis & dextra pars iterum nova sectione divideretur, perinde quidem perpendiculari, sed a dextris ad sinistra transversim eunte. Ita nata est pars arterior hemicranii dextri (f. 2.), & pars posterior (f. 3.) Pars sinistra, quam figura I. exprimit, etiam alia sectione dividitur. Sed eam, cum nihil ad nares faciat, nunc omittimus.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 197 sur 543

FIGURA I.

Pars capitis oſſei ſiniſtra, ſectione perpendiculari ab anterioribus ad poſteriora recta pergente, a ſepto diviſa.

A Oſſis frontis pars, quae in glabella eſt.
a diploe ibi plurima.
b lamina, quae diploen a ſinu frontali dividit,
c lamina anterior craſſior oſſis frontis.
d lamina poſterior tenuior, vitrea.
e futura dividens os frontis ab oſſe maxillari, peculiariter dicto.
B Pars hujus oſſis, quam proceſſum naſalem vocant.
C Ejusdem oſſis pars interior, quae orditur medium meatum narium, vaſculis picta, quae a vaſis oſſis ſpongioſi infimi oriuntur.
D Pars oſſis ejusdem, quae meatum imum narium incipit.
E Pars alveolaris
f hujus partis diploe
F Dens inciſivus. Reliqui dentes ſunt caninus & molares.
G Pars palati oſſei deſcendens ſ. alveolaris.
H Pars ſuperior palati, ſive caelum.
I Oſſis ſphenoidei uncus.
K Ala pterygoidea interna.
L Tuba cum aliqua parte membranae ſuccingentis fauces conſervata.
M proceſſus ſpinoſus oſſis multiformis.
N Pars oſſis temporum efficiens anteriorem parietem meatus auditorii.
OOO oſſis occipitis pars.
P Proceſſus mammillaris oſſis temporum.
Q Oſſis occipitis pars aliqua in cavea cranii.
R Sectio proceſſus cuneiformis, in quem os occipitis & multiforme confluunt. 1)

S Sel-

1) Icones hujus noſtrae ſimiles habet CASSERIUS in *pentaeſtheſejo* T. V. f. 1. 2. 3. hom. & PALFYN. *van den beenderen* T. I. *& Syllabus partium corp. hum. Ruſſicus* T. I. f. X. & CHESELDENIUS in *Oſteograph.* T. VII. atque in Anat. edit. prioribus. Paulum diverſas vero BUDAEUS, & membranis obductas nares COWPERUS apud IACOBUM DRAKE T. XVII. f. 4. & MORGAGNUS pingit in *Adverſariis* VI.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 198 sur 543

S Sellae equinae proceſſus poſterior.
T Anteriorum ejusdem proceſſuum pars ſiniſtra.
V Sinus ſphenoideus ſiniſter totus apertus. 2)
g dimidia pars oſtii, quo patet in narium poſteriorem, & ſupremum meatum.
X Paries oſſis multiformis, qui ſuperius ſinum claudit, inferius inminet poſtremae parti faucium.
Y Aliqua pars oſſis cribroſi, quae cellulas ethmoideas perficit.
Z Aliqua pars vicina oſſis frontis.
h Paries cellulae ethmoideae maxime anterioris integer.
i Pars inferior ſinus frontalis ſiniſtri.
k Pars aliqua ſinus frontalis dextri.
l Cellulae ethmoideae primae pars libera ſ. aperta. 3)
m Paries quo a ſecunda ſeparatur.
n Cellula ethmoidea II. ad dimidiam partem diviſa. 4)
o Semiſepto.
p Cellula Ethmoidea tertia. 5)
q Septum quo a ſecunda ſeparatur.
r Pars oſſis cribroſi, quae cellulam tertium inferius perficit.
s Proceſſus Oſſis ethmoidei. 6)
t Oſtium excretorium cellulae ethmoideae tertiae.
u Mea-

2) Sinum ſphenoideum oſſi ethmoidi ſoli tribuit FRANCISCUS NICHOLLS *Compend. anat. Oeconom.* p. 7. Sed id omnino a vero remotum eſt, cum non totum os, ſed parva pars poſterior ejus eo perveniat, & nonnunquam faciat foramen eorum ſinuum, quo in nares patent LIEUTAUD *eſſays anatomiques* p. 250. Os vero palati partem mediam inferiorem ſinus ſuprema & poſtica parte proceſſus ſui adſcendentis perficit, ſed exigua particula. Caeterum & ſub ſella, & ante ſellam eum ſinum reperiri adparet. Ita etiam CHESELDENIUS pinxit *oſteograph.* T. VII. f. 2. & alii.

3) In eam cellulam patet plerumque ſinus frontalis. Ita CASSERIUS in pentaeſtheſejo c. 18. p. 117. IACOBUS BENIGNUS WINSLOW n. 201. & alii. Hanc tamen communicationem pro ſecundaria nec perpetua deſcripſit Cl. AUGUSTINUS BUDAEUS *Miſcell. Berolin. Cont.* II. n. 12. 16. Mihi in plusculis, quae coram ſunt, narium praeparationibus ubique reperitur, ut tamen nolim ideo Cl. VIRI experimenta infirmare. Ipſa vero cellula ethmoidea aperitur in ſinum, qui hic pingi nequit, inter laminam deſcendentem oſſis ſpongioſi ſuperioris, & turbinatam ejus oſſis partem interceptum. Oſtium pingitur F. II, D.

4) Aperitur in ſupremum narium meatum, quem adeo longe deſcendiſſe vidi, ut ipſum oſtium ſinus maxillaris in eum ipſum ſinum aperiretur: Et ea ratione vidiſſe credo Cl. BUDAEUM ex deſcriptione, quam dat n. 23.

5) Cellula tertia aperitur in meatum ſupremum narium, inter os ſpongioſum ſupremum MORGAGNI & oſtium ſinus ſphenoidei. Recte etiam BUDAEUS loc. c. n. 15. Eum meatum deſcripſi in BOERH. Comm. T. IV. p. 43. Caeterum numerus harum cellularum incertus eſt, MORGAGNO in *Adverſ.* I. BUDAEO aliisque claris viris conſentientibus. Sex cellulas fecit VIEUSENS. p. 102. cellulas in uno latere tres, in altero quatuor I. DOM. SANTORINUS, quae obſervatio cum fabrica hujus cadaveris convenit. Multas pinxit VERHEYENIUS, qui experimento non ineleganti defractis oſſibus membranaceos tubulos ſolos conſervavit T. 28. f. 8. c. f.

6) Superne hic proceſſus ex convexo cavus eſt, inferne totus cavus, & ibi perficit meatum narium ſupremum, qui brevis, inter hoc os & os ſpongioſum vulgo ſuperius, ad hujus oſſis apicem, & ingreſſum vaſorum narium deſcendit. Hoc videtur, ex parvitate, eſſe *os ſpongioſum ſupremum* I. BAPTISTAE MORGAGNI in *Adverſ. Anat.* VI.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 199 sur 543

u Meatus narium poſtremus & ſuperior.
x Oſtium cellulae ethmoideae, quae extra ordinem adfuit. 7)
y Vaſa naſalia in eo foramine, per quod a fiſſura ſphenomaxillari ad nares ſubeunt.
z Pars oſſis cuneiformis.
α Pars ſuperior, interior, integra oſſis ſpongioſi, quod vulgo *ſuperius* dicitur.
β Pars ejusdem oſſis conchae ſimilis.
γ Extremitas anterior obtuſa
δ & poſterior acuta
εε Meatus narium medius.
ζ Lamina deſcendens oſſis ſpongioſi vulgo ſuperioris. 8)
η Pars ante eam, qua ſinus maxillaris membrana perficitur
θ & pars poſterior etiam membranea.
ι Pars oſſis palati, quae eum ſinum claudit.
λ Os ſpongioſum vulgo inferius
μ extremitas anterior.
ν extremitas poſterior.
ξ Sedes oſtii lacrumalis ductus.
π Meatus narium imus.

FIGU-

7) Hujusmodi cellulas exteriores & inferiores ſatis frequenter reperio. Ita iſta quidem ponitur infra cellulam tertiam & paulo exterius, orbitae propior, ante ſinum ſphenoideum, & pro ſuis faciebus os planum habet, & oſſis ethmoidis partem, quae a turbine oſſis ethmoidis ſupremo ad medium deſcendit. In cranio, unde figura III. ſumta eſt, alia reperitur cellula ſupernumeraria, quae, anterior priori, ſub ſecunda ordinaria cellula ponitur, oſtium vero ſimile habet. Ea tota oſſe papiraceo conprehenditur. Si CASSERII icones paulo magis ſolicite factae eſſent, etiam ibi duorum ordinum cellulas reperire liceret T. cit. f. 2. & ſimiles multiplices cellularum ordines habet PALFYN. T. 1. f. 1. ad o. p. Sed diſerte ſatis has cellulas nemo videtur deſcripſiſſe, cum ferè in iis acquieverint Clari VIRI, quae ſupremae, interiores, in uno ordine ab oſſe frontis ad os ſphenoides ponuntur.

8) In hanc laminam paulo magis ſollicite inquiſivimus, quia propter eam Cl. HUNAULD in *Memoir. de l' Acad. des ſcienc.* 1730. oſſa ſpongioſa ima ad ſuperiora retulit, & oſſis cribriformis partes fecit. Nempe, ut accuratius de hac re definirem, demolito oſſe ſpongioſo inferiori, & parte ſuperioris reſecta, vidi, a parte maxime anteriori oſſis ſpongioſi ſuperioris, deſcendere introrſum & retrorſum laminam, teneram, obliquam, retrorſum protenſam, quae partem magnam ſinus maxillaris claudit. Vidi bifidam fuiſſe, quaſi calce aliqua ſeparata a pede ſ. parte poſteriori, & in ea diviſione fuiſſe foramen ſinus maxillaris. Caeterum ejus margo deſcendens anterior cum oſſe unguis, ſe exigua parte in nares demittente, conjungitur: & vidi ipſum os unguis huic laminae ita cohaeſiſſe, ut nihilo minori jure ipſi ei oſſi, quam oſſi ethmoidi laminam tribueres. Haec nunc lamina adſcendenti laminae oſſis ſpongioſi inferioris varie inſidet; vel omnino absque medio, ut manifeſto etiam video, vel membrana intercedente, tum anterius, tum poſterius. Coalitum plenum equidem rarius vidi, & etiam, ubi proceſſus uterque contiguus erat, futuram ſuperſtitem obſervavi. Sed vidiſſe potuit Cl. HUNAULD, & coram etiam diſſectarum narium ex corpore feminino adeſt medietas, in qua pars poſterior laminae deſcendentis oſſis ſpongioſi vulgo ſuperioris cum oſſe ſpongioſo imo late connata eſt. In eo uno diſtat mea ſententia a Cl. HUNAULD, quod coalitum eum valde raro inveniam, neque ſatis frequentem, ut nomina recepta mutare operae pretium ſit. Eamdem laminam credo eſſe os *turbinatum ſecundum* SANTORINI p. 89.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 200 sur 543

FIGURA II.

Pars anterior capitis oſſei, quae fit ſectione una longitudinali, qua a ſepto ſeparata eſt, altera transverſa, qua a parte poſteriori. Hujus figurae duae hedrae ſunt, quae depinguntur. Interior pertinet ad interiorem partem narium & convenit cum parte anteriori prioris figurae, niſi quod membrana pituitaria ubique conſervata ſit. Ea habet literas A. B. C. D. E. F. G. H. Z. a. b. c. d. e. f. g. hh. Poſterior repraeſentat ſectionem eam, qua anterior pars dimidii cranii a poſteriori reſecta eſt. Ea reliquas literas habet. Caeterum haec poſterior facies eadem eſt, quam ILL. MORGAGNVS expreſſit, ſed ab utroque latere, *Adverſ. VI.* f. 3.

A Oſſis frontis lamina anterior,
B poſterior.
C Sinus frontalis.
D Orificium ſinus frontalis, quo in cellulam ethmoideam primam patet.
EE Cellula ethmoidea prima.
F Pars parietis ejus interni (f. 1. h.)
G Proceſſus naſalis oſſis maxillae ſuperioris.
H Sectio oſſis ſpongioſi, quod vulgo ſuperius dicitur.
I Paries meatus medii narium, quo ſeparatur ab adpendice ſuperiori ſinus maxillaris.
K Ea appendix, quae ad V. cum ſinu maxillari continuatur 9).

L M

9) *Appendix ſinus maxillaris* mihi dicitur canalis vere cum eo ſinu continuus, qui ex ſuperiori anteriori ſinus parte adſcendit, magno oſtio ab eo ſinu ortus, accurate ad radicem ſive originem ſuperiorem oſſis ſpongioſi infimi. Inde adſcendit, & habet anterius oppoſitum parietem membraneum oſſeumque ſinus, qui eſt in medio narium meatu. Exterius vero ipſi reſpondet ſuperficies orbitalis oſſis maxillaris. Aperitur tandem in meatum narium medium ſub cellula ethmoidea ſecunda. Perpetuum non dixerim, qui nondum ſatis frequentia experimenta habeo. Neque poteſt, niſi in hac perdifficili ſectione detegi. Credibile eſt non ignotum fuiſſe WINSLOWO, quando dicit cellulas ethmoideas nonnunquam cum ſinu maxillari communicare n. 281. RAIMUNDUS VIEUSSENS *Neurograph.* p. 102. 103. vocat canalem a membrana pitui-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 201 sur 543

LM Orbitae paries interior. Pars ejus adusque L pertinet ad os ethmoides.
M Pars ad os maxillae ſuperius.
N Paries oſſeus terminans adpendicem ſinus maxillaris.
O O Cellulae in craſſitie oſſis maxillae ſuperioris ejusque parte orbitaria nondum deſcriptae. Earum ſuprema in cellulam ethmoideam anteriorem ſ. primam aperitur 10).
P Orbitae ſectio.
Q Pars orbitae ad os frontis pertinens.
R Pars ad os malae.
S Iterum os maxillae ſuperioris.
T Sinus maxillaris apertus.
V Foramen quo cum appendice ſua continuatur.
X Pons oſſeus, quo haec appendix a ſinu maxillari ſeparatur, ut tamen caveae communicent.
Y Sectio oſſis ſpongioſi inferioris.
Z Paries quo ſinus maxillaris ſeparatur a narium cavea.
a Orificium ductus lacrumalis.
b Meatus narium imus.
c Medius.
d Craſſities oſſis maxillae ſuperioris.
e Pars palati.
f Dens inciſivus lateralis.
g Caninus.
hh Molares duo anteriores.

FIGU-

pituitaria productum, cujus ope ſinus ethmoideus uterque anterior cum maxillari ſinu communicat. Aliquid ſimile deſcribit BVDAEVS n. 23. quem tamen nondum penitus intelligo.

10) Has cellulas *orbitarias* dixi in commentariis Boerhaavianis T. IV. 43. n. 5. neque ab eo tempore ſcriptorem inveni, qui eas dixerit, etſi in hac ſectione manifeſtae ſint, & ſuprema pars, quae in cellulam primam patet, minime exigua adpareat.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 202 sur 543

FIGURA III.

Capitis oſſei partis dimidiae dextrae pars poſterior, & major, cujus etiam duae facies ſunt, anterior, & interna. Illa cum poſteriori prioris figurae coaptatur & reſpondet, haec caveam narium perficit.

In hedra anteriori.

AA Pars oſſis frontis.
BB Pars oſſis maxillae ſuperioris.
C Pars oſſis malae.
D Pars oſſis multiformis.
E Fiſſura orbitaria inferior.
FFF Dentes molares tres poſtici.
G Sinus Highmori apertus.
H Paries quo ſeparatur a naribus.
I Paries inter adpendicem ſinus maxillaris & nares.
K Adpendix ſinus maxillaris. [f. 2. I. K.]
LLL Cellulae orbitariae [f. 11. O. O.]
M Earum communicatio cum cellula ethmoidea prima.
N Paries inter cellulam cribroſi oſſis primam & ſecundam.
O Paries orbitae.
P Paries inter orbitarias cellulas & adpendicem ſinus Highmori.
Q Sectio oſſis ſpongioſi vulgo ſuperioris,
R Et inferioris.

Facies interna hujus figurae.

S Cellula ethmoidea ſecunda.
T Paries qui tertiam claudit.
V Oſſis ſpongioſi imi facies, quae ſeptum narium reſpicit,
X Et eadem in ſuperiori.
Y Extremitas ejus poſterior.
Z Eadem in ſuperiori.
a Meatus narium imus.
b Medius.
c Supremus.

d Pars

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 203 sur 543

d Pars magna ſinus ſphenoidei lateris dextri 11).
e Pars ejusdem ſinus, ſiniſtri.
f Septum ſinuum.
g Os ſpongioſum ſupremum MORGAGNI.
h Paries cellulae ethmoideae quartae.
i Ejus pars aliqua aperta.
k Ductus a ſinu ſphenoideo dextro ad nares,
l Proceſſus poſterior ſellae equinae.
m Anterior.
n Pars cavi cranii.
ooo Craſſities & diploe oſſis multiformis variis locis viſa.
p Proceſſus cuneiformis alae pterygoideae.
q Ala externa.
r Oſtium tubae 12).
s Pars faucium naribus contermina.
t Proceſſus ſtyliformis.
u Mammillaris proceſſus.
x Condylus oſſis occipitis.
y Foramen pro nervo noni paris.
z Linea eminens in eo oſſe.
α Os petroſum.
β Canali ſemicircularis anterior,
γ Poſterior.
δ Foramen auditorium.
ε Margo oſſeus palati.
ζ Margo membranae Schneiderianae.

FIGU-

11. Sinum ſphenoideum plerumque reperio. Non tamen etiam adultorum crania mihi deſunt, in quibus omnino nullus eſt, ut etiam INGRASSIAE viſum p. 98. & CLARISSIMO VIRO D. WINSLOW n. 236. & CHESELDENIO aliisque, atque pro eo ſpongioſa fabrica ponitur, qualis in fetu eſt. Vidi etiam ſellam turcicam ſolidam, & ſinum ante eam ſellam poſitum, uti Cl. MORGAGNI obſervavit *Adverſ. anat.* I. p. 38. Vidi partem cuneiformem ipſam cavam, quod etiam ALBINVS vidit *de oſſib.* n. 39. Oſtium hujus ſinus membraneum recte anguſtius facit BVDAEVS (n. 22.) quam eſt in ſceleto, & quam figura eſt PALFYNII aliorumque. In ipſa ſella turcica vidi hac hyeme foramen, quo ex ipſius naturae inſtituto ſinus ſubjectus in cavum cranium patebat. In cavitatem cranii apertus erat, valde ad veterum ſententiam, niſi interpoſita tamen ſub glandula pituitaria dura cerebri membrana oſtium ſinus clauſiſſet. Hujusmodi cranium oportet vidiſſe IACOBVM SYLVIVM, quando foramina a ſella in ſinum ſphenoideum deſcendentia dixit adeſſe *veſan. calumn. depulſ.* p. 11. ed. Venet. tum ANDREAM LAVRENTIVM *hiſt. Anat.* p. 77.

12. Oſtium tubae omnino, ut alii recte monuerunt, nares reſpicit, & aeri, qui a naribus advenit, opportune patet.

FIGURA IV.

Septi narium facies ſiniſtra.

A Os frontis & diploe.
B Pars ſinus frontalis.
C Criſta galli.
D Pars oſſis plani ſiniſtri quae de cellulis ethmoideis deficit.
E Foramina cribroſa.
F Lamina oſſis ethmoidei quae ſeptum narium facit.
G Locus ubi cum oſſe vomeris committitur.
H Vomer 13).
I Cartilaginea pars ſepti.
K Pars oſſis maxillae ſuperioris.
L L Dentes inciſivi interiores.
M Linea vomeris poſterior membrana obducta.
N Pars proceſſus cuneiformis.
O Pars ſinus ſphenoidei ſiniſtri, pertinens ad partem f. 3. e.
P Proceſſus clinoideus poſterior,
Q Anterior.
R Sella Turcica.
S S Partes ſepti inter duos ſinus ſphenoideos.
T Margo inter eum ſinum & nares.

ICONES

13. In hoc cadavere, & alias, non raro vidi, connatum cum oſſe cribriformi vomerem, unde illa opinio VESALII *examen obſ. Fallop.* p. 31. SANTORINI p. 89. & LIEVTAVD *Eſſays Anatom.* p. 51. qui vomerem omnino pro cribriformis oſſis parte habuerunt. Aliam varietatem vidi, in qua oſſe vomeris fere toto deſtructo, ejus loco foramen amplum ovale ab una narium cavitate latiſſime ad alteram duxit.

ICONES ARTERIARVM PELVIS

LECTORI CANDIDO

S.

ALBERTUS HALLERUS.

Vaſa pelvis multas ob cauſas difficile eſt depicta dare. In adultis omnino parare neceſſe eſt, in tanta imperfectione harum partium, quae ante pubertatem eſt. Sed in adultis profunda, & umbroſa pelvis eſt, in quam neque cultro neque luci facile eſt aditum dare. Inde factum eſt, ut ſummus anatomicus WINSLOWUS, ut ipſe olim perſpicaciſſimus, B. EUSTACHIUS, non perinde feliciter aut icone, aut deſcriptione pelvis vaſa expreſſerint, ut quidem plerasque alias corporis humani partes, & in univerſum neminem reperiamus, cujus deſcriptiones undique intelligamus, aut probare poſſimus, cum alibi adeo multa ab aliis egregie deſcripta ſint. Deinde adeo longus labor eſt vaſa ea mundare, ut muſculi, qui teneri ſunt, & pallidi, facile omnem colorem & nitorem prius exuant, quam pictor officio fungi poſſit. Has cauſas excuſationis adferimus, ſi minus voto noſtrae figurae reſpondent. Caeterum ramos parum numeroſos, maſculis inprimis in fi-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 206 sur 543

guris pinximus, cum potuiſſemus plurima delineare. Truncos autem conſtantiores maluimus ſequi, omiſſis minoribus & minus conſtantibus ramis, curavimus autem, ut omnia in integro & facili ſitu pingerentur. Feminina inprimis cadavera pro exemplare propoſuimus, quorum pelvis plura viſcera, vaſa numeroſiora contineat. Maſculas icones unice ſubjecerimus, ut diſcrimen adpareret, quod inter utrumque ſexum eſt. Obſervationum caeterum, pro deſcriptione paranda, abunde fuit, etſi alias arterias aliis frequentius ſimus perſecuti. Obturatoriam arteriam, quae inter arterias pelvis eſt, in figura femoris profunda dabimus, omnesque artus inferioris tabulas poſt aliquot menſes edemus, cum omnes paratae ſint, & artus etiam ſuperioris icones procuraverimus. Dedi die 2. Aprilis 1749.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 207 sur 543

TABULA I.

EXPLICATIO LITERARUM.

A Vertebra lumborum ima.
B Cartilago inter eam & os ſacrum.
r Sacri oſſis pars.
C Os ilium ſiniſtrum.
D Iliacus Muſculus internus.
E Pſoas.
FF Oſſa pubis, ubi cartilagine multa conjunguntur.
GH Os pubis dextrum & os ilium ſerra diſſecta, ut pelvis quam ampliſſime pateſceret 1).
ʌ Ureter.
I Veſica Urinaria.
K Peritonaei pars quae a veſica ad uterum it.
L Uterus.
MM Vagina.
N Tuba ſiniſtra cum parte ligamenti lati.
O Inteſtinum Rectum.
P Muſculus ani levator obturatori inſperſus, & membraneo principio ab ejus involucro oriens.
Q Ejus pars poſterior, coccygi propior, alia paulum directione incedens.
R Radices aliquae magni nervi iſchiadici.
S *Aortae* finis 2).
TT *Iliacae* arteriae *communes* 3).

V *Sa-*

1) Ad icones parandas haec praeparatio, in adultis maxime corporibus, mihi utilis viſa eſt. Tabula tamen II. ad integram pelvim parata eſt.

2) Aortae arteriae hiſtoriam hic non repetimus. Inter renes & diviſionem ſuam praeter ſpermaticas lumbales atque meſentericam inferiorem, edit inprimis nonnullas lumbalibus glandulis, & ureteri, (*Tab. 6. artt. Renalium not. 10. & lit. 2.*) Deinde in quarta lumborum vertebra finditur (T. V.), vel ſuperius in corpore, vel inferius in cartilagine, quae inter eam quartam vertebram & quintam latiſſima adeſt. Vena Cava demum in quinta vertebra dividitur. Ita vere, ut ſolet, EVSTACHIVS T. 26. & pro varietate refert I. B. WINSLOW *tr. des arteres n. 228.* Paulo altiorem *in obſervationibus* diviſionem facit FALLOPIVS *p. 136.* qui aortam arteriam in cartilagine inter tertiam & quartam lumborum vertebram, venam cavam in quartae vertebrae corpore dividi ſcribit. Rarae ſunt fabricae, in quibus arteria aorta altius dividitur. Talem vir egregius D. PESTSCHE in *faſcic. obſerv.* deſcribit, in qua aorta ſub renali arteria fiſſa fuit, ut duo rami iterum inter ſe communicarent, eaque ex dextro trunco iliacam ſui lateris, ex ſiniſtro praeter iliacam meſentericam inferiorem dedit.

3) Arteria *Iliaca dextra* trans imam partem venae Cavae tranſit, ad ortum venae Iliacae. *Siniſtra* exterior ſuae venae ſociae & paulum anterior ita adcumbit, ut eam non tegat. Optime

utram-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 208 sur 543

V *Sacra media.* 4)
X *Sacra lateralis ſecunda.* 5)

utramque obſervationem EVSTACHIVS expreſſit T. 26. Nonne oportet legere in WINSLOWO n. 230. *coté externe* pro *coté interne?*

Iliaca externa caeterum in eo ſpatio, quod eſt inter aortae diviſionem & hypogaſtricae arteriae principium, nonnunquam ramos aliquos emittit ad ureterem, venae Cavae membranas, glandulas lumbales. Hae uretericae & ſurſum cum propaginibus aortae communicare ſolent, & deorſum cum iis, quas edit hypogaſtrica *Tabul. arteriar. Renal.* not 10. & lit. 16. Vidi duas fuiſſe ab Iliaca natas.

4) Hoc nomen arteriae feci, quae ſine pari eſt, raro exemplo, perpetua, neque minima, par fere lumbalibus. Origo eſt a media aorta, aliquanto ſupra diviſionem.

Alias ab ortu arteriae Iliacae dextrae, ex trunco tamen aortae provenit, alias ex lumbali dextra ima inter eas, quas aorta generat.

Frequentius tamen a principio iliacae ſiniſtrae ſed ex trunco aortae naſcitur, ut etiam EVSTACHIVS habet T. 26.

Deſcendit retro aortam, & fere per mediam anteriorem partem oſſis ſacri, in perioſteo, & ad extremum plerumque coccygem uſque continuatur. Vide melius expreſſam in T. V.

Rami conſtantes ſunt transverſi, qui undulatim extrorſum eunt, & in omnibus corporibus ſacri oſſis, cum arteriis ſacris lateralibus conjunguntur T. V. in ima vero lumborum cum lumbali ima, qualem hic ramum expreſſi T. I. qui & Pſoam adit, & cum Iliolumbali communicat X.

Deinde etiam alios majores ramos vidi. Ita ad quartam oſſis ſacri, ut in T. V. partem findi vidi ſacram mediam, neque raro, & uno ramo iviſſe ad inteſtinum Rectum, altero ramo iter ſuum more ſolito continuaſſe. Hunc ad rectum ramum vidi adeo grandem fuiſſe, ut pro haemorrhoidea media ſuo lateri eſſet, aemula ejus, quae in altero latere a trunco provenebat, & ſecundum conjunctionem veſicae urinariae cum Recto inteſtino antrorſum decurreret, atque utrique ramos inpertiret. Semper autem trunco ſuo in coccygis parte ſumma cum ramis lateralium ſacrarum aut coccygea arcum facit T. V. *t.* a quo arcu radiati ſurculi ad imum coccygem deſcendunt: & unus etiam viſus eſt deſcendiſſe per exteriora coccygis ad imum, & Anaſtomoſes trans dorſum coccygis in alterius lateris ſodalem feciſſe T. III. f. Etiam ante coccygem & in coccygeum muſculum ſurculi ex eo arcu prodeunt. Rariſſime quidquam ad medullam ſpinalem dat, neque anaſtomoſes cum ſacris lateralibus eo trahi poſſunt. Vidi tamen ſemel lumbales imas ex media ſacra ortas ad duo ima foramina lumborum iviſſe. Alias ramus ex coccygea & ſacra media conjunctus ultimo fine ad latus coccygis in levatorem ani exivit.

Hanc arteriam Cl. WINSLOWVS cum ſacris lateralibus in unam deſcriptionem coniunxit n. 227. Sed perpetua eſt ſuaeque inparis naturae tenax. In COWPERIANA tabula III. appendicis BIDLOIANI operis & apud IACOBVM DRAKE in T. XX. nomen habetur *ſacrae arteriae.* icon vero nimis brevis eſt n. 52. Haec etiam eſt *ſacra* DIEMERBROECKII L. VI. c. 6. p. 480. a. BOVRDON *deſcr. anat.* p. 374. PETRI DIONIS *Cours d' Anat.* p. 239. I. KEILII *abridgm.* p. 144. IO. ADAMI KVLMVS *tabul.* XVI. F. CHESELDEN *Anat.* Ed. VI. p. 189. VESALIVS & ramos ipſos & ſurculos inde in oſſis ſacri priora foramina euntes, & ex poſticis exeuntes minime ignoravit *C. H. fabric.* L. III. p. 492. ed. 1555. I. SYLVIVS ſacram dixit, & ſubire foramina oſſis ſacri adfirmavit *iſagog. anatom.* L. II. p. 39. b.

Fere eadem cum Winslowiana eſt deſcriptio Cl. LIEVTAVD *Eſſais anatom.* p. 494. qui perinde mediae, ut lateralibus, arterias caudae equinae tribuit, & D. VERDIER *Abrege de l' Anatomie II.* p. 356. In VERHEYENII T. XXXVIII. f. 1. exprimitur ad *X.* Duas facit DEIDIER *anat. raiſonn.* p. 197. & duas ab Iliaca nonnunquam prodire HEISTERVS auctor eſt.

5. *Sacrae laterales* in *Comment. Boerb.* dictae T. V. P. I. p. 406. longe plerumque diverſae ſunt a media ortu, ramis, & fine. Perpetuo enim fere inter ramos hypogaſtricarum ſunt, & rariſſimas exceptiones inveni. Origo equidem non parum variat, & numerus. Sacram lateralem unicam vidi & pinxi T. V. in latere dextro. Sive autem unica ſit, ſive ſuprema ſacrarum lateralium, oritur non raro a trunco hypogaſtricae, frequentius tamen ex Iliaca poſteriori, ut in ſiniſtro latere T. V.

Alias ex Iliolumbali, aut alia hypogaſtricae propagine venit. Vidi etiam ab haemorrhoidea media veniſſe. A trunco vero Iliaciae, ut I. B. WINSLOWO obtigit, nondum ortas fuiſſe vidi. Conf. n. 229.

Undecumque oriatur, ſequitur oſſis ſacri latera, ſecundum foramina anteriora, omnia ſi unica fuerit, unum duo, vel tria. ſi plures ex Iliaca poſteriori acceſſerint, quod eſt frequentius.

Si unica eſt, terminatur ultimo in coccyge in arcum cum ſua ſodali, & cum media conjuncta T. V. *t.* & paulo prius, in ſacri oſſis parte ima, ſaepe recipit ſibi inſertum ramum coccygeum vel Iſchiadicae, quod frequentius, vel Iliacae poſterioris ibid. *μ.* Si plures ſunt, tunc ima omnium ſimilia facit, & recipit ramum coccygeum, & arcum cum ſacra media facit.

Quando plures ſacrae laterales ſunt, tunc inferiores ſolent recipere inſertam ſibi ſuperiorem, & eaedem ex obpoſito ramum deorſum mittere, qui cum inferiori laterali ſacra continuatur. Vid.

Y *Lum-*

T. V.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 209 sur 543

Y *Lumbalis* ima.
Z *Iliaca externa.*
a *Circumflexa Ilium* obiter expreſſa 6).
b Truncus epigaſtricae.
c Arteria femoralis.
d Arteria *hypogaſtrica* 7).

e Trun-

T. V. Alias adeo breves ſunt, ut unice in ſuum foramen ſacrum ſubeant.

Rami ſacrarum lateralium a mediae ramis valde diſcrepant. Eorum alii anteriores ſunt, alii ſpinales, alii denique poſteriores.

Anteriores rami ad corpora vertebrarum oſſis ſacri eunt, tot fere quot corpora ſunt, & plures aliquando, & varie cum ramis ſacrae mediae concurrunt, ut in Tab. V. *s.* Surſum etiam plerumque ramos mittunt, qui cum Iliolumbali T. I. *m.* & lumbali nonnunquam ima conveniunt, aut in vertebra lumbali ima, aut in muſculo Iliaco. Nervis etiam magnis ſurculos adſpergunt. Non rarum etiam eſt, dare ramos ad glandulas pelvis retro arteriam Iliacam poſitas. Ex ſecunda ramum ad pyramidalem vidi datum.

Spinales rami tot ſunt, quot foramina ſacri oſſis, nempe quatuor, aut quinque. Vidi (ut in icone V. a. b.) duos in unum foramen ramos ſubiiſſe.

Prima uni, duobus, tribus, quatuor foraminibus in variis ſubjectis ramos ſuos dedit: reliquae quando adſunt, & ea foramina a ſuprema nihil habent, ſuis uni duobusve.

In ſpecu ſacri oſſis eo modo dividuntur, quo nunc dicam, aut certe adfini, nam experimenta non perinde repetii, aliquot tamen puerilia cadavera ad hanc inquiſitionem adhibui. Ergo ſacram primam vidi in ſpecu vertebrarum ita diviſam fuiſſe. Ramus poſterior exibat ad muſculum longiſſimum dorſi, perioſtea ſacri oſſis, & ligamenta. Inde ſurculus adſcendens, imae lumbali in ſpinae radice inſerebatur, deſcendens autem in proximam ſacram ſecundam. Minorem dabat idem ramus ſurculum in ganglion primum ſacri & duram matrem. Alter vero anterior ramus, major, in corpore ſuae vertebrae interius in ſpecu rete fecit, atque cum Iliolumbalis ramo & cum ſacra ſecunda anaſtomoſibus pene in ſpeciem circellorum coivit. Dedit etiam ſuo ganglio ramum, qui cum nervo longiſſime adſcendit, ut cum ſpinali arteria in imo dorſo conveniret. Quando duae arteriae ſacrum foramen ſubeunt, tunc una ad dorſum exit, alia in vertebris intus & in dura matre dividitur.

Ramus ſacer lateralis ſecundus ramo parvo poſteriori adiit ganglion ſecundum ſacri oſſis, & exiit in dorſi longiſſimum ut prior, magno vero *anteriori* ramo in ipſis vertebris ſacri oſſis cum prima ſacra & tertia anaſtomoſes fecit, iterumque ganglio ſuo ramum alterum dedit.

Ramus lateralis tertius ad ganglion ſuum poſteriorem ramum dedit, & exiit ad dorſalem partem ſacri oſſis, & alio anteriori ramo circellos fecit in vertebrarum ſuarum corporibus, atque cum ſecunda & quarta communicavit, factis circellis. Hanc tertiam, a ſacra laterali ſecunda ortam, vidi ex dorſo ſacri oſſis rediiſſe in pelvim per quartum foramen oſſis ſacri, ſpinalem ſpecum ſubiiſſe, & in primo oſſe coccygis ſolitum cum ſacra media arcum feciſſe, ut ſacra lateralis non infra tertium foramen deſcenderet.

Ramus ſacer lateralis quartus, cujus foramen ſaepe ligamento perficitur, dat etiam parvum ramulum ſuo ganglio & ad dorſum ſacri: majori vero anteriori circellos in oſſe ſacro facit.

Ramus ſacer lateralis quintus, inter os ſacrum & coccygis exeuns, valde parvus, dat ſuo vltimo nervulo ramulum, & ſuum etiam ſurculum rete in imo ſacro oſſe & coccyge facientem. Omnibus autem ſui ſurculi ſunt, qui longe nervum ſuum ſurſum in cauda equina proſequuntur.

Sacra quinta plerumque non eſt truncus peculiaris, ſed fit fere a ramo imo ſacrae foraminis quarti (Ic. N. 1.) conjuncto cum ramo coccygeo iſchiadicae, qui per intervallum, quod dixi, ſubit & anaſtomoſin cum ſacris vaſis anticis habet. Alias haec anaſtomoſis in ſacram lateralem fit, ad quartum foramen.

Caeterum, cum haec omnia varietatem admittant, in univerſum dici poteſt, quemlibet ſacrum ramum in ſuo foramine in duos findi, quorum poſterior exit de vertebris, ſurculo ad ganglion nervi ſui & ad adipem ſpinali medullae circumpoſitum atque duram matrem dato. Anterior fere major ſimilem ganglio ſuo & cum eo ad medullae ſpinalis duram matrem ramum dat, & trunco ſuo per corporum vertebrarum faciem poſteriorem dividitur. Poſtici rami cum ramulis Iliacae poſterioris ad os ſacrum venientibus anaſtomoſes habent. Eos caeterum breviter tetigit I. B. WINSLOW. n. 229. *d' autres traverſent meme* &c.

Hos arteriarum ſacrarum lateralium ramos poſteriores credimus, nervos eſſe illos poſticos ſacri, quos multi Anatomici deſcripſerunt, refutat autem I. IAC. RAVIUS apud VALENTINVM in *appendice amphitheatr. Zootom.* p. 112. IAC. KEILIVS, HEISTERVS *compend. anat.* p. 165. & alii.

6.) Dicetur cum arteriis femoris.

7.) Arteria Iliaca alias ad conjunctionem oſſis

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 210 sur 543

e Truncus communis arteriae. f *Ilio-*

ossis sacri cum osse ilium, alias longius ab osse sacro in psoa ramum maximum emittit. Is in fetu multo, quam truncus femoralis, major est, & plus quam quadruplo. Proportionem etiam habet C. I. TREW. *Comm. Lit. Nor.* 1733. f. 2. paulo minorem, & SPIGELIVS *de formato fetu* T. IX. Sensim aequatur femorali, quando ligatis arteriis umbilicalibus, eo itinere obstructo, sanguis vi, quam a corde accepit, ad artus inferioris arterias appellitur, quae apertae sunt, & minus sanguini resistunt, quam clausa, & polyposo sanguine farta umbilicalis arteria. Haec mutatio adeo subita est, ut in infante unius anni femoralis hypogastrico trunco aequalis sit, quae ratio in adulto homine supereſt, ut istum nimis parvum EVSTACHIVS pingat, T. XXV. XXVI. XIII. XII. quod, in tanta auctoritate viri, monere visum est. Nam vel aequalis, vel paulo omnino quam Iliaca externa minor est. In eodem fetu haec arteria valde ab hominis adulti fabrica dissentit. Ibi enim hypogastrica arteria in pelvim descendens, ubi imam vesicam adtigit, recurva sursum redit secundum vesicam, ad umbilicum usque PARSONS *of the bladder* T. V. C. IAC. TREW. *Comm. lit. Nor.* 1734. T. I. f. 6. CL. P. AD. BOEHMER. *de vas. umbil.* f. 2.

Ita arcus nascitur, deorsum convexus, ex qua peripheria pelvis arteriae, nunc exiguae, descendunt. Aliquid hujusmodi icon V. exprimit, etsi ex situ arteria mota sit, ubi vides ramos, sacram lateralem, iliacam posteriorem, haemorrhoideam quae & pudenda communis, obturatoriam, uno ordine ex inflexae hypogastricae dorso prodire. Confer I. B. WINSLOW. n. 231. LIEVTAVD l. c. iconem Cl. BOEHMERI & PARSONS l. c. Geniculum nunc confirmatis experimentis nullum reperio, & credo esse uncum accidentalem, qui casu nascitur, quando extrema arteria inanis est, & se a reliqua repleta parte retrahit, ut in *Tab.* V.

In adulto hic arcus penitus evanescit. Umbilicalis enim arteria evanuit, & sanguis, qui in vasa pelvis reliqua aperta incubuit, ea ita dilatavit, ut videatur truncus hypogastricus in eum terminari, qui ultimo divisus pudendam communem & ischiadicam producit T. I. o. p. T. II. EVSTACH. T. XXVI. prope Y. ALBINIANVM.

Ex eo nunc arcu in fetu, & ex eo trunco in adulto homine, rami arterioſi pelvis prodeunt, incerto numero, quod modo hic, modo ille ramus ex aliquo alio ramo prodeat, & unus communis ramus duos tresve producat, qui alias seorsim nascuntur.

Hi rami autem, quando plurimi seorsim prodeunt ex trunco hypogastrico, sunt *Iliolumbalis: Sacra lateralis: Iliaca posterior: Obturatoria: Ischiadica: Pudenda communis: Haemorrhoidea media: Uterina: Vesicalis ima*, unae, duae, plures, quae antea oriuntur, quam umbilicalis arteria vesicam contigerit: *Vesicales* reliquae, quae in ipsa vesica ab umbilicali prodeunt: *Umbilicalis*, si eam velis pro ramo habere. Minutos ramulos, uretericos, psoae datos, & ejusmodi, lubens omitto. Cl. TREWIVS ramos habet Iliolumbalem (nostram), iliacam posteriorem (nostram), a qua obturatoria; truncum unde ischiadica, haemorrhoidea interna, & externa; vaginalem, vesicalem imam, uterinam, umbilicalem *Comm. Lit.* 1738. T. I. f. 18. Inter hos ramos maximi sunt Iliaca posterior, Ischiadica, Pudenda communis. Hinc frequenter fit, ut Iliaca posterior producat Iliolumbalem, Sacram lateralem unam pluresve, Obturatoriam, denique Ischiadicam.

Deinde Ischiadica Pudendam communem saepissime gignit, sive divisio in pelvi fiat, sive extra pelvim demum, & tanto ea Pudenda major est, ut ea pro ramo Ischiadicae haberi queat: Obturatricem aliquando edit.

Sed Haemorrhoidea media, & uterina, & vesicalis ima ex Pudenda communi saepe prodeunt, vel una, vel aliquae, vel omnes.

Obturatoria equidem minime raro ab Epigastrica nascitur, ipsa vero nonnunquam vesicalem generat. Iliaca minor alia, diversa ab Iliolumbali, ex trunco hypogastrico, aut aliquo ramo nonnunquam provenit.

Ordo ipse horum ramorum incertus est, etsi in universum primae prodeunt Iliolumbalis, Sacra lateralis, Iliaca posterior, Obturatoria: & succedere soleant Ischiadica, & Pudenda communis, proximae vero vesicae, sive, ultimae in ordine, quo ab umbilicali prodeunt, haemorrhoidea media, uterina, vesicales. Si vero umbilicalem pro uno ramorum habuerimus, numerabimus ramos in hoc ordine: Iliolumbalis, sacra lateralis, si distincta, Iliaca posterior, Uterina, vesicalis: umbilicalis, obturatoria, Ischiadica, Pudenda communis. Varietatum autem in ordine, ne taedio fiam, omitto recensionem, quas maximo numero ex cadaveribus collegi, quorum non unum alteri facile, neque unius latus alterum alteri satis simile est.

Caeterum de his arteriis pauci ita scripserunt, ut multum nobis profint. GALENVS in arteriis brevissimus est, in venis certe non malam cognitionem vasorum pelvis demonstravit. VESALIUS minime male ea vasa verbis expressit, ut ea aetate fieri potuit. VESALIUM per omnia sequuntur VIDVS VIDIVS L. III. c. 17. p. 139. VALVERDVS: CASSERIVS L. VI. T. 2. qui in iconibus confusum chaos habet, ut in L. VIII. T. 19. 20. 21. ADRIANUS SPIGELIUS de *corp. hum. fabr.* L. VI. c. 4. & HIGHMORUS p. 121. T. 17. R. COLVMBVS varia addidit, partim firma, partim secus *de re anatom.* L. VII. p. 186. Neque invenio quidquam seculo XVII. additum esse, praeter paucos ad partes genitales ramos, BARTHOLINVS certe (p. 638. *anat. quart. renov.*) brevissime recenset pro ramis hypogastricarum musculam inferiorem, hypogastricam, umbilicalem. Eadem habet

f *Iliolumbalis* 8) &
g *Obturatoria* 9).
h Iliolumbalis rami ſuperficiales.
i i Profundi. k Obtu-

habet DIEMERBROECKIUS. *Anat.* p. 480. L. VI. c. 6. PETRUS DIONIS p. 239. *cours d' anat. &c.* Aliter paulo BOURDONUS *deſcr. anat.* p. 374. 375. ſed neque ipſe utiliter. Breviſſimus etiam eſt I. IACOBUS RAVIUS apud VALENTINUM p. 104. VERHEYENII vix ulla deſcriptio eſt. G. COWPERUM *l. c.* & IACOBUM DRAKE, qui ex puero, & umbilicalem arteriam pro trunco pingunt, & aliquot ipſi, ſed nimis omnino paucos ramos tribuunt, neque verba, neque icones laudare poſſum. KEILIUS, qui COWPERUM fere ſequitur, videtur, ex pyramidalis muſculi argumento, referre inter ramos hypogaſtricae uterinam (vel veſicalem imam), Iliacam poſticam, Iſchiadicam, obturatoriam *abridgment* p. 344. IOHANNIS E. WREEDEN Tabula XXVIII. nullam, quantum ego invenio, faventem interpretationem admittit, cum, praeter umbilicalem, unice pudicam internam & Glutaeam pro ramis hypogaſtricae habeat, qualem fabricae ſimplicitatem non credo eum vidiſſe. Et tamen IOHANNES ADAMUS KULMUS in tab. XVI. not. ω. omnia WREEDII non citati verba exſcribit: Hujus enim tabulae a. 1721. KULMIANAE omnium prima a. 1722. Gedani breviſſimae prodierunt. WINSLOWUS *Tr. des arter.* n. 240. omnes truncos ad quinque unice reduxit, Iliacam parvam; Glutaeam: Iſchiadicam: Pudendam communem, obturatoriam: de quibus & noſtrarum obſervationum conparatione cum Clar. VIRI deſcriptionibus ſingulatim dicemus. Eum de more I. PALFYN. in *anatom. chirurgic.* II. p. 248. D. VERDIER. *abregé de l' An.* II. p. 358. Cl. SCHAARSCHMID in tabulis *angiologicis*, & alii imitati ſunt. Cl. GRAMBSIUS in *tabulis Angiologicis* T. V. pudendam internam deſcribit, ſed haemorrhoideas tribuit Iliacae poſteriori. Omittit obturatorias, veſicales, Iliacam aliasque. Cl. LIEUTAUD truncos numerat omnino umbilicalem, iliacam parvam, pudendam internam, obturatricem, glutaeam, pudendam mediam, haemorrhoideam externam, quae tamen etiam ab ipſo D. LIEUTAUD pro ramo prioris habetur, & ſacram demum, quam ſaepiſſime ex hypogaſtrico trunco prodire ſcribit p. 495. de laterali hic intelligendus. Caeterum inter omnes ſcriptores hic mihi facillimus intellectu & vitiis puriſſimus in his vaſis videtur. Cl. TREWIUS in *Comm. Lit. ann.* 1733. 1734. 1737. 1738. 1743. meliora habet, & inprimis a. 1734. ad T. V. f. 6. Ramos ſatis plene recenſet, Iliacam parvam, Iliacam poſteriorem noſtram, quam glutaeam vocat, Iſchiadicam, pudendam communem, veſicalem, quae ipſi pudenda externa, obturatoriam, aliam veſicalem, umbilicalem. Sed breviſſime ſcripſit.

8.) *Iliolumbalis* mihi eſt, quam *Iliacam parvam* dixit Cl. WINSLOWUS, n. 241. & poſt eum D. LIEUTAUD, p. 495. VERDIER l. c. p. 357. Cl. TREWIUS *Comm. Lit. Nor.* 1738. T. I. f. 18. 1734. T. 5. f. 6. Ratio, cur nomen reformaverim, fuit, quod Iliacae communis, externae, internae, poſticae, parvae nomen nimis frequenter recurrat, & ea repetitio aliquam obſcuritatem pariat.

Haec arteria mediocris molis eſt, par lumbali alicui, & omnino congener. Oritur plerumque ex hypogaſtrica, vel ex trunco ipſo fere prima (ut in T. I. II. & V.) aut poſt lateralem ſacram, vel ex ramo Iliaco poſteriori, ut apud TREWIUM 1734. & ad T. V. f. 6. Vidi etiam ex trunco Iliacae communis natam eſſe, ut apud Cl. TREWIUM 1738. T. I. f. 18. 1734. T. V. f. 6. Trunco ſuo extrorſum fertur, pſoa utroque tecta, cui ramos etiam dat: & finditur plerumque in duos ramos.

Adſcendens ramus inter vertebram lumborum ultimam & os Ilium ſurſum tendit, cum nervo obturatore, dat iliaco muſculo, & oſſi ilium, & ſacro, ubi cum media ſacra anaſtomoſes habet T. I. dat nonnunquam transverſo muſculo, ſubit canalem, qui infra lumborum vertebram imam eſt, ad medullam ſpinalem, (T. V. Z.) in qua cum quarta lumborum & cum prima ſacra anaſtomoſes habet. Vidi etiam quartum foramen lumborum ſubiiſſe. Hos fines WINSLOWUS aliique, qui eum ſequuntur, non habent.

Alter ramus transverſus eſt, & pſoa tectus extrorſum it, cui etiam ramos ſolet porrigere iterumque dividitur. Unus ejus ramus per *ſuperficiem* muſculi Iliaci interni, ſub criſta oſſis Ilium incedit, (Tab. V. Y.) dat huic muſculo, dat adipi renali, exit in muſculum transverſum abdominis, & in eo finitur. Anaſtomoſes habet cum circumflexa Ilium, quae a femorali naſcitur. Ramus *profundus* ramoſus per idem os Ilium incedit, in perioſteo, & in id inque muſculum Iliacum finitur. Ab eo oritur arteria nutritia Ilium anterior, quae in foramen partis cavae hujus oſſis ſubit, medio loco fere inter os pubis & ſpinam dorſi, WINSLOW. l. c. Vidi nutritiam eam ab obturatrice profectam fuiſſe. Hunc ramum adumbrat EUSTACHIUS T. XXV.

Iliolumbalis dat aliquando ſacram lateralem primam, dum ſecundum os ſacrum adſcendit. Quinquies vidi id factum, & videtur pro perpetuo habuiſſe WINSLOWUS l. c. *dont l' un entre dans le canal de l' os ſacrum.* Vidi etiam parvam fuiſſe, & unice muſculo iliaco & pſoae inpenſam, cum ramus adſcendens non ſubiret vertebrarum ſpecum, ſed in nervo crurali & obturatore & ſacro primo ramoſus deſineret. Sed id rarius eſt. 9.)

k Obturatoriae ſuperficialis ramus ad os pubis.

l Ramus Iliolumbalis arteriae adſcendens.

m Ejus anaſtomoſes cum ima lumbali.

n *Ilia-*

9) *Obturatoria* arteria WINSLOWI l. c. n. 252. VERDIER p. 357. SCHAARSCHMIDII. GALENO vena ſocia bene cognita fuit, & recte obſervatum, plerumque ex duabus coaleſcere, dum venas dicit, *quae utrinque per pubis oſſis foramen &c. de venar. & arter. diſſ.* c. 8. EVSTACHIUS varia addidit, & anaſtomoſin cum crurali pinxit, VESALIVS eadem de iis vaſis prodidit ad verba. „Haec namque non minus quam vena ipſi adtenſa„..

Perpetuum equidem eſt, ut truncus arterioſus cum vena & nervo per ſulcum in parte exteriori ſuperiori foraminis pubis ipſi oſſi inſcriptum, exeat in ſummum femur. Non tamen perpetuum eſt, eam arteriam a pelvis truncis naſci, cum novies viderim ex Epigaſtrica ortam, ſecundum os pubis deſcendiſſe, atque per ſolitum canalem ad femur iviſſe. Tunc autem ramus aliquis hypogaſtricae plerumque minorem ſurculum emittit, qui cum Epigaſtricae ramo conjunctus, eam obturatoriam producat, quod miror jam SYLVIO notum fuiſſe l. c. p. 40. Ex iliaca externa prope Epigaſtricam prodiiſſe vidit LIEUTAUD p. 496. quod parum a noſtra obſervatione differt, qualis omnino fabrica pingi videtur a VESALIO Tab. p. 483. ad 5.

In pelvi autem oritur vel ex trunco hypogaſtricae (Tab. V. Z. TREW. 1734. T. V. f. 6.) vel a ramo aliquo majori, iliaca inprimis majori ID. 1738. T. 1. f. 18. uti video EVSTACHIVM jam pinxiſſe T. XXVI. YY. aut ex iſchiadica T. II. ad *c.* aut iliolumbali, ut hic T. I. Iter in pelvi ſolet ſimplex eſſe, ut ſecundum obturatorem internum, nervo fere inferior, antrorſum eat, donec per intervallum inter os pubis & obturatoris fibras ſubeat. Solet, ut fere arteriis in more eſt, paulum flexuoſa eſſe, & fine introrſum curvari.

In eo itinere ramos varios aut dat, aut dare omittit, nihil enim hic valde conſtans eſt. Ergo ad obturatorem internum muſculum, (R. T. II.) ad glandulas comites vaſorum iliacorum, ad iliacum internum, ad pſoam muſculum ramulos frequenter inpertit. Vidi ramum late ſub pſoa progreſſum per os ilium ramoſe ſparſum fuiſſe. Nutritiam oſſis Ilium anteriorum dediſſe vidi. Non valde rarum eſt, duos ramos dediſſe veſicae urinariae, ad inferiorem ejus partem, veſiculas etiam & proſtatam. Certe hanc ex obturatoria veſicalem omnino decies vidi. Eam veſicalem duplicem, & adeo grandem vidi fuiſſe, ut unus ramus de pelvi exiret, & cum arteriis penis inoſcularetur; altera profundior ad urethram, proſtatam, rectum inteſtinum terminaretur.

Alias alium ramum vidi ad proſtatam iviſſe, alium profundum, tectum obturatore muſculo, ex pelvi ſub ſymphyſi oſſis pubis exiviſſe, & duabus anaſtomoſibus cum arteria penis coiviſſe, unaque corpus cavernoſum penis adiiſſe, ut parvus unice de pudenda communi ramus eſſet, qui adiret penis ſuperficiem. Penis arteriam omnino etiam bis dediſſe vidi, quod video obſervatum a Cl. LIEVTAUD p. 496. & hanc fabricam pro conſtanti deſcripſit COLUMBUS L. VII. p. 186.

Semper autem, quantum video, ramum dat, qui ſecundum os pubis circumductus in perioſteo in alterni lateris ſimilem arteriam inſeritur, ut coronae modo pubis partem pelvi obverſam depingat. Ea corona cum epigaſtricae ramis communicat, & ramos tendinibus muſculorum abdominis ibi poſitis dat, rectorum inprimis. Duplicem etiam eam coronam vidi ſaepe, & ita fuit in cadavere, unde T. I. ſumta eſt.

Poſtquam eadem obturatoria ex foramine oſſis pubis & canale ſibi exſculpto prodiit in ſpatio, quod eſt in angulo hujus foraminis exteriori inter os & obturatorem externum, ibi plerumque in duos ramos finditur.

Eorum *exterior* deſcendit, tectus obturatore externo, inter eum & internum, ſecundum caput femoris & externam foraminis oram, dat utrique horum muſculorum ramos, dat unum duosque ad capſulam femoris articularem, quorum alteruter ſaepe articulationis cavitatem ſubit, & dat glandulae Haverſii, ligamento tereti, perioſtiis, & capſulae articulari proſpicit. Septies certe & ultra eum ramum ab obturatoria arteria prodiiſſe vidi, (T. V. *a.*) etſi frequentius utique ab arteriae circumflexae internae ramo prodeat. Tunc autem obturatoria unice dat capſulae, & cum eo ipſo circumflexae ramo communicat.

Ab eodem parvo trunco exteriori ramus per carnes obturatoris interni, aut per ſuperficiem deſcendit, & circumlegit inferiorem oram foraminis ovalis, atque in ramum interni trunci anaſtomoſi facta redit, datis in obturatorem internum & in tricipitem longum ſurculis, & in quadratum.

Idem porro truncus deſcendit ſecundum caput femoris, infra foramen pubis, & nonnunquam ad tricipitem ſecundum, & longum & quadratum ſatis longe dividitur. Semper autem circa ejus foraminis oram inferiorem & circa oſſis iſchii tuber circumflexus (T. V. ad *γ.*) in vallecula ad latus exterius tuberis inter id acetabulum, adſcendit reflexus,

&

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 213 sur 543

n *Iliaca posterior* 10).

o *Ischia-*

& tectus quadrato, inque dorso femoris adparet. Dat ibi capsulae femoris posteriori parti, quadrato musculo, periosteo tuberis ischii, & suculentis anastomosibus, ante quadratum, & cum ramo descendente ischiadicae, & cum ramo trans tuber ischii eunte haemorrhoideae externae communicat, & cum ejusdem ramo descendente, si aliquis adfuit. Trans obturatorem vero internum furculos mittit, qui & ipsi cum descendentibus arteriae haemorrhoideae externae vel pudendae communis ramis uniuntur, subtiliori reti. Cum circumflexae femoris internae ramo adscendente convenit in quadrato, ad interiora trochanteris.

Truncus obturatoriae *internus* trans obturatorem externum incedit, & saepe, paucis ramis editis ad eum musculum, cum arteriae circumflexae femoris ramo adeunte tricipites, continuo patula anastomosi confunditur. Ita fere EVSTACHIVS T. XXVI. inter y et AE, VESALIVS ad ω loco justo paulum humiliori. Alias multo ramosior est. Dat continuo furculum introrsum, qui aliquando solum os pubis adit, & contra ejus synchondrosin adscendit. Sed plerumque perforans gracilem, huic dat, nonnunquam pectineo & tricipiti longo, & sensim cutaneus factus, adit imam partem scroti aut vulvae labiorum, ibique anastomoses habet cum arteriae pudendae communis ramo *perinaeo*.

Truncus idem emittit alium ramum, tectum obturatore externo, qui interiorem oram foraminis pubis circumit, & in initio ischii arcum cum furculo arteriae exterioris jam dicto facit, ut integer circulus arteriosus foramen pubis circumeat. Ex eo furculo trans tuber ischii rami eunt ad tricipitis longi & semitendinosi & bicipitis origines, & anastomoses habent cum arteriae pudendae communis ramo trans tuber ischii adveniente.

Ipse denique truncus sensim extrorsum descendens in utrumque obturatorem, in tricipitem longum EVST. T. XXVI. secundum (ubi cum circumflexae internae ramo etiam coivisse vidi,) & primum denique & quadratum, finitur ramosus. Hujusmodi rami sunt, quando plurimi; superficialem vero illum frequentius defuisse vidi, tum eum, qui acetabulum subit, reliqui in universum constantiores sunt.

10) *Iliaca posterior* ab ipso situ mihi dicitur, quam musculam VESLINGIVS & alii prioris seculi, nostro vero VERDIER p. 357. & LIEVTAVD p. 496. & Cl. TREWIVS 1734. f. 6. T. V. T. 1738. T. I. f. 18. f. f. *Glutaeam* (fessiere) dixerunt, nam in WINSLOWI descriptione distingui nequit, cum & *sub* pyramidali dicat prodire, n. 242. cum nostra supra eum musculum exeat, & ramum satis longum ad nervum ischiadicum descendentem memorit, & vasa ad coccygem &c. n. 243. quae omnia potius de Ischiadica arteria vera sunt. Valde etiam rari rami sunt, quos haec arteria, ex descriptione D. LIEVTAVD, dat levatoribus ani.

Caeterum haec arteria, ut omnium maxima est inter ramos hypogastricae, ita etiam omni tempore nota fuit, & vena ejus socia dicta est GALENO, quando venarum conjugationes in exteriori sede ossium latorum (Ilium) memorat *de dissect. arter. & venar.* c. 8. EVSTACHIVS ejus originem, extrorsum euntem in T. XXV. ad R. ALBINI, progressum & ramos T. XXIV. ad A. ALBINI expressit. VESALIO est *exterior simul cum vena* &c. p. 492. Oritur autem inter primas ex hypogastrica, praemissa tamen iliolumbali, sacra laterali, & saepe obturatoria, quoties eae seorsum prodeunt, & frequenter flexa ex trunco provenit (T. I.) atque introrsum se demergens, inter duas radices nervi Ischiadici se abscondit T. II. n.

Prius vero, quam de pelvi exeat, & ramos magnos nonnunquam aliquos edit, & parvos. Magni sunt Iliaca parva, quam saepe, obturatrix, quam non raro, sacra lateralis, una pluresve, quam plerumque, Ischiadica & Pudenda communis, quam nonnunquam producit. Deinde parvi, neque ii constantes, ad intestinum Rectum eunt, diversi ab haemorrhoidea media.

Sed major pars ramorum extra pelvim demum adparet, ubi Iliaca posterior, aliquamdiu tecta pyramidali musculo, inter glutaeum medium & pyramidalem adparet. T. III. Z. In ipso transitu dat magnam *nutritiam* ossis Ilium in foveam, quae est supra spinam ischii, T. V. i. tunc finditur in duos magnos ramos, superficialem ibid. z.α.α.α. & profundum β.

Superficialis dat ramos minores glutaeo minimo, medio & pyramidali, qui nonnunquam ex trunco communi, aut ex profundo ramo prodeunt. Horum ramorum propagines, tectae pyramidali, cum ischiadicae ramis communicant. Sed ipse superficialis truncus iis ramis datis finditur in duos ramos. Eorum unus adscendit, &, circa ortum glutaei medii aliquamdiu flexus, ad medium & partem superiorem maximi glutaei ramos dat. Idem introrsum versus os sacrum ramulos mittit, T. III. qui in periostea hujus ossis, longissimum dorsi ab osse sacro ortum (EVSTACH. T. XXIV.), & foveas pro ligamentis iliaco sacris factas venit, & cum ramis sacris posterioribus communicat. Eorum ramorum varii tendinem glutaei magni perforant, quo ex sacro osse oritur, & cutanei fiunt. Aliquis etiam profundior ramus, in ipso osse ilium, secundum conjunctionem cum sacro, circumlegens ortum medii, ultimo cum profundo in circulum coit.

Descendens ramus, inter magnum & medium fere, circa ortum medii circumit, aut simplex aut bifidus, & inprimis in magnum Glutaeum magnis ramis dividitur. Dat tamen etiam minores furculos ad pyramidalem, ad foveas in-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 214 sur 543

o *Iſchiadica* 11).

feriores oſſis ſacri, nonnunquam ad ipſas carnes magni glutaei, quae ligamento tuberoſo ſacro innaſcuntur, ad coccygis usque perioſtea, & raro exemplo viſus eſt *coccygeam* edidiſſe, quae alias Iſchiadicae propago eſt. Ea, uti jam dictum eſt, tecta ligamento tuberoſo ſacro, ſubiit os ſacrum per foramen tertium, dedit anaſtomoſin inſignem in ſacram mediam, perque ipſum os ſacrum, datis ad magnum nervum ramis, ad coccygeum & ad levatorem ani exiit.

In his duobus ramis major varietas eſt, ut ramus ſuperficialis loco duorum in tres, quatuorve radiatos trunculos confertim findatur.

Profundus ramus duos etiam magnos ramos edit, quorum unus perpetuus coronam quaſi facit (δ) circumductus circa originem glutaei minimi, ex cujus arcus convexitate rami ſurſum in glutaei medii originem, & in criſtam oſſis ilium eunt. Rami alii & concavitate arcus deorſum, inter minimum & os ipſum Ilium, verſus trochanterem magnum deſcendunt, in capſulam articulationis femoris usque, ubi ramuli ultimi corona circa oram oſſis ilium facta, coeunt cum ramo *profundiſſimo*. Superius iidem cum ramo jam dicto *ſuperficialis* rami anaſtomoſin habent. Ab eodem arcu, ſed propius ſacrum, arteria *nutritia poſterior* oſſis ilium oritur. Hunc caeterum ramum EVSTACHIVM in T. XXV. ad t. ALBINI credo expreſſiſſe. Arcus ipſe definit ad criſtam anteriorem ſuperiorem oſſis ilium, ultimis ſurculis in cutem exeuntibus. Rarius eſt, ramum tectum medio glutaeo ad gemellum & quadratum usque profunde veniſſe.

Ramus alter *transverſus*, etiam perpetuus, (ε) inter medium & minimum Glutaeum ſenſim deorſum tendit, in utrumque, ſed magis in medium, ramis ſuis inpenſus, isque truncus circa trochanterem magnum in minimum glutaeum conſumitur. Et iſte ramus ab EVSTACHIO eodem loco pingitur ad v. ALBINI. Rami hujus transverſi, qui glutaeum magnum adeunt, erumpunt in cutem per intervalla fibrarum carnearum. Hujus ejusdem transverſi propago eſt *profundiſſima Ilium*, quae etiam a *ſuperiori* ramo viſa eſt oriri. Is ramus, notabilis omnino, deſcendit verſus trochanterem, tectus glutaeo minimo, in ipſo perioſteo, ejusque ſurculi in perioſteo, in fine anteriori oſſis Ilium, cum ultimis ſurculis arteriae circumflexae externae anaſtomoſes habent. Dat etiam ortui ſartorii, & acetabuli ſupercilio, & ibi cum ſurculo coronae ſuperioris jam dictae circulum abſolvit.

11) *Iſchiadica* arteria mihi eſt ea, quae ex pelvi infra pyramidalem emergit T. III. t. & circa tuber iſchii variis ramis dividitur. Ita etiam Cl. LIEVTAUD l.c. p.496. & VERDIER p. 358. & Cl. TREW *Comm. lit.* 1734. T. 6. f. 5.

p *Puden-*

1738. T. I. f. 18. *l.* hoc nomen ſumſiſſe certum eſt. Apud WINSLOWVM dubium eſt, quo nomine veniat, neque enim de noſtra dici poteſt „eam adſcendere per faciem externam oſſis ili„um quaſi radiatim, & dare inprimis medio & „parvo glutaeo„ quae omnia WINSLOWI verba n. 245. videntur ad Iliacam noſtram poſticam pertinere. Neque vidi hactenus „ramum ad articulationem femoris inde prodiiſſe, qualem IDEM n. 244. dicit, is enim ramus nunquam, niſi ab obturatoria, aut a circumflexa femoris, venire viſus eſt, neque fere, a ſitus ratione, aliunde venire poteſt.

Haec caeterum arteria truncus fere hypogaſtricae eſt, non quod Iliaca poſteriori aut major aut par eſſe ſoleat, ſed quod in directione ponatur trunci hypogaſtrici. Oritur autem ex trunco ſuo, poſt datos priores ramos omnes, ſacram nempe lateralem, iliolumbalem, iliacam poſteriorem, obturatoriam, & longe in pelvi deſcendit, donec inter nervi magni inferiorem aliquam radicem, & muſculum ani levatorem de pelvi exeat, ſemper inferiori, quam Iliaca, loco. Is truncus eſt, quem EVSTACHIVS T. XII. f. 1. & T. XXVI. retro veſicam ſe ſubducentem pingit, in T. vero XXVI. bifidum, & continuum directioni hypogaſtrici trunci, delineat, interius quam Y ALBINI. Intra pelvim varios ramos generat, aut minores aut magnos. Magnorum principes ſunt haemorrhoidea media, & pudenda circumflexa. Illa plerumque ex hac ipſa, haec ex Iſchiadica ita naſcitur, ut truncus Iſchiadicae in duos ramos pene parallelos dividatur, quorum major, propior ſacro oſſi, iſchiadica eſt, T. I. o, minor & propior genitalibus partibus, Pudenda T. I. p. Ita etiam in icone ILL. TREWII reperitur *Comm. Nor.* 1738. T. I. f. 18. i. l. m. n. Sed eas arterias ſuis ſub numeris dicemus. Minime etiam rarum eſt, obturatoriam ex Iſchiadicae trunco prius prodiiſſe quam findebatur. Inter minores ramos ſunt variae ad inteſtinum Rectum parum certae aut conſtantes propagines, diverſae ab haemorrhoidea media, neque magnae. Uterinam etiam & veſicales vidi dediſſe, & ad obturatorem internum muſculum.

Ex pelvi exit infra pyramidalem, cui muſculo, dum eo tegitur, varios ramos exhibet, cum pudendae circumflexae ramis conjunctos, tum nervo magno & coccygeo muſculo.

Inde deſcendit, parallela ligamento tuberoſo ſacro Tab. III. T. & V. dat ramum notabilem, quem voco *Coccygeum*, n. (T. III.) & T. IV. R. in eam partem magni glutaei, quae a ſacro oſſe & a coccyge oritur, & expanſione ſuperiori ligamenti tuberoſo ſacri tegitur. Hic ramus videtur ab EVSTACHIO pingi in T. XXIV, in utroque latere. Hujus ejusdem rami varii ſurculi erumpunt per intervalla ejus ligamenti, glutaeumque majorem adeunt, & coccygeum

(e) &

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 215 sur 543

p *Pudenda communis* 12).

(e) & adipem circa levatores (V). Hujus etiam rami furculus profundus venit ad musculum coccygeum (EVST. l. c. ad F. & E. ALBIN.) & ad periosteа externi coccygis, cujus longitudinem tegit, & ultimo in adipem inter coccygem & ani levatorem excurrens, cum ramis pudendae circumflexae ad levatorem ani euntibus communicat. Haec arteria foramina etiam sacri ossis subire, & cum anterioribus sacris communicare, aut certe inter os sacrum & coccygis ad anteriora, inque pelvim venire solet, ibique cum sacra & media & lateralibus arcum facere T. V. *μ*. Ab eadem ramum ad gemellum superiorem & obturatorem internum iviſſe vidi: Trans coccygeum musculum arcum cum pudendae ramis plerumque habet.

Deinde alius ramus ad Glutaeum magnum, & nervum ischiadicum venit, cum quo descendit, & vario modo anastomoses habet cum ramis eum nervum adeuntibus, ortis a circumflexa interna (*a a*) femoris. Ipsum truncum magnam anastomosin cum pudenda communi trans pyramidalem habuisse vidi, & trans tuber ischii z: aliam vero aut insignem aut minorem, cum Iliaca posteriori. Surculus etiam pene perpetuus inter obturatorem & pyramidalem extrorsum ad trochanterem decurrit, datque in Glutaeum parvum, (EVST. l. c.) inque medium, pyramidalem, obturatorem, nervum magnum, trochanterem femoris (ad K.) varios ramos, & cum Iliacae posterioris ramis profundis ante pyramidalem communicat. Is idem ramus solet profundum furculum mediocrem edere ad pyramidalem, qui cum circumflexae femoris ramo a quadrato adscendente anastomoses habet. Ab eodem ad nervum, ad gemellum superiorem, obturatorem internum, ad periosteа ischii, & capsulam femoris, ad obturatoris & gemelli faciem anticam, ad periosteа convexi acetabuli furculi veniunt, & cum ramo eodem circumflexae internae communicant. Ramos ad nervum, aut unum certe habet Cl. VERDIER p. 358. & alii.

Horum ramorum, quos nunc excitavi, aliquando numerus minor est, vix tamen deesse solent duo profundi ante obturatorem descendentes furculi, quorum interior, qui tuberi ossis ischii furculos inpertit, & nonnunquam ibi orto bicipiti, cum obturatoria & cum pudendae ramis luculentas anastomoses habet. Exterior trochanteris periosteo prospicit, & capsulae articulationis, idemque, in valle inter ischii tuber & femoris acetabulum, cum circumflexa interna communicat, uterque vero obturatori interno, gemellis & quadrato ramos exhibet. Hujusmodi anastomosin habet EVSTACHIVS l. c. sub D. ALB. sed superficialem, inter cutem & musculos quadrigeminos, qualem, majorem certe, non vidi, nisi eae sint quae in nervo fiunt.

Reliquus totus truncus Ischiadicus ad Glutaeum magnum longe lateque ad unam tertiam partem longitudinis femoris spargitur, & in eo manet, nisi quod ultimi furculi in adipem circa semitendinosum musculum exeunt. ad V. Qui ad magnum Glutaeum eunt, resecti pinguntur.

Quando pudenda circumflexa s. communis intra pelvim ab Ischiadica non seceſſit, non rarum est, eam extra pelvim demum ab ea ortam fuisse.

Rarius est Ischiadicam ab Iliaca posteriori oriri. Vidi tamen fieri & ita scriptorum priorum *musculam inferiorem* arteriam interpretari oportet, ut DIEMERBROECKII l. c. DIONISII l. c. & aliorum.

12) *Pudenda circumflexa*, vel *Pudenda communis* WINSLOWI n. 246. *Honteuſe moyenne* D. LIEUTAUD p. 497. truncus est, quem nos mallemus, ob nimis incertum mediae, externae, internae communisque pudendae sonum, alio nomine vocare, ut arteriam pudendam simpliciter, rejectis prioribus omnibus nominibus. Oritur longe plerumque communi trunco cum arteria Ischiadica, consentiente etiam Clar. LIEUTAUD p. 497. ut denuo eo argumento videatur eam arteriam, quae *Feſſiere* dicitur WINSLOWO esse potius ischiadicam vid. n. 246. Descendit per pelvim, uti diximus anterior, quam ischiadica, & ex ea inter pyramidalem musculum & partem ani levatoris posteriorem exit.

In pelvi in feminis quidem varios ramos emittit, quorum princeps est *haemorrhoidea media*. Sed eam seorsim dicemus, cum praeterea nonnunquam seorsim ex hypogastrica arteria proveniat.

Ad obturatorem internum ramos saepe dat, nonnunquam etiam ad os Ilium & Psoam. Ad intestinum rectum (T. I. ad II.) ramum unum, & saepe plures mittit, exiguos, neque conparandos cum haemorrhoidea media, quorum aliquis etiam cum vagina communis fuit,

Vesicales praeterea unam duasve aut seorsim cum vasis ad rectum intestinum & vagina conjunctas dedit. Tandem furculos ad glandulas conglobatas Recto intestino vicinas.

Et haec omnia quidem satis inconstantia sunt.

Extra pelvim emergit, continuo sub pyramidali musculo, descendit versus ligamentum, quod a tubere ischii ad os sacrum & coccygem late se inserit (T. III. E. WINSLOW n. 247. CHESELDEN *osteography* T. 39. 10S. WEITBRECHT *syndesmolog.* T. 16. 17.) Prius, quam eo ligamento abscondatur, dat pyramidali, glutaeo magno unum, duos, etiam tres ramos. Deinde trans obturatorem internum descendit furculus unus alterque, non magnus, inosculatus cum ramis circumflexae & obturatoriae. Sed inprimis ramum profundum emittit T. III. y. qui transversus decurrit secundum gemellum

supe-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 216 sur 543

II Ramus inde ad rectum Inteſtinum.

q Arte-

ſuperiorem in perioſteisiſchii ad trochanterem usque, & dat ramum unum duosve deſcendentes, non raro obturatore interno tectos, qui inter caput femoris & tuber iſchii, interiores, quam ramus iſchiadicae, caeterum ſimiles, ad ſupercilia uſque acetabuli deſcendunt. Is ramus cum obturatoriae ramo circumflexo unam duasve pulchras anaſtomoſes habet, & cum circumflexae ſive internae ramo, dat autem gemellis, obturatori, trochanteri majori femoris. Caeterum iſte ramus fere alternat cum ramo iſchiadicae, & ejus locum ſubplet, aut ab eo ſubpletur, ut vix unquam uterque adſit.

Deinde truncus pudendae communis circa ligamentum a ſpina iſchii ad os ſacrum T. III. F. & coccygem tendens, & circa coccygeum muſculum, tecta tuberoſo ſacro ligamento T. III. E. circumflectitur, & porro trunco ſuo, tecta membrana, qua obturator internus obducitur, ſecundum eum muſculum, preſſim retenta, fertur ad transverſum muſculum uſque T. III. D. D. LIEVTAUD p. 497.

In eo itinere ramos alios dat extrorſum, introrſum alios.

Illi ad obturatorem internum muſculum, & ad perioſteum tuberis iſchii, ſaepe non minimi, tendunt: qualis ramus major trans id tuber ſuper levatorem clitoridis ad ſemitendinoſum, tricipitem longum, bicipitem (an WINSLOW n. 248.) ramos dat, & anaſtomoſes frequentes habet cum ramis obturatoriae T. III. Δ ex ramo exteriori circumductis not 9. & cum ramis circumflexae internae. Plerumque ad levatoris clitoridis caput aliqui ex trunco ſurculi accedunt, aut ex ramo tuberis iſchii.

Rami interni, magis notatu digni, primi quidem profundiores & magis reconditi eunt ad coccygem T. III. e. quales cum ramis coccygeis arteriae Iſchiadicae trans coccygem communicant. Alii profundi fere levatorem ani adeunt, & ad hunc muſculum plures veniunt, tam in ſuperficie quam profundiores T. III. h. h. Eos ramos perſecutus, inveni perforare, levatorem, & adire nerveam tunicam inteſtini, in qua cum haemorrhoideae mediae ramis coeunt. Alii & inprimis unus aliquis, aut duo inſigniores, ad pinguedinem ano circumpoſitam, levatorem & ſphincterem ani late ſparguntur T. III. f. & nonnunquam glutaeo magno dant. Hi ſunt, quorum conpares venae *haemorrhoideae externae* vocantur, & inde etiam arteriae nomen ſumunt WINSLOW n. 247. LIEVTAUD p. 497. GRAMBS T. V. RAV l. c. p. 104. Inter haemorrhoideas etiam recenſentur a VESALIO L. III. c. IX. R. COLUMBO L. VII. p. 186. & *externae* vocantur a ROLFINKIO p. 1176. tum a DIEMERBROECKIO, CHRISTOPHORO GOTTLIEB BUTTNER *de vaſis haemorrhoid.* aliisque. Has etiam eſſe credo quas *haemorrhoidalem non perpetuam ab hypogaſtricis ortam* vocat CASPAR BAVHINVS *theatr.* p. 67. Et merito, nam in omnibus, quae ſecui, cadaveribus, in his ipſis venis ſedes haemorrhoidum fuit, etſi pro conſuetarum haemorrhoidum ſede venas a vena Portarum habet VESALIVS, ad ſua, alia a noſtris, experimenta p. 663. & L. III. c. 5. Sed id omnino ne quidem poteſt fieri. Nam inter haemorrhoideas internas & externas *mediae* intercedunt, & nunquam non quatuor vel ultra pollices in longitudine inteſtini recti ſolae occupant.

Prope transverſum autem perinaei vel truncus, vel ramus, qui ſtatim dicetur, ſuperficialis, dat ramum inſignem ad ſphincterem, transverſum perinaei, ſphincterem vaginae, perinaeum.

Ad ipſum transverſum, vel paulo prius, quam eum adtingat, conſtanter finditur Pudenda in duos truncos, quorum modo ſuperficialis amplior eſt, modo profundus.

Ille, quem arteriam *perinaeam* credo vocari poſſe, inter transverſum & cutem pergit T. III. *i.* nonnunquam tamen inter duos transverſos, poſticum, & anteriorem, dat transverſo muſculo, adipi perinaei, ſphincteri ani, deinde ſphincteri vulvae, perinaei cuti, corpori cavernoſo & erectori clitoridis, & ejus cruribus, & vaginae, & trunco ſuo longiſſime ſecundum interiora ſphincteris & labiorum vulvae producitur, pene ad clitoridem usque. Cum pudendis externis in inguinis plica anaſtomoſes habet, quae adipi eorum labiorum ſubveniunt. Eae autem ex obturatrice, ex circumflexa interna, ex ramis propriis arteriae femoris ortae alibi dicentur.

Arteria *profunda* ſive *clitoridea.* T. III. *k.* primo inter ſphincterem vaginae & muſculum erectorem clitoridis eiusque corpus cavernoſum, deinde inter eum & os, primo iſchii, deinde pubis, deſcendit antrorſum ſenſim migrando, ipſi oſſi per celluloſitatem innexa LIEVTAUD p. 497. & ſenſim ad corpus clitoridis adrepit, inter id corpus & os pubis.

Ex ipſo principio ſuo, & dum inter erectorem & conſtrictorem eſt, dat tranverſo, adipi perinaei, levatori & corpori cavernoſo clitoridis, ſphincteri ejus, urethrae naſcenti, ſed inprimis vaginae, quo rami plusculi eunt, & unus ſaepe, qui longe tectus ſphincterе, vaginam ſequitur ad crura usque clitoridis. Deinde, ubi jam ad corpus clitoridis acceſſit, finditur. Ramus unus idemque major vaginam adit, profunde ſub oſſe pubis. Alius ſuperficialis minor per dorſum clitoridis erepit cutaneus ſimilis arteriae penis T. Lλ. An hae ſunt quas GALENVS *de diſſect. venar.* c. 8. vocat, „conjugationem extra muſculos poſitam, quae deſcendat in utrovis latere ad pubis oſſium commiſſuram? quamque repetit I. SYLVIUS p. 40. Major alius, facta cum alterius lateris ſimili arteria anaſtomoſi, per corpus

q Arteria *umbilicalis* 13).
r Arteria *uterina* 14).

s Ramus

pus cavernoſum clitoridis profunde ad glandem usque repit, duplici ſaepe trunco T. III. 0. Aliquoties vidi paulo prius, quam findebatur arteria profunda, ramum retrogradum in pelvim dediſſe, qui cum arteriae umbilicalis ramis veſicalibus communicaret T. III. y. y. In venis haec communicatio & major eſt & perpetua.

Caeterum fateor, nunquam me eam fabricam vidiſſe, ne ſemel quidem, quam WINSLOWUS deſcribit n. 247. 248. & ex WINSLOWO exſcribit VERDIER l. c. p. 358. 360. (qui tamen in multis ſubjectis arteriam penis ex noſtra Pudenda communi oriri fatetur) & GRAMBSIUS T. V. & AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, ut nempe duo ſint praecipui rami pudendae communis, unus qui inter duo ligamenta iſchio ſacra eat, & in bulbo urethrae finiatur, alter inter veſicam & inteſtinum rectum ſe conjiciat, adeat collum veſicae, proſtatas, inque arteriam penis terminetur in viris, clitoridis in feminis. Etſi ideo nolim tanto viro adverſari, & credam ortum dediſſe huic deſcriptioni fabricam, quam ipſe vidi. Veſicalis nempe arteria ima, ab haemorrhoidea media nata, ſaepe in dorſo proſtatae continuatur in arteriam penis, ut tamen longe major truncus ſit, quem deſcripſi, & qui circa os iſchii circumit, minor vero ramus, qui a veſicali ima huic inſeritur. Vetuſtiores ſcriptores ad unum omnes hujusmodi pudendam internam deſcripſerunt, quae daret veſicae, ano, tum peni & in mulieribus utero ut VESALIUS p. 492. VALVERDUS p. 284. IAC. SYLVIUS *Iſag. anat.* L. II. p. 39. b. 40. qui ramum hypogaſtricum vocat. SPIGELIUS *de hum. corp. fabric.* L. VI. c. 4. p. 182. c. BAUHINUS p. 79. & 638. *theatr. anat.* G. ROLFINK *diſſ. anat.* p. 1175. L. VI. c. 28. I. VESLING. *ſyntagm. anat.* p. 55. ed. Patav. N. HIGHMOR *diſquiſ. anat.* p. 121. KEIL *abridgment.* p. 344. Quae omnia brevia ſunt, videntur tamen eo conſentire, ut arteria penis vel clitoridis ab ima veſicali deducatur.

CL. LIEUTAUD deſcriptio cum noſtra convenit, & arteriam, quae pelvi exit, & circa ligamentum ſpinoſo ſacrum circumflectitur, ad penis dorſum deducit, uti quidem longe frequentiſſime reperi.

Arteriam vero penis (aut clitoridis) a pudenda externa veniſſe, ut plurimi ſcriptores habent, & C. BAUHINUS p. 79. & I. VESLINGIUS *ſyntagm. anat.* p. 55. & G. ROLFINK *diſſ. anat.* p. 1176. & T. BARTHOLINUS p. 658. & P. DIONIS l. c. p. 239. & DIEMERBROECK l. c. & I. IAC. RAVIUS l. c. id omnino nunquam vidi, neque facile credam viſum eſſe.

13.) Arteria *umbilicalis* in fetu, uti diximus, truncus verus fuit, & hypogaſtricae arteriae & iliacae communis, & denique Aortae, cum ea melius in umbilicales, quam in multo minores femorales findi dicatur. Caeterum pulpoſae molles & vaſculoſae ſunt, vaſculis pictae, quae a veſicalibus veniunt. Utravis leniter deſcendit pene transverſa, introrſum ad imam fere veſicam, & inde continuo ductu revoluta ſequitur latera veſicae ad umbilicum usque, & convergit una ad ſodalem ſuam, in ſpatio, quod medium peritonaeo & muſculi transverſi tendine intercipitur. Ad ſummam veſicam & ſuperius praeter celluloſam ſuam, etiam fibris muſcularibus a veſica & ab uracho recedentibus contegitur. Aliquid ejusmodi, ſed in parte inferiori veſicae, depinxit in diſſ. ſua CL. BOEHMERUS. A partu ligata arteria umbilicalis, ſanguine in fine caeco coacto repletur: is ſanguis ſenſim in calloſam cruſtam, denique in filamenta abit, oppletur primo pars arteriae, quae umbilico vicinior eſt, tunc proxima, ut altero anno conpleto vix ad mediam veſicam plena aperta ſit, & in adulto homine abeat in canalem, cujus fibroſi parietes maximam ad lumen internum diametrum habent. Nunquam enim ita excaecatur, quin ſanguis, & ad ſummam fere veſicam plerumque, per ejus tenuem tubulum adſcendat, atque in unam, quod rarum eſt, ut in T. I. X. in duas, & ſaepiſſime in tres ut in T. II. X. X. X. nonnunquam in quatuor etiam, & quinque arterias veſicales abeat. Eas IOSEPHO GUICHARD DUVERNEY tribuunt nonnulli (ut I. PALFYN. *anat. chir.* p. 76.) ſed dudum expreſſit IULIUS CASSERIUS l. c. T. 21. f. 2. Habet etiam WINSLOWUS l. c. n. 239. VERDIER p. 357. & pinxit Cl. C. I. TREWIUS *Comm. Lit. Nor.* 1733. T. III. f. 2. 1743. T. 3. ad K. Habet etiam IOSIAS WEITBRECHT l. c. 227. 228.

Ima ad ſedem ingredientis ureteris, media ad mediam veſicam, ſumma ad ſummam venire ſolet. Ima cum aliis arteriis veſicalibus anaſtomoſes habet, & ſaepe ureteri ramum imum dat, qui cum ramo hypogaſtricae aut iliacae communicat; ſaepe etiam deferenti ductui ſurculum exhibet, qui cum eo ductu ex pelvi adſcendit, & ramo arteriae ſpermaticae inoſculatur, & nonnunquam ad exeuntem urethram & dorſum proſtatae ramos mittit, quiarcum cum ſociis trans proſtatam faciunt. In altero ſexu ad uterum adve vaginam, nonnunquam etiam ad rectum inteſtinum, ſurculos dat, cui inteſtino etiam proprium ramum dediſſe viſa eſt. Suprema, tum reliquae, peritonaeo etiam ramos mittunt.

Vidi loco umbilicalis arteriae veſicalem, ſolito majorem, ab hypogaſtrica in uno latere adſcendiſſe, quae ad umbilicum minime perveniret.

Anaſtomoſes cum clitorideis aut penis arteriis dixi not. 12.

14.) In ſexu, quem ſequiorem vocant, una plerumque, *uterina* arteria, neque ea exigua reperitur,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 218 sur 543

s Ramus ad *ureterem* 15).
t Ramus ad veſicam urinariam.
φ Alius ad veſicam urinariam.
u Rami uterini ſerpentini.
x *Veſicalis* quae in umbilicalis arteriae fibroſa carne latet.
y Alia arteria veſicalis a clitoridis arteria 16).

z Arte-

peritur, rarius duae. Oritur autem vel ex trunco eo hypogaſtricae, qui paulo poſt in haemorrhoideam communem abit, vel ab ipſo ortu umbilicalis arteriae, ut pene ejus ramus ſit T. I. r. Vel communi etiam trunco cum haemorrhoidea naſcitur. Huc videtur pertinere ramus umbilicalis arteriae ad uterum (penemve) CHESELDENII p. 189. Haec etiam arteria pingi videtur a TREWIO 1738. l. c. p. p. Hic eſt *le ſecond rameau qui ſort quelquefois ſeparement* WINSLOWI n. 251. VERDIER p. 359. Haec eſt *honteuſe interne* D. LIEUTAUD p. 496. & huic in feminis reſpondent omnes illae veterum hypogaſtricae, quas ſuperius deſcripſimus not. 12. EUSTACHIUS uterinas duas vel omnino tres depinxit, T. XIII. plerique autem anatomici originem omiſerunt.

Haec arteria ſolet veſicae, qua vaginae orienti inſidet, ramum unum aut duos inpertire anteriorem T. I. quem GRAAFIUS *de part. genit. mul.* T. I. K. I. pingit, & poſteriorem a nobis in T. I. φ. a SWAMMERDAMIO in *mirac. natur.* in Tabula Tulpio dicata d. d. in T. II. ſupra Z. Z. in T. I. inter L. & R. depictum. Venam uteri ipſe jam GALENUS (*de venarum diſſect.* c. 8.) ramos veſicae dare ſcripſit. EUSTACHIUS arterias uteri pingit T. XIII. ſed cum venis inoſculatas. Dat etiam non raro uretericam imam, quoties ea non ab alia veſicali naſcitur T. I. s.

Trunco vero ſuo uterum adtingit in fine fere cervicis ſuae, & ſurſum deorſumque finditur in ramos crebros, ſerpentinos, quorum flexus celluloſa tela facit T. I. SWAMMERDAM l. c. T. I. & II. R. de GRAAF. T. I. ANT. NUCK *adenograph.* f. 32. 8. Eorum ramorum aliqui adſcendunt cum utero, & inter tubam atque ovarium pergunt, per poſteriorem ligamenti lati faciem, & ita inoſculantur cum arteriis ſpermaticis ab ovario advenientibus, ut quae uterinae ſint, quae ſpermaticae arteriae (venaeve) nemo facile dicere poſſit. Eas habet EUSTACH. T. XIII. SWAMMERDAMIUS l. c. F. F. & ego *in faſciculo* II. pinxi. Eam communicationem cum ſpermaticis GALENUS dixit *de ſemine* L. II. *de utilitate partium* L. XIV. R. COLUMBUS p. 186. & plerique alii. Deorſum autem in vaginam etiam plerumque ramum mittit, rectiorem, longe excurrentem, quem SWAMMERDAMIUS exprimere videtur l. c. Is etiam veſicae dat, & nonnunquam in urethram exit, diverſus ab haemorrhoidea media, & recto denique inteſtino. In ipſa vagina cum vaginali, ſi aliqua praeterea notabilis adeſt, aut cum ramis haemorrhoideae mediae anaſtomoſes habet. Trans uterum denique dextrae arteriae cum ſiniſtris manifeſtiſſime inoſculantur SWAMMERDAM T. I. ad Q. RIOLAN. *antropogr.* p. 366. &c. Quando vero vaginalis propria adeſt, tunc hic ramus aut omnino non reperitur, ut in T. noſtra I. aut valde parum ultra oſtium uteri deſcendit.

De *uterinis* dum agimus, *ſpermaticarum*, quae ad uterum veniunt, ramum tangere liceat, quem nonnunquam valde inſignem ab utero per ligamentum teres ad arteriae epigaſtricae ramum euntem vidimus, plane ut in EUSTACHII icone T. XIII. Alias parvi ſunt trunculi, & plures, ut apud SWAMMERDAMIUM l. c. V. V.

15.) Ureteris arteriae in pelvi duplices prodeunt. Superiores ab arteriae Iliacae, aut ab hypogaſtricae trunco, aut ab uno ramorum haud longe ab ortu proveniunt. Inferiores autem exeunt ab uterina, aut a veſicali aliqua, ſive ab umbilicali orta fuerit, ſive ab arteria aliqua peculiari vid. not. 12. & progr. *de arter. renalibus* in *Faſciculo* III. not. 10.

16.) Veſica, praeter ramos arteriae umbilicalis jam dictos, & ramos in feminis ab uterina ortos, perpetuos utrosque, alios ramos accipit minus conſtantes, ut tamen in omni corpore eorum ad minimum aliquis adſit.

Ergo a trunco eo hypogaſtricae, qui proxime umbilicalem dabit, frequenter omnino prodit *ima veſicalis*, euns ad partem inferiorem veſicae antrorſum, verſus urethram, inter veſicam & rectum inteſtinum, ad veſiculas ſeminales, & ductum deferentem & proſtatam, tam ſuperius, quae propago cum arteria penis coit, quam inferius ad bulbum urethrae, ubi cum arteria ejus bulbi anaſtomoſes habet. Ultimi ſurculi ad rectum inteſtinum extremum exeunt. Qui ramus in proſtatam venit, is ſolet cum ramo alterius lateris communicare, transverſo egregio ramo. Eadem ex proſtata cum ramo proſtatico arteriae penis exiviſſe viſa eſt.

In feminis ſolet communis eſſe & veſicae, & vaginae, & recto inteſtino. Talem pingit ILL. TREWIUS 1738. l. c. q. q. quam pudendam externam vocat.

Alias duas vidi *veſicales imas*, ut in T. II. ut una ex trunco hypogaſtrico, alia ab haemorrhoi-

dea

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 219 sur 543

z Arteria *haemorrhoidea media* 17).
α Ramus ex pelvi exeuns.
β β Rami ad inteſtinum Rectum.
γ γ Surculi ad vaginam.
δ Arteria *vaginalis* 18) ab haemorrhoidea media.
εε Surculi ad trunco haemorrhoideae externae ſive pudendae communis.

dea media veniret ξ. Alias etiam duas reperi, utramque ortam a trunco arteriae umbilicalis prius tamen, quam adiret veſicam. An duae illae veſicales EUSTACHII huc pertinent T. XII. f. 1. r. s. & T. XIII. i. k. ALBIN.? Ita credo, etſi ſuperiorem partem veſicam videantur ingredi. Id enim forte unice ob ſitum ita videtur, neque poſſunt fere umbilicalis arteriae rami eſſe.

Alias veſicalis ima ab haemorrhoidea externa naſcitur, quae WINSLOWO pudenda communis eſt, alias ab iſchiadica. Alias ab obturatoria ortam vidi. Alias nulla eſt, quam poſſis diſtinguere ab uterinis, vaginalibus & haemorrhoideis mediis, & ramis arteria umbilicalis. Caeterum ab haemorrhoideis mediis inprimis diſtat, quod eae, inteſtino recto innexae, parvulos ad veſicam ramos dent, veſicales majoribus ad veſicam, minutis ad rectum inteſtinum abeant. Oportet meminiſſe, non excludere has veſicales eas, quae ab umbilicali ſunt, & una in eodem corpore reperiri.

Haec veſicalis eſt caeterum *honteuſe interne* in ſexu virili LIEVTAVD p. 496. Hae forte *le ſeconde rameau principal appellé communement honteuſe externe* WINSLOWI n. 249. *rameau anterieur* VERDIER p. 358. certe pars quae in pelvi deſcribitur diſtincta a parte, quae extra pelvim in pene eſt. Haec eſt etiam ramus ad penem ab umbilicali CHESELDENII l. c.

17.) Arteria *haemorrhoidea media* mihi vocatur non perpetua equidem, ſed valde frequens, quae magnam partem inteſtini recti in pelvi ramis ſuis adit, & antrorſum deorſum cum eo inteſtino decurrit. Ea in utroque ſexu reperitur, in feminino etiam frequentius. Sequitur ibi vaginae cum recto inteſtino confinia, T. I. & utrique ramos inpertit, & veſicae, inque urethra finem facit, inque partem recti inteſtini, quae cum vagina connaſcitur, & in viro pariter ad ſphincterem ipſum cutaneum extra pelvim exit. Vidi ſoli recto inteſtino proſpexiſſe, cum alia diverſa vaginalis adeſſet. Vidi ramum in T. I. pictum ad α. extra pelvim miſiſſe ad levatorem ani, qui cum ramis haemorrhoideae externae communicaret. Alias bifida, duobus ramis parallelis, uno vaginam, altero rectum inteſtinum ſequitur. Nonnunquam etiam levatori dat & obturatori. Eam caeterum arteriam habet ILL. TREWIVS 1738. l. c. f. 18. *m.*

In viro inter veſicam & inteſtinum rectum, huic propior, ſerpit, dat ſaepe veſiculis, veſicae, proſtatae denique & naſcenti urethrae T. I. Z.

Origo non perpetua eſt, plerumque oritur a trunco haemorrhoideae externae ſive pudendae communis. Vidi tamen natam a ſacra laterali: aut a trunco eo, qui paulo poſt in iſchiadicam & haemorrhoideam externam dividitur: aut proxime ab ortu umbilicalis arteriae, prope uterinam T. I. Alias proprius eſt truncus, ita nempe magna propago, ut aeque ac Pudenda communis nomen trunci mereatur, & proxime ſacram lateralem ab hypogaſtrica nata ſit.

Hanc autem arteriam a parvis propaginibus ſeparo, quas ſacra media, iliaca poſterior, iſchiadica, pudenda communis, vaginales, veſicales imae ad rectum inteſtinum mittunt. Cum arteria meſenterica inferiori maximis ramis communicat, qui in inteſtino deſcendunt, & occurrunt contrariis mediae haemorrhoideae ramis. Vidi continuum quaſi truncum fuiſſe, qui ſupernae ab haemorrhoidea interna deſcenderet, & in mediam inſereretur. Deorſum autem euntes rami in recto inteſtino, qua primum levatores ad id accedunt, inque nervea membrana cum ramis haemorrhoideis externis rete faciunt not. 12.

Ex his iisque quae in hac ipſa diſſertatione diximus, ſatis apparet, quam abunde verum ſit, hypogaſtricas arterias ad rectum inteſtinum ramos exhibere, quot olim notum fuit de venis quidem FALLOPIO in *Inſtitt. anat.* p. 21. & G. E. STAHLIO *de vena portar.* p. 23. & aliis conf. Ic. *artt. meſenteric.* in *faſcic.* III. Repeto vero, nunquam me vidiſſe arteriam haemorrhoidalem internam (venamve) ramos emiſiſſe adſcendentes ad uterum vaginamve, & inſertos veſicalibus, quae Cl. C. C. SCHMIEDELII icon eſt F. II. & deſcriptio *de varietat. vaſor. magn. moment.* n. 12. Ut valde raram eſſe oporteat fabricam, quam vidit vir CLAR.

In viro, hujus arteriae loco, vidi ab iſchiadica extra pelvim natam inſignem propaginem, inter coccygeum & levatorem, in pelvim rediiſſe, & longe rectum inteſtinum eſſe ſecutam.

18.) *Vaginalis* arteria, diverſa ab haemorrhoidea media, & ab uterina, rarius adeſt. Vidi tamen & vaginalem, & haemorrhoideam adfuiſſe, quarum in eodem fere puncto origo eſſet ab haemorrhoidea media, ſed iſta ad vaginam & ad inferiorem poſteriorem partem veſicae ramos mitteret. Vidi adfuiſſe vaginalem, ortam ab origine umbilicalis arteriae, ut tantum parvulos furculos recto inteſtino daret. Vidi ab haemorrhoidea media longam vaginalem abſceſſiſſe. Vidi natam a trunco, qui in iſchiadicam & pudendam communem finditur.

Haec

ε ε Surculi ad veſicam.
ζ Arteriae clitoridis.
η η Crura clitoridis.
θ Corpus.
ι Communicatio arteriae profundae clitoridis dextrae cum ſiniſtra.
λ Ramus ſuperficialis ſ. dorſalis clitoridis.
μ Ramus alius in corpus cavernoſum clitoridis.

TAB. II.

Cum prima per omnia convenit, ſed ex virili ſexu ſimilia exprimit, vaſa nempe pelvis juvenis duodecim annorum, unde minora, & minus copioſa vaſa ſunt.

Eadem eſt ſignificatio literarum A. B. Γ. D. F. I. O. O. P. Q. R. S. T. V. Δ. d. g. n. o. p. 19.) q. x. x. x. [tres veſicales ex umbilicali natae] z.

Praete-

Haec vaginalis aut ſua, aut ab haemorrhoidea media orta, venit ad usque ſphincterem vaginae, & ad eam vaginae partem, quae huic ſphincteri proxima eſt, & ibi cum arteriis labiorum communicat, quae extremam tantum vaginam, conterminam pudendo, & pudendum adeunt. Videtur ſimilem arteriam habere Cl. TREWIUS 1738. l. c. & forte EUSTACHIUS, quando tres uterinas pingit T. XIII. Caeterum arteriae vaginae multo minores ſunt, & rectiores, & ſubſtantia vaginae tenuior, ut vel inde refelli poſſet opinio eorum, qui menſes ex vagina deduxerunt.

19.) Arteria *pudenda* in virili ſexu in plerisque cum feminino ſexu convenit, differt in nonnullis, ut ipſae partes, quas adit, differunt.

Origo ſimilis eſt, & perinde plerumque aut ſemper ex trunco iſchiadicae exit.

Intra pelvim plerumque ramum unum mittit (praeter haemorrhoideam mediam, quam vel ipſa dat, vel truncus cum iſchiadica communis, vel iſchiadica jam ſeparata). Veſicae nempe urinariae imae ſurculum mittit T. II. ξ. le DRAN *parallele de la taille* T. I. f. 2. 7. 8. D. Proſtatis etiam & veſiculis ſeminalibus non raro ramum exhibet, & proximo recto inteſtino, oſſi demum ilium.

Extra pelvim ſimiles omnino ramos dat, ad quadratum femoris usque, nonnunquam profundos, in vaſis femoris pictos, & per intervalla ligamenti tuberoſo ſacri aliquos, tum coccygeo muſculo ad Y. T. IV. levatori ib. le DRAN 4. 4. & f. 1. ad O. O. P. P. ſphincteri ani in noſtra icone IV. obturatori interno ib. X. X. perioſteo tuberis iſchii, principiis muſculorum inde provenientium & ſemitendinoſo, bicipiti, ubi anaſtomoſes cum ſurculo obturatoriae habet, ut nulla fere a feminino ſexu diverſitas ſit. Ejus arteriae icones aliquas dedit in ſitu pictas Cl. FOUBERT in *Memoir. de chirurg.* Tab. S. T. & V. pleniorem autem iconem dedit H. FRANCISCUS le DRAN T. I. f. 1. & 2.

Ad transverſum muſculum etiam finditur ſimili ratione. Aliquando prius, quam transverſum adtingeret, dedit bulbo urethrae & erectori, nonnunquam ipſis COWPERI glandulis.

Arteria *perinaei* ſimiliter, ut in feminis, inter cutem & transverſum deſcendit T. IV. b. dat ſphincteris ani parti anteriori ad M, faſciculo ſphincteris ad perinaei cutem eunti, faſciculo in acceleratorem & bulbum urethrae inſerto, obturatori interno, erectori penis, cuti, adipi, acceleratoribus, his numeroſos plerumque ramos, & cum acceleratoribus *e.* & erectoribus pergit *f. f.*, & longe tum in plica femoris, tum in ſcrotum & darton dividitur, cujus princeps eſt arteria, ad teſtes usque, ubi cum ramulis ſpermaticarum communicat vid. WINSLOW T. IV. n. 577. In plica inguinis cum ſcrotalibus anterioribus ex pudenda externis natis & in ſcroto cum penis arteriis anaſtomoſes habet

LIEU-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 221 sur 543

ξ Praeterea est arteria vesicalis ima ex haemorrhoidea externa.

π Ductus deferens.

ϱ Vesicula seminalis valde parva.

σ Prostata.

φ Arteriae prostatae.

υ Musculus pyramidalis.

ψ Nervus obturator.

T. III.

LIEUTAUD p. 343. qualia vasa pingit in scroto RUYSCHIUS *Ep.* II. T. 2. f. 2. Perinaei vero arteriam, aut certe ramum ad acceleratorem, pingit COWPERUS *myotom.* f. XII. d. interius.

Arteria vero *profunda* sive *penis*, quam *pudendam externam* WINSLOWUS & plerique priorum dicunt, tecta transverso G. descendit inter acceleratorem & erectorem penis, deinde inter cavernosum corpus & os ischii & pubis & erectorem, profundissime, ad os retenta, donec emensa synchondrosin ossis pubis ad penis cum suis corporibus cavernosis conjunctionem veniat. In eo itinere, dat ramos ingentes, unum duosve, trunco pares & majores, in corpus cavernosum urethrae i. l. (COWPER *myotom. parv.* f. XII. f. 9. le DRAN ad K.) quorum major truncus per corpus cavernosum bulbi in urethrae cellulosum corpus, inque ipsum penem continuatur, & cum sequentibus, quas dicam, communicat. Vidi totam arteriam profundam in hunc bulbum urethrae se inseruisse, & modico ramo cum ramo obturatoriae, longe majori, anastomosin habuisse, & cum ea arteriam penis constituisse, rariori eventu. Aliquid simile, profundam nempe finitam in bulbo urethrae WINSLOWUS pro constante fabrica describit n. 248. & arteriam penis ab vesicali ima deducit, uti diximus.

Eadem arteria penis dat ramos minores in acceleratorem urinae, alios in obturatorem internum, in erectorem, & corpora cavernosa penis prius quam in penem conjungantur, in COWPERI glandulas, inque prostatam. Quae prostatam adit, aut a trunco aut ab arteria superficiali penis orta, anastomosin habere solet cum arteria vesicali, sive ea ab umbilicali orta sit sive a vesicali ima.

Quando vero ad eam sedem venit, quam dixi, tunc finditur iterum in ramum superficialem & profundum, ut tamen etiam trifidam viderim in corpus cavernosum, urethram, & dorsum penis. Ille superficialis est arteria dorsi *penis*, EUSTACH. T. XXV. T. XII. f. 1. u. u. ALBINI, COWPER *myotom.* f. X. d. d. REGNER de GRAAF *de org. genit. vir.* T. 8. T. T. le DRAN l. c. f. 2. 5. 5. quae per totam longitudinem penis subcutanea repit, ramisque per superficiem corporis cavernosi datis, & denique dato ad praeputium ramo, in valle inter glandem & corpus cavernosum penis circumeuns, multis ramis in corpus cavernosum glandis finitur. Dat autem varios ramos scroto, qui cum prioribus scrotalibus communicant. Prope glandem dextra cum sinistra varie coit, ut etiam Cl. HEBENSTREITIUS vidit *de confin. vasor.* Haec est ea arteria, quam apertam pene funestam haemorrhagiam fecisse vidit F. RUYSCHIUS *obs.* 42.

Profundior ramus, cum sodali fere semper magnam anastomosin habet, & sui lateris corpus cavernosum subit, in prima ad penem accessione, uno duobusve utrinque truncis, vel propriis, vel utrique etiam corpori cavernoso communibus, perque id corpus longissime, & recta linea, antrorsum ad principium glandis finemque cavernosi corporis usque decurrit GRAAF T. IX. f. 1. 2. COWPER *myot.* f. X. l. l. & apud DRAAKE l. c. n. 67. CASSER. L. VIII. T. 16. f. 7. C. C. E. RUYSCH. *obss. anat. chir. obs.* 100. Ab ea arteria, per foramina membranae, quae corpus cavernosum limitat, frequentes furculi in corpus cavernosum urethrae eunt. Alii a dextro in sinistrum latus per septum communicant T. BARTHOLINO. p 244. & FANTONO observante *diss. anat.* p. 171. quos nondum ipse certo vidi. Haec arteria sanguinem (vel liquorem injectum) in cellulas corporis cavernosi exhalat, ut toties vidimus. Imo ab arteria hypogastrica repleta anatomico liquore penem in eane arrigere vidit I. N. PECHLINUS *observ. anat.* II. n. 54. Caeterum primus hanc arteriam legitime, & a suis principiis ex hypogastricae ramis, & ejus circumductionem, qua ex pelvi exit iterumque penem adit, descripsit GABRIEL FALLOPIUS *obss. anat.* p. 191. b. 192. Procul dubio etiam EUSTACHIO nota fuit, ut ex icone l. T. XII. & T. XXV. facile judicium est.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 222 sur 543

T. III.

Vaſa poſteriora pelvis inprimis haemorrhoidea. Haec vaſa remoto glutaeo magno parata ſunt, reliquis omnibus in ſitu relictis. Caeterum haec icon minus placet, & ſupplebitur in arteriis femoris.

AA Pars poſterior oſſis ſacri.
B 1 2 3 4 5 Coccygis oſſicula.
CC Sphincter ani.
D Levator.
E Ligamentum tuberoſo ſacrum.
F Ligamentum ſpinoſo ſacrum.
G Ligamentum E cum ſubjecto muſculo coccygeo.
H Labium pudendi.
I Muſculus Clitoridis.
ʌ Muſculus transverſalis bifidus.
≡ Adumbratus muſculus vaginae ſphincter.
K Tuber Iſchii.
L Trochanter Major.
M Os Ilium nudum.
O Pars tricipitis longi.
P Quadratus.
Q Obturator internus cum gemellis.
R Pyramidalis.
S Glutaeus medius.
T Arteria Iſchiadica.
VVVV Rami ad glutaeum magnum.
X Ad pyramidalem.
Y Profundus communicans ad pyramidalem, & trochanterem.
Z Alius communicans cum haemorrhoidea externa ad tuber iſchii.

a Alius

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 223 sur 543

a Alius communicans cum circumflexa interna, in ipſo nervo.
b Circumflexae internae ramus.
c Obturatricis ramus.
d Haemorrhoidea externa.
e Rami ad levatorem ani & coccygeum.
ff Haemorhoideae verae ad cutem & adipem ani,
g ad ſphincterem,
r ad obturatorem,
Δ ad tuber iſchii,
h ad perinaeum, levatorem ani.
i Superficialis ſ. perinaei arteria.
k Arteria labialis pudendi.
l Arteria clitoridis.
m Rami ad labia profundi.
n Arteria *coccygea.*
o Rami arteriarum pelvis ad coccygem.
p Arteriolae a coccygea ad dorſum coccygis.
q Arteria *ſacra poſterior* ima.
r Penultima.
s Anaſtomoſis.
t Arteria ſacra antepenultima.
u Anaſtomoſis cum penultima.
x Arteria ſacra prima.
y Ramus ejus alius.
z Arteria *Iliaca poſterior.*
αα Ramus ſuperficialis.
β Truncus profundus.
γ Surculi profundi retro pyramidalem euntes.
δδ Rami profundi.
δ Superior.
ε Inferior.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 224 sur 543

T. IV.

Arteria haemorrhoidea Externa ex mare, ut Sexuum diverſitas adpareat.

A Os ſacrum.
B Coccygis pars.
C Tuber iſchii.
D Muſculi inde orti tricipites.
E Obturator internus.
F Erector Penis.
G Transverſus duplex.
H Accelerator.
I Sphincter.
K Pars ejus in cutem perinaei euns,
L & alia in acceleratorem.
M Levator ani.
N Coccygeus.
O Pars pyramidalis.
P Arteria iliaca poſterior.
Q Iſchiadica.
R Coccygea.
S Haemorrhoidea Externa.
T Ramus.
V Alius in levatorem.
X In obturatorem aliquot.
Y Grandis in adipem.
Z Alius in levatorem & adipem.
a Diviſio haemorrhoideae.
b Ramus *ſuperficialis* ſ. *arteria Perinaei* 20).
c Ramus ad ſphincterem, levatorem.
d Ramus ad erectorem penis.
e Rami ad acceleratorem,

f ad

20.) Hae ſuperficiales arteriae ſunt, quae in ſectione laterali calculi ſecantur, & incommodum pariunt, quod ex maximis ejus apparatus eſt, cum haemorrhagia chirurgum operantem mire turbet. Ipſe truncus autem oſſibus defenditur, neque facile vim patitur.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 225 sur 543

f ad cutem perinaei.
g *Profundus ramus ſ. arteria penis.*
h Ramus magnus ad urethrae bulbum.
i Alter,
k ad erectorem.
l Truncus pergens.

T. V.

Icon vaſorum pelvis ex infante bimulo, ut adpareant vaſa oſſis ſacri.

A Vertebra quarta lumborum.
B Quinta.
C. D. E. F. G. Vertebrae o. ſacri.
H. I. Vertebrae coccygis.
K. K. Proceſſus transverſi primae vertebrae oſſis ſacri.
L Cartilago inter os ſacrum & Ilium.
M Os Ilium.
N Acetabulum.
O Pars reſecti oſſis pubis.
P Pars Iſchii.
S Aorta arteria.
T T Arteriae Iliacae.
V Femorales.
X Hypogaſtricae.
Y Iliolumbalis.
Z Ramus in foramen inter V. lumbor. & I. Sacri.
a Arteria *ſacra lateralis* ejusque ramus in primum foramen ſacri oſſis.
b c d Anaſtomoſes cum ſacra media.
e Inſertio in ſacram lateralem tertiam.
f *Iliaca poſterior.*
g *Sacra lateralis ſecunda.*
h Truncus Iliacae ex pelvi prodeuns.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 226 sur 543

i Ramus ad perioſtea o. ilium.
k Arteria *iſchiadica.*
l *Sacra lateralis tertia.*
m Ejus truncus deſcendens.
n Ejus ramus in os ſacrum.
o Anaſtomoſes cum media.
p Ramus ad imum coccygem.
q *Sacra media.*
r Rami ad corpus oſſis ſacri.
s s s Anaſtomoſes cum lateralibus.
t Sacrarum arcus in ſummo coccyge.
u Arteria a ſacra media ad inteſtinum rectum.
x *Iſchiadica.*
y *Haemorrhoidea externa ſive Pudenda communis.*
z *Obturatoria.*
φ Ramus ad os Ilium conf. not. 9. ad Tab. I.
α Ramus in articulationem femoris.
β γ Rami obturatoriae circumflexi.
δ Umbilicalis.
ε Pars vacua.
ζ *Dextra ſacra lateralis unica.*
η Ramus in 1. foramen ſacri,
θ in ſecundum,
ϰ tertium,
λ quartum.
μ Arteria *coccygea* ab iſchiadica.
ν Anaſtomoſis cum media.
ξ *Obturatoria.*
π *Iliaca poſterior.*
ϱ *Iſchiadica.*
ϭ *Umbilicalis.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 227 sur 543

IU Santé

FASCIC. IV. T.I.

TABULA FORAMINIS OVALIS ET VALVULAE EUSTACHII



J.P. Kaltenhofer del. et sc.

G.D. Heuman Grav.r de la Cur de S. M. Brit: et de l'Univ. de Gottingue.

©BIU Santé



Figura IV.



Figura I.



Figura III.



Figura II.

©BIU Santé


Tabula Ossium Narium.
C. D. Rollenus M. D. f. Vl. 2d nat.
C.D. Naumann Grav. de la Cour de S. M. Brit. & de l'Univ. Göttingen.

BIU Santé


T.I
ARTERIAR. PELVIS
J.P. Kaltenhofer del. ad Nat.
G.D. Heumann Grav: de la Cour de S.M. Brit: et de L. Univ. de Gottingue

BIU Santé


ARTERIAE
PELVIS
T. II.
J. P. Kaltenhofer del. ad nat.
G. D. Heumann fc. Gottingae

©BIU Santé


ARTERIARŪ
PELVIS
T. III.
J.P. Kaltenhofer del ad nat
G.D. Heuman fc. Gottingae

©BIU Santé

ARTER. PELVIS T.IV.



J.P. Kaltenhofer del. ad nat. G.D. Heumān sc. Gotting.

F.M.P.

ARTERIARVM PELVIS T.V.



J.P. Kaltenhofer del. ad Nat. G.D. Heumān sc.

ICONVM ANATOMICARVM

QVIBVS ALIQVAE PARTES

CORPORIS HVMANI

DELINEATAE CONTINENTVR

FASCICVLVS V.

Arteriae Pedis.

AUCTORE

ALBERTO v. HALLER

MEDIC. ET PHIL. DOCT. CONSIL. AVL. ET ARCH. REG. ET ELECT.
MEDIC. ANAT. CHIRVRG. BOTAN. PROFES. PVBL. ORD.
SOCIET. REG. SCIENT. GOTTING. PRAES. PERPET.
ACADEMM. ET SOCC. IMPER. NATVR. CVRIOS. REGG. BRIT. BEROL.
BONON. SVEC. ET VPSAL. SOD.
IN SVPR. SENAT. REIPVBL. BERN. DVCENTVM VIRO

GOTTINGAE,
APVD VIDVAM ABRAMI VANDENHOECKII, ACAD. BIBLIOPOL.
MDCCLII.

LECTORI S.

Quando hujus artus inferioris arterias mihi describendas sumsi, infinitus fere labor fuit, non adeo parandarum scalpello arteriarum, quam ordinandarum in unum librum descriptionum, quales viginti & aliquando plures ad corpus humanum paratas habebam. Varietas, si alibi, certe in hoc artu insignis est, partes grandes, hinc multi rami, & pauca nomina. Quare post longum laborem, ne sic quidem mihi satisfeci. Nulla enim patientia mea effici potuit, ut omnes singulosque ramos diversorum corporum conpararem cum sui similibus, & si factum esset, tanta fuisset longitudo sermonis, ut vix quisquam laborem legendi libri sustinuisset. Deinde, cum notabiles satis rami in nonnullis corporibus se offerant, qui ab aliis absunt, valde mihi dubium visum est, quid de ea abundantia ramorum non perpetuorum statui oporteret.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 236 sur 543

Neque alium exitum inveni, praeter eum, de quo continuo dicam.

Plenissimam ergo historiam, quae penes me fuit, pro prima tela quasi supposui. Huic tegminis loco intertexui ramos, quos princeps ea tela, sive corpus humanum perfectius, non haberet, & qui in aliis aliquam multis cadaveribus reperirentur. Ita, qui negligenter has descriptiones leget, poterit facile in eum errorem incidere, ut multo plura vasa in corpore humano, inque pede inprimis, adesse persuadeatur, quam vere adsunt. Verum operam dedi in ipsa historia, ut lectorem monerem, quoties aliquam partem minus perpetuam magis constantibus adderem. Iconum aliquae non penitus placent, verae quidem, sed non satis aut nitidae aut minoribus ramis plenae. Talis tertia est, & quinta. Curavi tamen, ut nihil majoris momenti desideraretur.

Nunc de auctoribus, ad quorum labores meos exegi. Primus EUSTACHIUS *est. Nam* GALENI & administrationes anatomicae & L. de dissectione arteriarum & venarum *vix quidquam, quo utaris, habent.* EUSTACHIUS *& in ipso naturali situ vasa pedis pinxit, & praecipuos truncos, imo minutas nonnunquam anastomoses non neglexit, arcum etiam peroneae arteriae cum antica tibiali, ejusque tarseum ramum, pulchre expressit, tum profundam femoris, & externam circumflexam. Minor in vasis istis* VESALII *laus est,*

ico-

icones penitus inutiles. Neque quidquam melius habet PLATERUS. CASSERIUS VESALII *iconem adhibet.* C. BAUHINUS *descriptionem dedit, non valde laudabilem & difficilis certe sensus, quam* SPIGELIUS *&* BARTHOLINUS *retinuerunt. Meliora inter nuperos primus proposuit* (descript. anatom. *p.* 375.) AMATUS BOURDON, *quem merito multi secuti sunt, ut* PETRUS DIONIS, *&* J. KEIL. ROLFINKIUS *inanis est, neque dives* RAVIUS. *Inde* VERHEYENIUS *iterum aliquantum hanc historiam provexit, & arcum plantae icone expressit, atque anastomosin cum tibiali antica. Haec eadem* COWPERUS *habet in icone, & praeterea Tarseam arteriam, & ejus cum Plantari externa conjunctionem, & arcus digitorum.* J. ERNESTUS WREDEN *in suis* arteriologischen Tabellen 1725. *fol. editis pedem satis bene expressit. Eum sequuntur per omnia* J. JAC. GRAMBS *in* angiologischen Tabellen, *&* J. ADAMUS KULMUS. *Sed plurimum accessit huic historiae per* J. BENIGNUM WINSLOWUM, *qui externam internamque circumflexam, & profundam, melius constituit, pedis etiam arterias & arcum plantarem, duasque peroneae cum tibiali & antica & postica anastomoses adjecit. Eum, neque certe hic male, secuti sunt, & verba pene reddiderunt* VERDIER, BARBAUT, AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT *&* C. E. ESCHENBACH. *Aliqua aliter, sed valde breviter*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 238 sur 543

habent TARINUS, & JOSEPHUS LIEUTAUD. *Ego, cum* WINSLOWIUS *compendium ſcripſiſſet, non potui non plenius varia perferre, quae lectorem ipſum, quam me exquirere magis decet. Arteriae brachii, quarum icones paratae ſunt, continuo ſequentur: deinde medullae ſpinalis & cerebri, inde totius corporis anterior & poſterior tabula arterias omnes a capite ad calcem continuatas habebit, quae & ipſae paratae ſunt. Ita vale laboribusque noſtris fave.*
Gottingae d. 20. Mart. 1752.

TAB.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 239 sur 543

TAB. I.

Femur dextrum anterius, magis tamen ad interiora visum, quod interiorem femoris partem majores rami arterioſi adeant.

OSSA.

A Pars ossis Pubis.
a ejus margo terminans pelvim.
B Spina anterior superior ossis ilium.
b pars aliqua acetabuli femoris.
c nudum femur inter musculum pectineum & vastum internum.
C Patella.
D Ligamentum ejus.
E Internus condylus femoris.
F Pars summa Tibiae.

MUSCULI.

AAA Sartorius.
B Fascialis.
C Iliaco - psoas.
D Rectus Tibiae.
E Fastus externus.
F Internus.
G Pectineus.
H Triceps anterior.
I Tricipidis medii pars.
KK Triceps magnus.
L Gracilis.
MM Semimembranosus.
NNN Glandulae inguinales.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 240 sur 543

VASA.

a **Truncus** [1] **FEMORALIS.** [2] b

1) Arteria ILIACA inter hypogaſtricae arteriae originem, & Epigaſtricam, fere absque ramis eſt, aut certe nonniſi parvos Pſoae muſculo glandulisque impoſitis ſurculos exhibet. Inde exit de ea ſede, quae poſſit abdomini imputari, etſi retro peritonaeum & ligamentum FALLOPII ponatur, in anteriori ſuperficie muſculi ex pſoa & Iliaco miſti, non in nudo, ut ſaepe ſcribi ſolet, (Cl. NICOLAI *de directione vaſor.* n. 18. &c.) oſſe, quod propiorem venam habet, & interius quam tranſitus arteriae eſt. Recte expreſſit EUSTACHIUS T. XXV. & deſcripſit I. B. WINSLOW. T. III. *tr. des arter.* n. 255. Multa hic ubique & longa celluloſitas arteriam venam nervosque ſodales irretit.

2) Primus ramorum EPIGASTRICA eſt (T. II. c.) quae plerumque e regione abdominalis exit. Ea arteria ab omni tempore cum hoc nomine nota fuit. Naſcitur duabus fere unciis altior, quam ima pars peritonaei, & infra anulum abdominalem ad interiora & poſteriora funiculi vaſorum ſpermaticorum, media nonnunquam inter duas ſocias venas deſcendit prius, quam adſcendat. Dat continuo monti veneris pectinique ramum, unde cum funiculo ſpermatico ſurculus (WINSLOW. n. 235. TARIN *anthrop.* T. II. p. 67.) ad tunicam vaginalem & cremaſterem, in imam ſedem teſtis usque venit, & inoſculatur ramo arteriae ſpermaticae, ut WINSLOWUS etiam vidit n. 235. Similem ramum ex femorali IDEM (n. 237.) naſci vidit, ego ex vicina abdominali. In femina ea arteria, quae in viro teſtem adit, & ligamentum teres, in inguine, & montem veneris, ſummaque pudendae partis labra ſuis ramis percurrit, alio vero inſigni redit in abdomen, & ſerpentino ductu per ligamentum teres incedit, & ſimili ramo ab utero venienti ſpermaticae arteriae inoſculatur. In puerpera eam anaſtomoſin dimidiam lineam latam fuiſſe vidi. Vide, quae de ea arteriae ſpermaticae cum epigaſtrica conjunctione jam monui in *Iconum faſciculo* IV. not. 12., quam imprimis EUSTACHIUS expreſſit T. XIII.

Eadem Epigaſtrica ſaepe arteriam obturatricem, vel totam, vel certe ramum edit, coronantem os pubis, qui alias ab obturatrice provenit; & ab eo etiam ramo ſurculus ad funiculum ſpermaticum nonnunquam veniſſe viſus eſt.

Incumbit eadem Epigaſtrica peritonaeo primo, inde tendini transverſi, & tendit introrſum verſus rectum muſculum abdominis (WINSLOW *tr. des arter.* III. n. 233. 234.). Dat ad pyramidalem ramum: aliosque introrſum ante Rectum abdominis in eum muſculum, eoque perorato in vaginam ejus cutemque euntes: alios pone eum rectum, qui in eum muſculum & peritonaeum veniunt (WINSLOW n. 234.). Alii ſurculi extrorſum ad transverſum & obliquum minorem abdominis feruntur. Truncus autem ad duos pollices tresve ab ora pubis remotus tegitur nunc Recto muſculo, totus tamen exterior oraeque extremae propior. Pergit dare ſurculos varios, & paulum ſub umbilico unum inſigniorem. Is exterior, paulo minor trunco, adſcendit per Rectum, retro ejus oram exteriorem, & in eum ipſum, & in obliquum adſcendentem, & in transverſum paulum ſub coſtis terminatur. Innectitur & ipſe ramis mammariae exterioribus, & intercoſtalibus imis (WINSL. n. 237.) nonae, decimae, undecimae.

Ramus *Interior*, ſive truncus Epigaſtricae pergit retro Rectum muſculum, dat paulum ſub umbilico arteriam ad eum umbilicum, qui inoſculatur cum ramo mammariae a cartilagine enſiformi deſcendente, & umbilicum duobus ramis ambit, & cum ramis alterni lateris confluit, in celluloſa tela ſubcutanea. Ejus ipſius arteriae alter profundior ramus, it in peritonaeum, & perinde funiculum umbilicalem ambit, atque cum arteriis alterius lateris coit, & cum ramis mammariae. Idem trunculus cum vena umbilicali ad hepar venit, & ipſe cum ramis mammariae & aliis ab hepaticis arteriis ex ſulco venae umbilicalis venientibus in ligamento ſuſpenſorio, & circa eam venam inoſculatus, in veſica vero conjungitur cum veſicalibus.

Alios etiam ramulos porro Truncus Epigaſtricae emittit ad Rectum muſculum & ad peritonaeum, idemque in facie poſteriori Recti muſculi tres quatuorve cum Mammaria arteria celebratas anaſtomoſes habet, cum ejus arteriae nempe ramo principe, qui retro Rectum muſculum deſcendit. Haec anaſtomoſis eſt, quam EUSTACHIUS T. XXVII. fig. 12. olim, & in arteria & in vena expreſſit, & de qua adeo multa ſcripta ſunt, a nobis minime hic repetenda. Vide *Icon. anatom. faſcic. III.* p. 27. & *Commentar. Boerhaav.* T. V. P. II. p. 77. 78. Eam anaſtomoſin a nuperis anatomicis paſſim negatam, perpetuam, conſtantem, & multiplicem reperio, non ideo multum ei in phyſiologicis tributurus, qui ejusmodi exiguas arteriarum communicationes ubique in corpore humano reperio. Commune ipſi officium, ut aliis anaſtomoſibus eſſe videtur, ut uno vaſe obſtructo, per alterum libera cordis vis ad ſurculos minores ſanguinem adducere pergat.

Arteria ABDOMINALIS (T. I. Faſc. IV. n. *a*.) e regione Epigaſtricae, vel inferior nonnunquam, oritur ex femorali, exterior pauloque minor, ſub

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 241 sur 543

ſub muſculis abdominis plerumque retrograda, & extrorſum ſurſumque redeuns. Partem hujus arteriae aliquam ad Iliacum imprimis muſculum EUSTACHIUS expreſſit T. XXV. ad H. ALBINI. Eſt *arteria ad utrumque obliquum* COWPERI T. III. *appendicis* ad magnum opus anatomicum, vel apud DRAKIUM T. XX. ad 58. *Arteria muſcularis* I. ERNESTI WREDEN in arteriologiſchen Tabellen n. XXXV. & KULMI in *anatomica tabula* XVI. *Rameau externe de l' Iliaque externe* WINSLOW T. III. *tr. des arter.* n. 236. *Artere muſculaire* BARBAUT *angiologie* p. 421. *Artere Iliaque coronaire* TARIN *anthropotomie* T. II. p. 67. Der nach den Muſkeln gehende Zweig ESCHENBACH n. 1180. Anatomiſche Beſchreibung des menſchlichen Körpers. *Iliaca externa minor* AUGUSTI SCHAARSCHMID angiologiſche Tabellen p. 44. Egregius olim HENSINGIUS ramum a crurali retrocedentem, adſcendentem ſuper ligamentum FALLOPII, muſculis ramos dantem, & peritonaeo, dixit *de peritonaeo* p. 14. quae haec ipſa arteria eſt. Ego nomen a ſede fixi. Iliacae autem vocabulo abſtinui, quod alioquin ſaepe repetatur, & ad varias arterias.

Dat nonnunquam continuo ramum multifidum ad Iliacum muſculum, glandulas inguinis, adipem circa exteriora ſartorii ſartoriumque (*T. corp. ant. dextr.*). Alium ad funiculum ſpermaticum, cremaſterem, & vaginalem tunicam ramum aliquando dedit, qualem ſolet Epigaſtrica. Inde inter obliquum minorem & transverſum muſculum abdominis, accurate ſecundum criſtae oſſis Ilium labrum interius (WINSLOW l. c.) adſcendit circumflexa. Dat ramos minores (*T. corp. tot. ant. dext.*) ad aſcendentem obliquum muſculum, tum in ſuperficiem, tum in ipſam carnem interius ramum inoſculatum ramo ſequenti. Alius it ad Iliacum internum Pſoamque, & ſurſum deorſumque dividitur (*T. corp. ant. dextr.*). Idem etiam ſurculum dat ad nervum cruralem magnum huic muſculo impoſitum, qui & ſurſum in ipſo nervo, cum ramo ejus arterioſo ex Iliaca anteriori nato conjungitur, & deorſum cum nervo it, & cum femoralis arteriae propagine communicat.

Dat etiam inter muſculum obliquum adſcendentem & transverſum ramos ſurſum euntes (*T. corp. ant. dextr.*) ad quatuor usque, quorum ii majores ſunt, qui exteriores, & quorum aliqui internum obliquum perforant, & ad externum exeunt (*T. corp. ant. dextr.*). Ii cum ima intercoſtalibus etiam & cum paulo prius citato ramo in facie interiori obliqui minoris communicant.

Dat eadem iterum arteria ramum notabilem, qui iliacae anteriori plus una anaſtomoſi inſeritur. Dat ad ſummam ſpinam Ilium per criſtam ejus oſſis euntem ramum, qui cum ejusdem Iliacae anticae arteriae ſurculis ad interius criſtae labrum uno, altero ad exterius labrum eoque magna & egregia anaſtomoſi convenit. Idem in nervum ramum dat, & denuo cum ramulo Iliacae anticae minoris in ipſo nervo anaſtomoſin habet. Hunc ramum paulo inferius ortum habet *Tabula corp. ant. ſin.*

Relinquit inde os ilium, fere in media ejus criſta, cujus perioſteo ramus dat, magnumque ramum emittit, qui inter obliquum minorem & transverſum (*T. corp. ant. dextr.*) ſuper umbilicum adſcendit, ad utrumque horum muſculorum (*T. corp. tot. ant.*) in obliquo adſcendente, fere ad coſtam octavam usque, quales rami cum intercoſtali infima ſub coſtis anaſtomoſes habent, aut cum lumbali prima (WINSLOW n. 236.). Truncus ipſe in adſcendente obliquo conſumitur, niſi quod eo perforato ramos aliquos in deſcendentem mittat.

3) Paulo poſt hanc abdominalem, ex femorali alia frequens arteria ad cutem exteriorem abdominis per latus ſuper ſpinam ilium ad imas fere coſtas adſcendens naſcitur, quae & ipſa glandulis inguinalibus dat, & verſus pubem ramum. Vidi ex profunda femoris hunc ramum ortum fuiſſe.

Inde rami ex trunco nonnulli minores ad iliacum eunt (*T. corp, ant. ſin.*) ad os pubis & pectineum (ib.) tunc poſt aliquot lineas ad cutem & glandulas aliqui (ib.) & alius ad pectineum WINSLOWO dictus (ib.) priori proxime dicto inoſculatus (ib.) tum Tricipiti primo, atque cuti introrſum ramus venit (ib.).

Inde aliquando continuo profunda naſcitur (*T. corp. ant. ſin.*) plerumque tamen prius duae *pudendae* proveniunt. Earum *ſuperior*, paulum ſub Epigaſtrica nata, tendit ſub cute verſus gracilem, & uno Trunculo majori abit in pectinem ſuper montem veneris, & altius etiam in adipem abdominis. Idem in feminis dat ramos ad ſuperiorem partem vulvae, montisque veneris. Alter ramus inferior per labia pudendi longe deſcendit, & occurrit ramis a ſuperficiali haemorrhoideae ramo venientibus. Caeterum remotiorem partem pudendi hi rami adeunt, propiorem vero vaginae rami ab haemorrhoidea. Vide *faſc. icon.* IV. p. 12. in *Perinaea*. In viro eadem arteria & tribus quatuorve glandulis inguinalibus ramos dat, & peni per celluloſam telam, ad praeputium usque ſurculos mittit, & ſummo ſcroto (*T. corp. ant. ſin.*). Vidi unicam, ſed bifidam pudendam fuiſſe, natam ſub profunda. *Pudendam* dixit SYLVIUS *Iſag. anat.* p. 36. Mediocriter tetigit VESALIUS l. c. p. 493. & C. BAUHINUS L. V. c. 37. p. 638. & VERHEYENUS. *Pudica interna* eſt I. ERNE-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 242 sur 543

STO WREDEN T. 36. KULMO T. XVI. p. 84 *Pudenda externa* I. IAC. GRAMBS *Petite honteuſe externe* I. B. WINSLOW n. 256. *Honteuſe externe* I. LIEUTAUD *Eſſays anat.* p. 498. qui certe nimiam facit, quando cum pudenda communi comparat, & TARIN II. p. 68. *Honteuſe cutanée* VERDIER *Abrege de l' anat. du corps hum.* T. II. p. 361. BARBAUT p. 422. *Kleine auswendige Schaampulsader* ESCHENBACH n. 1181. *Arteria pudenda cutanea* SGHAARSCHMID p. 75. Ramos ad ſcrotum expreſſit RUYSCHIUS Epiſt. II. T. II. f. 2.

Alii trunci ad ſurculi muſculos abdominis obliquos ſurſum, & etiam circa os ilium ad criſtam usque eunt, qualem ramum unicum etiam a profunda natum fuiſſe vidi. Idem deorſum cum ſartorio per eum muſculum, & in faſciam latam it, & in cutem late exit, diverſus ab abdominali. Iidem ſurculi aliis inferioribus ramis, quatuor aut quinque glandulas inguinis adeunt, inter quas haec arteria, quando unica eſt, incedit, & ad cutem inguinis T. I. g. Hujusmodi enim ſurculi non raro proprium trunculum ex femorali habent, qui infra pudendam oritur. Talis fuit *inguinalis* WREDII T. 37. KULMI *tab. anat.* p. 84. Plerumque tamen plurem uno ramum reperio.

E regione pudendae ramus alius it ad ſartorii originem & criſtam ilium, & faſciam latam, cutemque & in gluteum medium, vel idem cum modo dicto ad muſculos abdominis eunte, vel diverſus & inferior.

Eodem loco in Iliacum & pſoam ramus ire ſolet T. II. d. qui cum circumflexa interna inoſculatur, & capſulae etiam articulationis femoris ramos dat, exterius & ſuperius T. I. h. Plerumque tamen hic ramus ad circumflexam externam pertinet. Alius ad ſartorium (WINSLOW n. 256.) & rectum tibiae it, & ad cutem, ſodalis interior recti antici, qui idem cum magno nervo a crurali antico nato fere ad genu cutaneus venit. Alius tricipiti antico accedit, aut & huic & gracili.

Tunc altera prodit *pudenda Externa*, trans gracilem, profundior, & cum priori & cum hypogaſtricis inoſculata, quae pariter glandulas inguinales adit, & ramo in cutem dato ſaphenam ſequitur, & ad labia pudendi ſcrotumve profundius adrepit. Haec alias infra profundam prodiit (T. I. p.). In ſcroto ipſa etiam (*T. ant. fin.*) cum ſuperficiali penis arteriae ſurculo ad ſcrotum deſcendente communicat. Tertiam etiam vidi pudendam externam a femorali ad ſcrotum & glandulas inguinis veniſſe, praeter profundiores a circumflexa interna & obturatoria natas.

Sub ea pudenda ſurculus ad ſartorium exit WINSLOW n. 256. & alius ad tricipitem primum. Sed eos minores ſurculos ordinem certum non tenere, etſi facile eſt intellectu, repetito tamen moneo.

Truncus femoralis pergit per Iliacum incedere, irretitus plurima duriuscula celluloſitate, & aliquo adipe atque glandulis inguinalibus, ſubcutaneus caeterum, venamque ſupergreditur, ut ejus interiora tegat, quae exterior fuerat (WINSLOW n. 253.).

In imo Iliaco interno naſcitur plerumque *Profunda femoris*, quae frequentius circumflexam internam & externam generat. Ea alias prius etiam, quam prima pudenda, provenit (T. corp. ant. ſin.) & in ſummo fere iliaco, ut ab ea abdominales minores & pudendae generentur, quas ex trunco natas deſcripſi. Eſt tamen ubi externam circumflexam infra profundam oriri vidi. Recte tres ramos pene conjunctim naſci ſcripſit WINSLOWUS. *Profundo* caeterum *femoris* arteria exſtat in iconibus EUSTACHII imprimis in T. XXV. *lat. ſin.* ubi ejus arteriae truncus ſuo ſe loco occultat, rami etiam ad tricipitem anteriorem, & grandem, & per iſtum perforantes expreſſi ſunt. In T. XXVI. habetur rami ad tricipitem magnum euntis anaſtomoſis cum obturatrice. In T. XXIV. ramus poſticus praelongus cum propaginibus ad vaſtum externum, bicipitem brevem & tricipitem longum exſtat, non ſatis ad naturam pictus, & anaſtomoſis grandis cum trunco popliteo facta, ad I. ALBINI. Eadem arteria eſt *muſcula cruralis interna* C. BAUHINI l. c. p. 639. A. SPIGELII *de corp. hum. fabr.* L. VI. p. 195. D. de MARCHETT p. 177. In I. LEONCENAE figuris *Phil. Trans.* n. 280. numerus 37. notat hanc arteriam. Eſt *muſculaire* AMATI BOURDON p. 375. *Muſcula* KEILII. Videtur haec eſſe *cruralis externa* VERHEYENI p. 278. B. a. a. b. b. & RAUII *in append. ad amphith. Zootom.* p. 104. Eſt porro *muſculaire interne* P. DIONIS *cours d' anat. demonſtr.* X. p. 646. ubi plerique rami indicantur. Haec eſt COWPERI arteria notata 70, quae icon videtur praecipuos ramos perforantes exprimere. *A large branch to the back part of the tigh.* CHESELDEN p. 190. *La branche moyenne* WINSLOW n. 260. (breviter, neque tacta nutritia.). Eodem cum nomine habet BARBAUT p. 423. *Artere muſculaire moyenne* VERDIER p. 361. 362. qui ſcriptores ſimillima habent Winslovianorum, *Mittlerer Aſt* ESCHENBACH n. 1181. SCHAARSCHMID p. 46. *Crurale anterieure*, (quod nomen non optimum eſt) TARINI p. 68. Hanc arteriam vult procul dubio HEISTERUS, quando arteriam cruralem nonnunquam in ſummo femore duplicem eſſe, & unum ramum novum exteriorem & muſcularem, ad genu usque deſcendere ſcribit *de vulner. arter. crural.* n. 21. Haec arteria eſt, cujus gratia peritiſſimi chirurgi in femoris amputatione plus una ſutura opus eſſe monent, ut haemorrhagia comprimatur. In valde altis enim amputationibus & truncus & rami perforantes tanti ſunt, ut omnino ligari mereantur.

Naſcitur Profunda in muſculo iliaco, quem ad finem ſequitur, medio loco fere orta inter os pubis & trochanterem minorem (T. I. II. & *ic. corp. ant. dextr. fin.*) trunco ſuo paulo minor, & poſterior, & exterior (*T. corp. ant. fin.*) & ſenſim deſcendit, verſus cruralem muſculum quaſi directa.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 243 sur 543

recta. Ramos, antequam circumflexas dat, ſaepe nullos edit, & continuo, ubi ex trunco proceſſit, circumflexam internam, & ſub ea externam producit T. I. aut ſupra eam T. II. plerumque tamen eodem loco utramque.

Aliquando tamen prius dedit ramum iliaco interno T. II. *u.* alias ramum cuti exteriori femoris, ſartorioque & recto, quem plerumque truncus producit. Dat etiam non raro, prius quam perforantes generat, pudendam externam, ramumque vaſto externo, qui eo perforato faſciam latam cutemque adit, (*T. ant. fin.*) & ramos iliaco plerumque duos, quorum ſuperior circumit vallem infra femoris caput, & duplici circulo coit cum circumflexae internae ramo, quem dicam, qui tamen ramus alias a circumflexa externa eſt. Imus venit ad trochanteris parvi ſedem, & in valle inter eum proceſſum & femoris caput circumit, cumque ramo contrario a circumflexa interna nato, & trochanterem magnum adeunte, inoſculatur (*T. ant. dextr.*) cumque eadem circumflexa ejusque articulari ramo etiam anaſtomoſibus coit.

Ad vaſtum etiam internum unum alterumque truncum Profunda mittit (*Icon. corp. ant. ſin.*) qui in eo deſcendit per tendinem extenſorium tibiae, nonnunquam in patellam usque. Eſt, ubi is ramus communis cum vaſto externo eſt, eſt, ubi huic nihil dat. Ejusdem ſurculi ad perioſtium femoris ſupremi veniunt.

Sed ſuper perforantem primam etiam vaſtus externus nonnunquam ramum perforantem in faſciam latam cutemque accipit; aut ramus ad pectineum tricipitem primum, eoque perforato in gracilem exit, aut ad tricipitem alterum. Alias infra perforantem profunda in tricipitem primum & ſecundum & in gracilem cutemque (*T. ant. ſin.*) ramum mittit, aut inter tricipitem primum & magnum, ad utrumque, aut ad ſartorium, aut etiam inter tricipitem poſteriorem & magnum in ſemitendinoſum & ſemimembranoſum (*T. poſt. ſin.*) Nulla enim hic certa lex eſt, & ſaepe plerique horum ramorum deſunt.

Sub trochantere vero parvo, inter quadratum muſculum & tricipitem magnum, cui prius ramum inſignem dat, quam perforet, naſcitur ex trunco Profundae magna *Perforans prima.*

Ea circumflectitur inter vaſtum internum & tricipitem alterum *Ic. corp. ant.* tecta primo & altero tricipite, cui etiam & Pſoae ramos dat. Circumit autem radicem trochanteris magni, & nunc in dorſo eſt, inter tricipitem poſticum & magnum (T. III. *n.*) atque trunco quidem ſuo in glutaeum magnum excurrit, ramos autem dat varios ad quadratum, ad dorſum trochanteris parvi, ejusque perioſteum, ad trochanterem magnum, cum ſequentibus inoſculatos (T. III. *m.*) & cum arteriae circumflexae internae ramo, qui circa trochanterem flectitur (*T. corp. poſt. ſin.*). Inter duos trochanteres anaſtomoſin etiam habet cum ramo trochanterico circumflexae internae, & trans trochanteris dorſum cum ramo perforante ſecundo. Eſt, ubi tectum quadrato ramum ſurſum mittit, qui cum ramo pene perpetuo circumflexae internae inoſculatur T. III. *l.*

Haec nonnunquam tota primae perforantis hiſtoria eſt. Alias plures ramos habet, qui deſcendunt in vaſtum internum & bicipitem longum T. III. aut in tricipitem poſticum. Eſt, ubi ramus ejus arteriae alius extrorſum ivit, deditque nervo magno, bicipiti, ſemitendinoſo (T. *poſt. corp. tot.* & T. III.). Hic ramus peculiari loco perforat tricipitem magnum, interius quam truncus. Dedit etiam ramum vaſto externo, qui plerumque ad alteram perforantem pertinet, qui & ipſe alium ramum trochanteri magno ſurſum, quaſi in ſubſidium prioris ſurculi, mittit, perinde circumflexis externis & internis inoſculatum, & idem in faſciam latam erumpit, cumque ea longe deſcendens, atque cum aliis ejus faſciae ramis conjunctus, denique in cutem exit. Hunc ramum habet EUSTACHIUS T. XXIV. ſupra G. ALBINI & T. XXVII. f. 14.

Ab hoc ramo perforantis primae ad nervum magnum, bicipitem longum & glutaeum magnum etiam ſurculi veniunt, a prioribus, quos modo deſcripſi, diverſi.

Haec caeterum *perforans* & *altera* ſunt *duae intra tricipitem* RIOLANI p. 347. & *anthropograph.* p. 417. (habet enim eadem utrobique verba). Prima eſt *le premier* BOURDON l. c. p. 376. Unam perforantem habet WINSLOW n. 360. & qui eum ſequuntur.

Inter perforantem primam, & alteram, alias rami ex trunco Profundo aliqui intercedunt, alias minime. Ad tricipitem magnum, perque eum ad ſemimembranoſum euntem, ramum expreſſi (T. II. & ic. *corp. ant. ſin.*).

Inde truncus profundae deſcendit ante ſecundum tricipitem inter eum vaſtumque ſemper internum. Ejus alter princeps ramus eſt *ſecunda perforans*, magna, dimidio intervallo, quod inter primam perforantem & nutritiam principem eſt, ſub priori nata. Ea inter carnes Tricipitis longi aut ſecundi primo, nam etiam hoc vidi, & inde longi ad poſteriora exit. Hujus varii rami ſunt. Unus *interior* adit fere nervum magnum, bicipitem, ſemitendinoſum & ſemimembranoſum & gracilem (T. III. *q.*) Hic ramus alias deeſt.

Alter *exterior* & nonnunquam ſolus (*T. poſt. ſin. I.*) alias ad priorem perforantem ſpectat (ut *p.* T. III.). Adit iſte finem magni glutaei & vaſtum externum l. c. & faſciam latam cutemque, & ramum ſurſum ad magnum Trochanterem mittit, inoſculatum ſurculis ſuperioris Trochantericae, a prima perforante natae, deorſum vero in bicipitem brevem. Ab eo deſcendit non raro, & plerumque omnino in meis experimentis, *nutritia femoris prima*, duobus fere infra trochanterem magnum digitis nata. Ramus iſte nutritius in ipſo oſſis tubulo trunco ſuo deſcendit, & in nutritiam infe-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 244 sur 543

riorem patulus inoſculatur. Minori ramo ſurſum in celluloſitatem femoris adſcendit.

Hic caeterum ramus perforantis eſt *le ſecond* AMATI BOURDON p. 376. I. LEONCENA eum pingere videtur ad 37.

Infra eum ramum truncus Profundae adhuc tricipiti ſecundo dat, & vaſto interno, & eorum muſculorum, quos nunc dixi, utrique communem ramum. Ad originem vero bicipitis brevis ſummam ramus alius tricipitem magnum adit, & aliquando ſecundum, aliusque extrorſum ad nervum magnum, bicipitem longum, & brevem accedit & perioſteum femoris, & ſemitendinoſum & ſemimembranoſum, & denique gracilem, qualis ramus communi cum priori perforante ſecunda trunco alias prodiit (T. III.). Non raro idem ita grandis eſt, & ita naſcitur, ut bicipitem magnum perforet, & *perforans tertia* vocari poſſit. Videtur eſſe *le Troiſieme* AMATI BOURDON p. 376.

E regione hujus, quem dixi, rami truncus ramum grandem denuo bicipiti, nervo magno, vaſto externo dat & faſciae latae cutique. Is etiam nonnunquam perforat, aut inter fibras magni tricipitis tranſit, & eſt *quarta perforans*. Hanc vidi ſurſum ramum remiſiſſe, a quo prima nutritia in dimidium canalem oſſis femoris longe adſcenderet: ſed idem alias non primam, verum alteram paulum ſurſum recurvam *nutritiam* edit. Alias ea nutritia ſola ex trunco profundae naſcitur (*T. corp. tot. ſin.*) alias ne ex eo trunco quidem, ſed a femorali (T. III.) ita ut ramus alius per bicipitem brevem deſcendat, qua ea arteria tegitur, & in perioſteon femoris, alius longe per vaſtum internum deorſum eat. Alias hi duo rami, quos nunc citavi, communem truncum nacti ſunt.

Etiam a ramo Profundae vaſtum internum adeunte ramus *nutritius* ſuperior naſci viſus eſt. Valde vero frequens eſt, *duas nutritias* eſſe, & tunc ſuperior deſcendit, inferior adſcendit. Ea ergo lex, quae praeſtantiſſimus vir ALEXANDER MONROO (*of the bones* p. 310.) oriri dixit internas arterias oſſium, ut in artubus ſaepe horizontalibus retrogradae ſurſum verſus ſuperiorem partem oſſis eant, deorſum vero cum oſſe parallelae eae, quae in artubus ſunt, qui plerumque ad perpendiculum ponuntur, ea, inquam, lex ad inferiorem nutritiam pertinet, non perinde ad ſuperiorem.

Alias alio modo duae nutritiae fuerunt, nempe ramus, quem ſtatim dicam, bicipiti brevi & vaſto externo datus, primam nutritiam, truncus ipſe profundae ulterius progreſſus alteram dedit.

Caeterum nutritia inferior in ipſo oſſis tubulo trunco ſuo omnino adſcendit, & occurrit ſuperiori, ramo vero altero deſcendit in epiphyſin. Eas nutritias hactenus tetigit COLUMBUS, ut oſſa arteriis non carere adfirmaret *de re anat.* L. VII. p. 187. Truncos nemo deſcripſit. Foramen dixit I. B. WINSLOW *tr. des os ſecs* n. 853. A. MONROO *of the bones* p. 310. Tria omnino foramina nutritia in fetus eſſe expreſſit B. S. ALBINUS *ic. oſſium fetus* LXXI. & incerto numero C. STEPHANUS in opere anat. p. 35.

Infra nutritiam hanc inferiorem unus ramus profundae tricipitem longum adit, & reliquos flexores, magnumque nervum (*T. poſt. ſin.*) alter bicipitem brevem, qui etiam in faſciam latam ex eo muſculo perforato cutemque exit, & idem cum ramo popliteae anaſtomoſin habet. Reliquus truncus deſcendit in bicipite brevi, ramumque per ortum tricipitis longi, vaſto interno etiam tectum, in perioſtea femoris mittit, longe lateque ſparſum, ad genu usque tam poſterius, quam lateraliter, qui & ipſe anaſtomoſin habet cum femoralis ramo, ex qua anaſtomoſi aliam vidi ortam nutritiam ſecundam. Qui vero ramus in bicipite brevi deſcendit, is nonnunquam longo bicipiti dat, perforato brevi & vaſto externo, & vel in iſto, vel in longo conſumitur, & communicat cum ramo majusculo arteriae femoris. Ea anaſtomoſis eſt, aut proxime prior, quam credo in utroque latere Tabulae XXIV. expreſſiſſe EUSTACHIUM.

Alias per vaſtum externum truncus, a quo nutritia oritur, deſcendit in rectum, cutemque, ad patellam usque, ubi diviſus, & cum articularibus omnibus irretitus, & ramos huic vaſto mittit (*T. corp. hum. poſt. ſin.*) quod tamen rarum eſt.

Alias haec omnia abſunt a profunda, & in perforante altera ejus finis eſt, ut in T. III. aut certe in arteria brevis bicipitis.

Alias poſt ramum perforantem tertium nutritia quidem inferior verus majorque truncus profundae eſt, cujus ramus uno ſurculo ſemimembranoſum nervumque magnum, altero bicipitem brevem adit, & in iſto terminatur. Et tunc vidi, nutritiam non vaſto externo tegi, ut plerumque fit, ſed interno, quo etiam tegitur in (*tab. corp. tot. dextr. poſt.*).

Caeterum vidi, ramos perioſtei femoris hoc ordine natos eſſe. Externi a circumflexa externa, a nutritia ſuperiori, ab aliis arteriis vaſti externi, ab articulari externa ſuperiori. Interiores a circumflexa externa vel a profunda, ab arteria nutritia inferiori femoris, a femorali cum ea communicante, a ramis popliteae propriis ſuper articulares, ab articulari interna ſuperiori.

4) CIRCUMFLEXA FEMORIS INTERNA mihi notatu dignus ramus Profundae eſt, quem ipſa magnitudo & perpetuitas juſſit proprio nomine adpellare, cujus occaſionem ipſa arteriae natura dedit. Plerumque e profunda naſcitur, eſt tamen ubi a trunco provenit, prius quam profunda. EUSTACHIUS ramum ejus poſteriorem ad quadratum tricipitemque magnum exprimit, & anaſtomoſin cum haemorrhoidea, a qua Iſchiaticam non diſtinguit T. XXIX. Simile quid dixit IAC. SYLVIUS *iſagog. anat.* L. II. p. 40. Etiam VESALIUS vix niſi eandem anaſtomoſin nominavit, ramosque ad tricipitem euntes. Eſt *premiere branche de la muſculaire* AM. BOURDON p. 375. *Firſt branch* KEIL p. 334. qui ubique BOURDONUM ſequi-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 245 sur 543

c CIRCUMFLEXA INTERNA. 4) d

ſequitur. *Branche interne* I. B. WINSLOW p. 260. VERDIER p. 362. BARBAUT n. 423. innerer Aſt ESCHENBACH n. 1181. SCHAARSCHMIDT p. 46.

Prius quam pectineo tegatur, ſolet circumflexa iſta in brevi ſpatio ramum unum alterumve edere, quorum unus ad iliacum internum muſculum, aut ſolum, aut etiam in pectineum & capſulam femoris articularem it. Alium vidi ex ipſo ortu inter tricipitem primum & ſecundum iviſſe, ad utrumque & bicipitem magnum, in gracilem cutemque. Ad pectineum alter it (T. II. γ).

Ab eo ramo unus alterve ſurculus muſculum pectineum, alius pſoam adit, inque eo etiam cum ramo femoralis arteriae, iliacum muſculum adeunte, anaſtomoſin habet, alius majori ramo adit tricipitem primum alterumque, minori ſecundum originem pectinei & tricipitis primi circumductus, & ad perioſteum oſſis pubis, & in montem veneris, vel in ſcrotum in viris venit, & cum ramulo femoralis ad iliacum muſculum eunte (T. II. d. e.) & cum ramo adſcendente obturatoriae (ib. ⊙) ſuper magnum foramen pubis anaſtomoſin habet. Ejusdem ſurculus it trans pectineum, tegiturque primo tricipite, & dat utrique, alioque ramo, tecto ſecundo tricipite, venit in gracilem & cutem. Ejus etiam ramus eſt, qui ſecundum os pubis, cui, & gracilis ortui etiam propagines mittit, ad ipſum usque montem veneris terminatur (*T. ant. ſin.*) alioque ramo occultiori trans pectineum, retro gracilem ad penem it, inoſculatus prioribus pudendis (*T. ſin. ant.*).

Inde circumflexa interna introrſum declinans perpetuo tegitur pectineo (T. I. c.) & aliis muſculis ab oſſe pubis ortis. Dat autem eo loco, dum ſub capite femoris inter trochanterem minorem & acetabulum introrſum tranſit, ramos varios. Unus ad tricipitem primum it, alter ad capſulam articulationis femoris retrorſum procedit, & ad puteos oſſis, & cum ramo profundae per vallem inter trochanterem parvum & caput femoris inoſculatur. Alius ad tricipitem ſecundum, pectineum, ejusque inſertionem abit.

Alius ſuperior ramus circumflexae ad obturatorem externum late ſpargitur (T. II. δ) qui etiam ad tricipitis antici ortum venit.

Ex eo ramo articularis acetabuli ſolet oriri. Ea arteria ſuper trochanterem parvum deorſum capſulae articulationis ramum unum duosve edit, quorum unus ad cavum acetabuli, & ad collum femoris in cavitate acetabuli, puteosque oſſis venit, alias paulo prius natus quam articularis, ut dixi.

Truncus vero articularis circumducitur circa caput femoris, data cum obturatoria anaſtomoſi, & per intervallum ſupercilii acetabuli (*T. ant. corp. ſin.*) hujus caveam ſubit, & ad glandulam Haverſii, quae ſpatium non cartilagineum explet, cartilagines ipſas, & ligamentum teres dividitur.

Idem ramus ſuperior dat ramum inferiorem in ſecundum tricipitem, & retro eum in Longum. Trunco vero ſuo adſcendit introrſum in tricipite longo, dat denuo alteri tricipiti, venit in gracilem, inde ad ſynchondroſin oſſis pubis, eam ad latus magni foraminis internum circumlegit, recipit ſibi inſertum in imo angulo magni foraminis ramum obturatoriae, aliosque in progreſſu ab obturatoriae ramo ſuperiori. Etiam iſte ramus nonnunquam ad pudendi ima labia, ſive ſcrotimum adipem venit.

Reliquus truncus circumflexae internae, ſive *ramus inferior*, dat ramum nonnunquam magnum in cavum articulationis femoris, quem alias trunculus prior edidit, dat obturatori externo ramum, & ſecundo tricipiti, anaſtomoſin habentem cum obturatoria (T. II.). Eum ramum ad caveam acetabuli habet WINSLOWUS n. 261. & qui eo utuntur, & icone ſua ADMIRALIUS pictor ejus ſurculos expreſſit, ad RUYSCHII praeparationes.

Paucas vero poſt lineas finditur in duos ramos circumflexos (*T. ant. corp. ſin.*).

Unus ramus *ſuperior*, incurvus (γ T. II.) ſuper trochanterem parvum, inter eum & obturatorem externum circumit circumflexus, inter hunc & tricipitem poſticum, ad poſteriora, dat tricipiti longo, dat huic obturatori ramos, inoſculatos ſurculis obturatoriae, & adparet in parte poſteriori femoris, inter quadratum, quo tegitur, & obturatorem externum, quem tegit, & dat huic muſculo denuo ramum. Inde unus quidem trunculi hujus *ramus ſuperficialis*, quem nonnunquam pro trunco habeas, adſcendit ad interiora trochanteris magni (T. II. & T. *corp. tot. dextr. poſt.*) dat denuo quadrato ramos, & obturatori, & perioſteo ſuper eum trochanterem, cum circumflexis externis, & iliacis poſticis, & proprii trunci propaginibus varie inoſculatos, & cum ramis nonnunquam profundae *T. corp. poſt. dextr.* Ramus idem ſuperioris rami tectus quadrato, & tectus (T. II. *l.*) inde interno obturatore, cum gemellis, magna duplici anaſtomoſi, una ſuperficiali retro muſculum obturatorem, altera profunda ante eum, cum ramo iſchiadicae profundo (*faſc.* IV. T. I. not. o) aut haemorrhoideae transverſo ramo T. II. *corp. tot. dextr.* communicat, aliaque cum ramo transverſo iſchiadicae gemellorum inferioris T. II. *d.* oram legente. Eſt, ubi huic ramo non minimus ſurculus profundae femoris ſe immittit T. II. δ retro quadratum. Eſt ubi ramus iſte adſcendit inter glutaeum magnum & medium, ibi demum iliacae poſticae inoſculatus.

Trunculus autem, *trochantericus*, cujus ramum dixi ſuperficialem, pergit adſcendere per

 valle-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 246 sur 543

valleculam inter tuber iſchii & trochanterem magnum, dat numeroſos ramos capſulae articulationis, inoſculatos cum iſchiadicis exterioribus, aut haemorrhoideis nonnunquam (T. II. *tot. corp. dextr.*) alioque profundo ramo ad radicem trochanteris magni, in ipſa cervice femoris, circumit, edit nutritias minores in foramina, quae ſunt ad radicem capitis femoris, & ante & retro tendinem obturatoris externi incedit, cui etiam ramulos dat, & denique circa femur circulum in ea valle abſolvit, cum ramo circumflexae externae, aut profundae. De his foraminibus unum excitat WINSLOW n. 261. Vid. *corp. hum. poſt. lat. dextr.*

Idem profundus trunculus, ubi advenit ad magnum trochanterem alium ramum, deorſum inter hunc parvumque mittit, qui cum ramo profundae, qui in eadem vallecula advenit, circulum efficit: alia vero ab iſta trochanterica in perforantem primam inter magnum & parvum trochanterem elegans anaſtomoſis eſt, jam dicta.

Alter ramus *inferior* (s T. II.) Circumflexae internae, qui a ſuperiori anterius jam diſceſſit, adparet etiam in latere poſteriori, inferior tamen, ſub quadrato, ſuper tricipitis longi partem ſummam pene transverſam, quam poſſis pro poſtico, quarto tricipite numerare. In corpore, unde icon T. III. ſumta eſt, notatur litera r.

Ejus ramus denuo poſterior (H. Tab. III. & *corp. poſt. ſin.*) it in caput flexorium, ſemitendinoſum, ſemimembranoſum, bicipitem & nervum magnum, in quo ſurſum cum iſchiadicae ramo, deorſum cum ramo profundae inoſculatur, & trunco ſuo, qui quadrato dat, adſcendit etiam ad glutaeum magnum.

Ramus anterior, tectus toto capite flexorio hoc adit, & tricipitem longum & tuber iſchii, & trans idem inoſculatur cum haemorrhoideae ſurculis (T. *corp. poſt. ſin.*). Hic ramus ſolet altero minor eſſe.

5) CIRCUMFLEXA EXTERNA Femoris, notabilis profundae ramus eſt, perpetuus & nomine ſuo dignus, etiamſi internae magnitudine cedat. EUSTACHIUS eam arteriam bene exprimit, ramosque ad vaſtum utrumque, faſciam latam, iliacum & cruralem T. XXV. N. P. ALBINI, neque omiſit ejus ad patellam deſcenſum. Haec eſt *Muſcula cruralis externa*, ut videtur, SPIGELII l. cit. p. 198. Apud D. a MARCHETTIS minus certo eo nomine venit, qui ad muſculos *internos* femoris ire ajat (*Anatomia* p. 177.) niſi hoc vitium preli eſt. Haec eſt *la ſeconde branche* & *la troiſieme* AMATI BOURDON, qui ſatis bene de hac circumflexa egit *deſcript. anat.* p. 377. tum PETRI DIONIS p. 646. Habet ramos in glutaeum medium & faſciam latam. Eſt *ſecond branch, and third branch* I. KEILII p. 345. *Branche externe* WINSLOW n. 259. VERDIER l. c. p. 362. iisdem, ut pene ubique, verbis, tum BARBAUT *angiolog.* p. 423. *Auſſerer gröſſerer Aſt* ESCHENBACH n. 1181. *Der äußere* SCHAARSCHMIDT p. 45. qui omnes WINSLOWO uſi ſunt.

Oritur a profunda eodem loco, quo interna, aut ſuperius aliquanto T. I. II. III. aut inferius demum (*T. ant. ſin.*) etiam ad pollicis diſtantiam, atque imum Iliacum muſculum.

Etiamſi hiſtoria difficultatem habet, ſoleo tamen plerumque ita factam reperire, ut ramum *transverſum*, ſive *circumflexum*, profundiorem, a ramo *anteriori deſcendente*, ſuperficiei propiori, ſeparare poſſim. Prius, quam dividatur, circumflexa Externa ex brevi trunculo unum duosve ramos ſartorio muſculo T. II. *o.* & per eum cuti & recto anteriori mittit T. II. *w.* & iliaco unum alterumve T. II. & vaſto externo T. *ant. dextr.* vel ſoli, vel una cum Recto, his quidem muſculis vel omnibus, vel nonnullis, aut omnibus quidem, ſed paucioribus ex truncis; & alium ramum edit, qui ſub capite femoris circa hoc os circumducitur (T. *ant. ſin.*) ad perioſtea ejus interiora. Alias tamen, ut in T. I. adeo brevis truncus eſt, ut absque emiſſo ramo dividatur, & tunc hi, quos citavi, rami confertim proveniunt. Qui Iliacum adit, is cum eo muſculo ſurſum in perioſtea oſſis ilium, & in capſulam articulationis femoris abit, ibique cum ramis profundis ex Iliaca anteriori natis inoſculatur. Sed is ſurculus etiam ex ramo jam ſeparato ſuperiori oritur.

Ramus *deſcendens* ſimplicior, ſaepe major, continuo grandes ramos dat vaſto interno T. II. *t.* & recto anteriori T. II. *s.* T. prope d. quales rami recto dati, eo perforato, nonnulli in faſciam latam veniunt, inque ea aponeuroſi cum ramis ſuperiobus inoſculantur, & in cutem exeunt. Alium grandem ramum vaſto interno & crurali dat (T. I. *k.* & T. *totius corporis ant.*) in externum etiam vaſtum diſtributum ib. cujus ſurculus ſequens exteriore crurei, & deſcendens cum vaſto externo, ad ipſam patellam venit, inoſculatus cum ramis aliis femoralis arteriae ad vaſtum internum euntibus, & reliquis ſurculis patellae ſe immiſcet T. IV. a conf. cum Tab. *corp. tot. ant.*

Ramus *transverſus* ſive ſuperior, & qui magis proprie *circumflexus* dici poteſt, potius minor, dat continuo ramum iliaco muſculo T. I. *l.* qui modo unice valleculam capiti femoris ſubjectam adit, modo omnino circumit eam vallem, & cum trochanterico ramo circumflexae internae inoſculatur. *p.*

Inde abſconditur truncus ſuperior, recto ſartorioque tectus T. I. & dat iterum nonnunquam iliaco T. I. quem ramum alias ex trunco mitti dixi. Deinde inter rectum internum & Iliacum ramum dat T. I. *i.* qui cum recto ad ejus muſculi origi-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 247 sur 543

e Truncus FEMORALIS ſub his truncis 6)
f f Magni rami Profundae PERFORANTES.

g

originem adſcendit, inter rectum faſciamque latam, inque ſpinam ſuperiorem oſſis ilium, & in faciem ejus oſſis cavam, ſuper eam ſpinam, pervenit, & idem in parte convexa ilium, ſive dorſo, cum iliacis profundis in perioſteo inoſculatur, & in glutaeum medium penetrat, ibi inunitus cum profundis ramis Iliacae poſterioris. Idem dat ad ſupercilium articulationis acetabuli ſurculos, & ibi cum eadem iliaca elegantem anaſtomoſin habet.

Inde circumflexa externa finditur. Prior ramus ſuperficiei propior eſt, *exterior*. Ejus *alter ſurculus* cum faſcia lata ad os ilium retro rectum muſculum adſcendit, & ad capſulam articulationis femoris & ad perioſteum venit. Alius ramoſus adit faſciam latam ejusque muſculum. Ejus ſurculi ſuperiores, & cuti propiores, perforant faſciam latam, & ad cutem veniunt. Inferior ramus perforat expanſionem tendineam anteriorem, natam a ſpina ilium inferiori, quae cum poſteriori tenſorem faſciae latae continet, & venit idem tum per ſuperficiem glutaei medii ad ilium oſſis criſtam usque, inoſculatus ramo medio inter magnum mediumque glutaeum incedenti, tum aliis profundis ramis, tectus glutaeo medio, adit muſculum glutaeum minimum, & partim manet in eo muſculo, & in articulationis acetabuli capſula, anaſtomoſi egregia junctus cum Iliacae poſticae ramo inferiori, ut in deſcriptione ejus dixi, partim in ipſa ſuperficie ilium oſſis poſteriori, tectus glutaeo minimo, ad perioſtea dividitur.

Idem circumflexae externae ramus alio ſurculo conſcendit trochanterem magnum, & in eo cum iliacis circumflexis internis, & cum profundis inoſculatur. Hunc ramum deſcribit cum ſua anaſtomoſi I. B. WINSLOW n. 259.

Alter ramus hujus diviſionis circumflexae ex ſuperiori trunco *interior* tegit ſe vaſto interno, inde per vaſtum externum procedit profundior. Ejus aliquot rami ſunt. Unus adit perioſtea femoris, ad capſulam articulationis, ſuper ortum vaſti externi. Ejus ramus ad vallem inter trochanterem magnum & caput femoris it, ſubit varia foramina vaſculoſa Epiphyſeos, & occurrit ramo contrario circumflexae internae, quae in valle eadem inter trochanterem & caput femoris adſcendit, jam deſcripta p. 13. & dat capſulae articulationis ſurculos. Alias is ramus a profundae ramis iliacis naſcitur.

Truncus interior rami ſuperioris circumflexae externae, his editis ſurculis ad os femoris, circumit ad partes dorſales, & ipſe os ſubit nonnunquam mediocri trunculo, reliquo immergit ſe in exteriorem ſedem trochanteris magni, inter tenſorem faſciae latae, glutaeum medium & vaſtum externum, & his omnibus muſculis ramos dat, & nonnunquam in convexam ſedem oſſis Ilium venit, innexus ibi Iliacis ramis, & in convexam partem ſupercilii acetabuli. Idem ramus proſpicit perioſteis femoris externis, quibus ea in ſede haec imprimis arteria providet.

Is porro trunculus adſcendit in dorſum magni trochanteris, & habet anaſtomoſin ibi cum ramis circumflexae internae jam dictis (*T. tot. corp. poſt. ſin.*) & profundae ramis. Nonnunquam parvus eſt, neque eos ramos omnes producit.

6) Edita profunda deſcendit cruralis arteria inter tendinem vaſti interni, & tricipitem primum. Edit ramos numeroſos incertoque omnino ordine numeroque; pudendas nonnunquam, tum ramulos ad glandulas inguinis & labia pudendi, & ad ſartorium aliquos (T. II. i k. l. *T. ant. tot. corp.*) ad gracilem cutemque femoris (T. I. q. *T. ant. corp. bum. ſin.*) ad tricipitem primum, & inde ad gracilem cutemque *T. ant. ſin.* ad longum tricipitem inque ſartorium (T. I. t.) ad vaſtum internum unum duosve ut T. I. *C. S.* T. II. *ant. corp. bum. ſin.* & ex eo in cutem ſartoriumque.

Senſim autem retrorſum ſe abdit, (WINSLOW n. 262.) dat tamen adhuc prius, quam penitus poſterior fiat, unum nonnunquam longum ramum ſartorio gracilique, in cutem exeuntem; ſed inprimis ramum grandem ad vaſtum internum (T. III. u. T. *ant. corp. hum.*) qui nonnunquam ad tricipitem, quem perforat, nervumque magnum & bicipitem longum ramum dat T. III. vel ad eum vaſtum, ſemimembranoſum, ſartorium, gracilemque, (*T. ant. corp. hum.*) quae propago ex trunco etiam oritur. Ex eo ramo vaſto inpenſo ſurculus exire ſolet, & per ſuperficiem internam ad patellam deſcendere, & cum reliquis patellae ramis rete facere, in patella & tendinis rectorum ſuperficie, & ad latus patellae denique deſcendere & inoſculari, & internis ramis articulatoriis & externis (T. I. & T. I. *corp. tot.*) Eſt, ubi duobus locis vaſtum perforat, duobusque truncis patellam adit. Hujus rami aliqua inſignis propago etiam ad condylum femoris ejusque perioſteum venit, unaque cum ſartorio, & reliquis flexorum tendinibus, quibus etiam ramos mittit, ſatis longe in tibiam deſcendit, cumque ramo tibialis anticae arteriae inoſculatur. (*T. ant. dextr.*). Hunc ramum expreſſit EUSTACHIUS ad T. XXV. Alias plerique ſurculi, quos hic dixi, aliam originem habent.

Inde nonnunquam truncus femoralis edit *nutritiam femoris, majorem*, quae retrograta adſcendit, eademque in bicipitem brevem ejusmodi ramum dat, qualem profundae ramus

 nutri-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 248 sur 543

g Ramus ſuperficialis ad ſartorium, cutem, glandulasque inguinales.

h Ramus ad pectineum & acetabuli oram.

i k l l Rami Circumflexae externae.

i ad vaſtum externum & internum.

k ad vaſtum imprimis externum & rectum,

l l ad iliacum faſcialem, cutem, & perioſteum.

m *Superior pudenda externa* ad cutem labiaque pudendi.

n ejus anaſtomoſis cutanea cum ſequente.

o Rami ad tricipitem anteriorem, & medium, magnumque, & gracilem & ſemimembranoſum.

p *Inferior pudenda externa.*

π Ramus profundae ad tricipitem primum, & ſecundum, gracilemque.

Q Ramus ex trunco ad ſartorium.

R ad vaſtum internum.

S ad eundem.

T ad tricipitem primum, magnum & gracilem.

V ad tricipitem.

X ex vaſto interno erumpens ramus ſuperior patellae. 7)

φ

nutritius ſolet T. III. x. Alias, dum aponeuroſi ea nutritia tegitur, edit ramum, a quo ſurculus adſcendens, junctus cum ramo profundae, fit nutritia inferior.

7) Et nunc truncus femoralis infra tricipitem magnum, & retro fibras tendineas ad vaſtum internum a tricipite magno deſcendentes, ſe abſcondit, ſenſimque in poplitem extrorſum eundo venit. Vide EUSTACHIUM T. XXV. ad I. ALBINI. In poplite vero inter chordas duas flexorum tibiae nuda, ſolo adipe tegitur. Nomen ibi induitur *Popliteae.*

In eo ſitu ramus in bicipitem longum deſcendit, qui nervo etiam ſurculum dat, & ramo recta adſcendente cum ramo profundae inoſculatur, uti diximus.

Inde cutaneus internus alius ad ſartorium, gracilem, tricipitem longum, vaſti interni ſuperficiem, cutemque internam tibiae ſatis longe deſcendit T. l. y. z.) qui infra caput tibiae cum ramo ſub popliteo emergente tibialis poſticae coit.

Alter ejus cutanei ramus dat huic vaſto interno ſurculum, qui in cutem exit, alius autem in perioſtea femoris interni ſuper condylum it, ubi circulum facit cum externa ſodali bicipitis; alius denique duobus truncis inoſculatur cum circumflexae externae longo ramo in patellam eunte. T. *corp. ant. fin.* Cum articulari interna ſuperiori communicat. Trunculus denique profundior ſubit caveam articulationis genu, adit faciem poſteriorem patellae, & glandulam HAVERSII & nonnunquam cartilaginem ſemilunarem internam. In ipſa cavea articulationis communicat cum articulari inferiori interna. Hic ramus reſpondet proxime dicto, ad vaſtum internum

* *Articularis ſuperior genu.*
Y Ramus ad ſartorium & tendines flexorum.
Z alius inferior ramus patellae & epiphyſeos femoris.
a Articularis inferior tibiae.

ternum eunti, & pro ejus nonnunquam ramis aliquos edit, ejusque locum tenet, aut viciſſim ab eo ſuppletur. Vidi duos ramos fuiſſe, quorum ſuperior & per vaſtum internum in patellam venit, & alio ramo profundo in perioſteum femoris. Inferior vero, facta cum priori anaſtomoſi, venit ad tibiae partem ſuperiorem, & epiphyſin, & faciem anteriorem nudam femoris, & ligamentum extenſorium. Idem in ipſo tibiae perioſteo & cum ramo ſodali ſartorii, & cum aliis tibialis poſticae ramis, erepentibus ad inferiora poplitei, & ſub eo inoſculatus fuit *Tab. corp. ant. dextr.*

In ramis caeterum, quos hoc in itinere per poplitem truncus femoralis edit, & qui numeroſi eſſe ſolent, nihil valde conſtans eſt. Edit ergo ſub prioribus ramum retrogradum, qui angulum acutum cum trunco facit, quoties nihil in vaſis eorumque vinculis manus anatomici mutavit. Is profunde inter bicipitem brevem, & vaſtum internum, quibus ramos dat, & externum denique, alias vero externum ſolum, ad anteriora femoris venit, in quibus rete facit. *T. poſterior tot. corp. dextr.* Vidi hunc ramum etiam dediſſe tricipiti longo, & ſemimembranoſo. An *premiere branche* BOURDON p. 577?

Alium dedit bicipiti adipique vicino, aut longo & brevi bicipiti, aut vaſto externo cutique.

Inde ramus acuto angulo natus, retrogradus, & pene directioni trunci contrarius, ad vaſtum internum venit, & condylum femoris perioſteumque, ſupra eum condylum, anaſtomoſin habens cum ramo ſodali ſartorii, cujus loco ſaepe eſt, ut comes ſartorii in iis corporibus nihil patellae det, & vaſti ramus, quem nunc dico, pro eo ſit. Eſt, ubi uterque adeſt, & ſartorii comes eos ramos habet, quos dixi, & iſte ſuperior ramus in patellam venit, & cum ſodali ſartorii inoſculatur.

His caeterum aliisque exemplis, in artu inprimis inferiori non infrequentibus, conficitur, omnino ramos dari, qui angulum cum trunco ſuo acutum intercipiant.

Aliquot etiam rami ſemimembranoſum adeunt, quorum unus ex fibris ejus muſculi exit, atque faſciam latam adit, inque ea cum profundae ramo longe communicat T. II. o. Alii bicipitem brevem & perioſteum ſubeunt, alii nervum magnum, alii ſartorium, ſemimembranoſum cutemque, & ad ſemitendinoſum nervumque magnum & cruralem, aut tricipitem, ſemimembranoſum, vaſtumque internum. Qui ſequuntur, eos inferius citabo. Conjunctim autem eas arterias diſpoſui, quae plurimae inter tricipitem magnum & ſuperficialem arteriam tibiae naſcuntur, & quarum imae aliquae articulationis genu arteriis inferiores ſunt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 250 sur 543

TAB. II.

Ad vasa obturatoria & circumflexa interna. Resecti sunt tricipites, primus & alter, & pectineus, & obturator internus, nudata membrana utrique obturatori interjecta.

OSSA.

A Spina anterior superior Ilium.
B Caput femoris.
C Ramus ossis pubis descendens.
D Os ischii sub magno foramine.
E Acetabulum femoris.

MUSCULI.

A Fascialis
BB Sartorius
CC Rectus
D Vastus internus.
E Crureus
F Iliaco Psoas
G Pectineus
H Triceps primus
I reliquiae Tricipitis magni
K Obturator internus
L Tricipitis magni origo inferior
M Finis Tricipitis primi
N Semimembranosus.
O Semitendinosus.
P Biceps.
Q Pectinei reliquiae.
R Obturatoris externi reliquiae.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 251 sur 543

VASA.

a Femoralis arteria.
b inde natus ramus cutaneus ſummi femoris.
c Epigaſtrica
d Ramus ad Iliacum
e anaſtomoſis cum ″ & ⊙
f ramus ad Sartorium & glandulas inguinales
g Ramus ſuperficialis alius
h diviſio arteriae femoralis
i Truncus cruralis
k Ramus ad cutem & Sartorium
l ad Sartorium
m ad vaſtum internum
n n *Circumflexa Externa*
o o ad rectum & Sartorium ramus
p ad Cutem
q Ramus magnus ad Rectum
r ad Vaſtum internum
s Truncus anterior ad Sartorium, cutem, Vaſtumque
t ad vaſtum internum
u ſuperficialis
x profunda
y ramus ad Pſoam & acetabulum, arcum efficiens cum △
z *Circumflexa interna*
α ramus reſectus ſuperficialis
β Ramus in articulationem & glandulam Haverſii
γ Circumflexus ramus ſuperior
δ Arcus circumflexae cum obturatoria
ε Ramus ad tricipitem magnum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 252 sur 543

ζ Surculus ad eumdem.
η *Profunda femoris.*
θ Ramus ſuperficialis.
ι ad tricipitem magnum.
κ *Perforans* prima.
λ *Superficialis* ad tricipitem primum.
μ ad ſemimembranoſum, ſemitendinoſum, bicipitem longum.
ν Truncus ſe abſcondens.
ο Obturatoria.
π Ramus internus.
ρ Ramus in capſulam articulationis acetabuli, & ad acetabuli ſupercilium.
σ ad capſulam articulationis.
τ ad obturatorem internum, & in pelvim.
υ Arcus cum Externo ramo.
χ Ramus *Circumflexus* obturatoriae.
φ Secundus arcus cum interna.
ψ Ramus arcum faciens & ad tricipitem euns.
ω Truncus internus.
Δ Ramus ſuperficialis.
Θ Anaſtomoſis cum η
Λ Ramus ad pectineum.
Ξ ad ortum tricipitis & gracilem.
Π ad eumdem tricipitem & oſſa.
Σ ad internum obturatorem.

TAB.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 253 sur 543

TAB. III.

Femoris pars posterior, cum parte ossis Ilium, & pubis. Ab Ilium osse Glutaei duo remoti sunt, major, & medius. In femore sola cutis cum adipe.

OSSA.

A Pars ossis sacri
B Ligamentum tuberoso sacrum
C Coccyx
D Anus
E Pars dorsi ilium
F Tuber ischii
G Trochanter major.
H Pars ossis femoris nuda in poplite
I Pars aliqua nuda prope foramen nutritium
K Condylus externus.
L Condylus internus.

MUSCULI.

A Obiter expressus Levator ani
B Glutaeus minimus
C Pyramidalis
D Gemelli & obturator internus
E Nervus magnus ischiadicus
F Quadratus
G Triceps posterior ejusque carnes summae
H Aliae carnes inferiores.
II Triceps magnus
K Vastus externus
L Bicipitis caput longum
M Breve

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 254 sur 543

N Semimembranoſus
O Semitendinoſus remotus
P Gaſtrocnemius obiter deſignatus
Q Pars Vaſti interni.

V A S A.

a *Haemorrhoidea*
b rami ad penem euntes
c rami ad glutaeum magnum nervumque
d ramus profundus
e *Iliaca poſtica*
f rami ad os ſacrum coccygemque
g ramus ſuperior circumflexorum in oſſis ilium facie poſtica
h ramus inferior
i Profundus ramus
k Circumflexae internae ramus
l anaſtomoſis cum d.
m n Ramus *Perforantis primae* ex profunda natae anaſtomoſin habens cum *l*, qui idem trochanteri ramos dat, & tricipiti poſtico, femoris oſſi, vaſto externo &c.
m Ramus adſcendens profundae cum circumflexa conjunctus
n ramus deſcendens
o anaſtomoſis in faſcia lata
p alius ramus profundae ad vaſtum externum euns *Perforans ſecunda.*
q Alius ſecundae perforantis Ramus
r Alius ejus ramus ad ſemitendinoſum, tricipitem, ſemimembranoſum

s ra-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 255 sur 543

s ramus ad tricipitem nervumque magnum

t finis rami y in bicipitem, ſemimembranoſum, tricipitemque

u Ramus profundus popliteae in bicipitem parvum euns

w *Nutritia femoris*

x ramus ejus in bicipitem euns.

X truncus *popliteus*

y ramus ad ſemimembranoſum & faſciam latam, 8)

zzzz Rami varii ad vaſtum internum & articulationem genu 9) obiter expreſſi, melius in tabula corporis totius utrinque definiti

Ra-

8) Sub prioribus ramis articulares genu ſuperiores nunc naſcuntur, ſeu uno trunco, qui etiam mediam non raro educit, ſeu duobus, ſeu tribus. Hi rami ſolent retrorſum adſcendere, contra truncum ſuum, ut *T. corp. hum. tot. poſt.* etſi alias magis transverſi incedunt, ut *T. corp. hum. tot. poſt.* T. II. Horum autem ramorum, qui *articularis interna ſuperior* eſt, dat ſaepe continuo mediam azygam, demerſam inter fibras ligamentoſae capſulae, quae alias ſeorſum prodit. Inde aliis ramis ludit in perioſteo poſteriori femoris ſuper condylos T. *poſt. corp. dextr.* Truncus vero ejus, circa condylum internum profunde circumflectitur, tectus vaſto interno, cui etiam ramum dat, mittit ramos perioſteo laterali & anteriori imi femoris & capſulae, & condylo interno articulationis lateraliter (T. IV. d. d.) & aponeuroſibus impoſitis, & tendinibus flexoriis: Emergit inter vaſtum internum & tricipitem III. 2. T. 1. T. *ant. corp. ſin.* ad interiora (T. *corp. tot. ant. ſin.*) & ſecundum ligamentum laterale internum ramum deſcendentem edit, inosculatum recta linea ſequenti articulari internae inferiori (T. *corp. tot. ſin.*) unde rami eunt ad capſulam patellamque, in iſta reticulatim diviſi (T. IV. T. I.) Non valde frequenter, ſed dat tamen etiam, ramum profundum, tectum magno ligamento extenſorio. Alium etiam ramum vidi dediſſe continuo in parte poſteriori natum, ab azyga diverſum, ad intervallum condylorum femoris & condylum internum, & ipſum tibiae caput euntem. Eſt, ubi hanc articularem internam arteriam totam defuiſſe vidi, & locum ejus tenuiſſe arteriam, quae cum vaſto interno deſcendit *T. ant. corp. dextr.* Eſt, ubi parva fuit, & perioſteo, ſartorio, ſemimembranoſo, ſemitendinoſo, cuti internae tibiae, & condylo interno femoris unice ramos dedit, & eo modo ſe non raro habet. Eſt, ubi duae ſunt, & utraque per vaſtum internum circumflexa advenit, & ſuperior quidem cum circumflexa externa ſuper epiphyſes femoris circulum abſolvit, & perioſteo dat atque perichondrio, inferior autem uno iterum ramo perioſtea imi condyli, altero patellam adit. Alia nonnunquam arteria *articularis interna*, ſub priori nata, circumlegit cartilaginem ſemilunarem, cui proſpicit, & in capſula articulationis cum vulgatiori rete facit: & *tertia* denique parva arteria ad capſulam articulationis, & cartilaginem ſemilunarem internam poſteriorem, & ligamentum decuſſatum poſterius it, etiam aliis vaſis ejus articulationis innexa.

9) E regione hujus arteriae, aut proxima certe, altera oppoſita *articularis externa ſuperior* prodit, & ipſa ſaepe retrograda, quae perinde perioſteo poſteriori femoris in condylo externo & ſupra condylum (*T. poſt. tot. corp. ſin. & dextr.*) & capſulae articulationis, & bicipiti nonnunquam utrique (*ib. ſin.*) & gaſtrocnemio externo ramos mittit. Profundior autem trunculus dat vaſto externo, eoque tectus ad perioſteum imi femoris venit (ib. *dextr.* & T. IV. b) & perichondrio cartilaginis condyli, & laterali ligamento externo proſpicit. Ejusdem alius, ſaepe duplex, ramus ad ſuprema patellae venit (*T. corp. ant. ſin.*) dat imo vaſto ramos, habet in eo anaſtomoſin cum ejus ſurculo comite a femorali aut Profunda nato (T. IV. ib.) atque partim trans recti vaſtorumque tendinem (ib.) recta coit cum ramo vaſtum internum perforante, ſive a profundae ramo (ib.) ſive a femorali & circumflexa externa miſtus, ſive unice a femorali ſit. Is ramus partim ſurſum in tendinem extenſorium reticulatos ramos mittit, partim deorſum in patellam numeroſos ramulos, & in articulationis capſulam. Vide T. *corp. tot. ant. ſin.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 256 sur 543

α Ramus ad vaſtum internum
β *articularis Externa inferior*
γ rami ad gaſtrocnemium externum
δ ad internum.

In patella cum Interna ſuperiori & inferiori articuli arteria retia habet, ſecundum autem longitudinem ligamenti externi cum inferiori articulari externa inosculatur. Alius ramus tegitur capſula articulationis, retro patellam, deſcendit ad ejus faciem poſteriorem, & in glandulam HAVERSII, inque cartilagineam cruſtam patellae, ramulos mittit.

Articularis media genu, quam ſaepe azygam dixi, modo ſolitaria (ut in T. *corp. hum. poſt.*) naſcitur, modo cum interna conjuncta, modo cum externa articulari ſuperiori, modo cum utraque ſuperiori unico trunco. Dat perioſteo partis glabrae femoris ſupra condylos ramum circumlegentem femoris, epiphyſin, & ſurſum in perioſteum poſticum femoris & in tricipitis longi inſertionem euntem. Demergit ſe (T. *poſt. corp. hum.*) per intervallum fibrarum capſulam articulationis efficientium, inter condylos femoris, & edit ramum *exteriorem*. Is per ipſam capſulam exterius ſatis late diſtribuitur, & adit idem profundiori ſurculo ligamentum decuſſatum utrumque, & utrumque cornu cartilaginis ſemilunaris externae, & cum ramis profundis caveam articulationis ſubeuntibus, tum tibialis anticae, tum circumflexae externae inferioris anaſtomoſes habet, aliamque in ligamento poſteriori cum ramo continuo dicendo interioris trunculi. *Interior* nempe *ramus*, ſive truncus hujus articularis mediae, ligamentum decuſſatum poſterius nonnunquam, certius intervallum condylorum, & foramina epiphyſeos femoris & ejus textum celluloſum, & adipem ibi poſitum adit, & cum exteriori ramo proprii trunci communicat, ut continuo diximus. Alio ramo ad utrumque ligamentum decuſſatum venit. Alias aliter vidi dividi. Ramus *ſuperior* ibat ad condylum internum femoris, partem poſteriorem poſtici ligamenti, & intervallum condylorum, & eorum cartilagineas cruſtas, quibus ramos exhibebat. Alter *inferior* ramus ad ligamentum anterius, cartilaginem ſemilunarem externam poſterius, & tibiae cartilagineam cruſtam, & intervallum condylorum femoris veniebat. Vaſcula autem intra articulationis capſulam orta vidi late adiiſſe cartilagines immobiles, vitaſſe vero eam partem, ad quam patella confricatur. Caeterum haec azyga arteria a WINSLOWO non eſt praeterviſa, cui eſt *un rameau qui paſſe au travers des ligamens croiſés* n. 263. *Gelenck Pulsader des Knies* ESCHENBACH l. c. n. 1185. Nunquam deeſt.

Proximus articulatoriis ſuperioribus ſolet prodire ramus ad externum Gaſtrocnemium, qui trunco ſuo per celluloſitatem ſubcutaneam externam tibiae longe deſcendit T. Ill. g. *T. corp. poſt. dextr.* Tum ramus grandis, qui inter duos Gaſtrocnemios deſcendit, & ipſis ramos exhibet. Ejus ſurculus eſt, qui per ſuperficiem muſculorum ſurae ad tendinem Achillis usque migrat *T. corp. poſt. ſin.* & cum uno ramorum externorum tibialis poſticae arteriae anaſtomoſin habet *T. ant. ſin.* Ipſe trunculus dat quidem ſoleari, ſed in gaſtrocnemio interno longe lateque diviſus manet. Ramos datos gaſtrocnemiis memorat WINSLOWUS n. 264. & popliteo.

Proximi & ſuper arterias articulares inferiores ſequuntur, quos dicam: Ramus, a quo plantaris ſurculum habet, & qui circa originem gaſtrocnemii externi, cui & ſoleari ramum dat, perioſtea condyli femoris externi adit, & in ipſam capſulam articulationis genu in latere externo venit, & ad caput antici tibialis muſculi, qui ipſe ramus profundum ramum ad intervallum condylorum femoris poſterius edit, & cum infimis femoris ramis anticis, tectis bicipite, habet anaſtomoſes. Alii rami eunt ad nervum magnum & ſemimembranoſi tendinem, & gaſtrocnemium internum. Alii ad perioſteum condyli interni femoris. Alius adhuc ramus venit ad gaſtrocnemium externum orientem, & condylum externum femoris cutemque, & nervum cruralem anteriorem, quem longe ſequitur cutaneus. Inde alius ad ſolearem ſecundum fibulam deſcendens, in popliteum it, inosculatus cum alio inferiorum, qui ex tibiali poſtica in ſolearem eunt.

Facile autem adparet, neque hos ramos aliquid conſtans habere, & truncis variare, etſi primarii tamen rami ſemper adſunt, unice aliter aliterque nati.

TAB.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 257 sur 543

TAB. IV.

Tibiae pars anterior, pedisque pars superior.

OSSA.

A Patella
B Condylus internus femoris
C Externus
D Caput tibiae
E Ligamentum patellae
F Pars tibiae inferior
G Epiphyſis ejus
H Malleolus externus
I Talus
K Os naviculare
L Metatarſus pollicis
M Os primum pollicis
N ſecundum
O Cuboides os
P Metatarſi ſecundum os
Q tertium
R quartum
S quintum

MUSCULI.

A Vaſtus Externus
B Rectus anterior
C Vaſtus internus
D Biceps
E Gaſtrocnemius internus & ſolearis
F Tibialis anticus
G Ejus inſertio
H Extenſor pollicis

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 258 sur 543

II Ligamentum interoſſeum
K Extenſor digitorum longus
L ejus tendines
MM Reliqui tendines extenſorii
N Nonus pedem moventium VESALII
O ejus inſertio
P Peroneus brevis
Q Peroneus longus
R Extenſor brevis digitorum pedis
S tendo extenſoris brevis ad pollicem euns
TVX Ejusdem tendines ad digitos 2. 3. quartumque
Y Interoſſeus ſuperior primus
Z Alter
ꝛ Tertius

VASA.

a arteria ſuperior patellae
b *articularis ſuperior externa*
c *articularis externa inferior* 10)

dd *ar-*

10) *Articularis inferior Externa genu* in ipſo medio popliteo muſculo oritur (*Tab. corp. poſt. dextr.*) & deſcendit cum ejus ora inferiore contra genu. Tegitur in origine ſua plantari, & gaſtrocnemio externo muſculo, quibus ramum dare viſa eſt, ramum mittit ſoleo & cuti longe diviſum, & fibulae initio, & popliteo ramum, tum ſoleari ramum, aliumque in perioſteo fibulae inosculatum arteriae a Peronea natae (ibid.). Tegitur ligamento Externo laterali femoris. Emittit ramum ſuperficialem ad cutem & tibialis antici aponeuroſin; repit ipſa per capſulam articulationis (T. *corp. poſt. dextr.* & T. IV. c. γ) inter femur & fibulae caput, & multos cartilagini ſemilunari externae ramos dat, quam omnino ſequitur, & perioſteo anteriori ſummae tibiae. Accedit ad imam patellam & dividitur (T. IV. γ). Ramus *profundus* ſubit articulationis caveam, & retro patellam, ſurculis datis ad eam, & ad tendinem extenſorium tibiae, communicat cum interna arteria inferiori, triplici omnino anaſtomoſi. Dat etiam ramum fini anteriori ligamenti decuſſati anterioris, & communicat cum azyga arteriola. Vidi in condylum femoris externum veniſſe inosculatos ramos cum ſuperioribus articularibus externis. *Ramus ſuperficialis* ſurſum ſecundum patellae marginem externum emittit inſignem ramum, inosculatum externae articulari ſuperiori (*Tab. dextr. corp. ant.*) qui ramus oram patellae legit, & ipſi ramos exhibet, varie cum omnibus aliis trunculis patellae inosculatos; alios in condylo femoris, unitos arteriis perioſtei femoris externis infimis; & alios trans tendinem extenſorem edit, immiſtos ramis ab interna arteria inferiori venientibus. In ipſa vero patella trunco ſuo reticulata cum ea tibiali, & cum articulari interna ſuperiori, & cum comite vaſti externi arteria retia facit, per patellae ſuperficiem. *Tab. ant. corp. dextr.*

11) Inde ſequitur *articularis interna inferior* genu. Arteria nempe poplitea nunc muſculis gaſtrocnemiis tegitur, quibus nonnunquam ramos dat, ſulta popliteo (Conf. *pedem utrumque tabulae corp. tot. poſt.*) cujus oram ſuperiorem ſequitur. Ea arteria, pariter ſaepe retrograda (l. c.) tecta interno gaſtrocnemio, dat continuo ligamento decuſſato poſteriori, & capſulae articulationis, dat ramum popliteo (in *tab. corp. poſt.*) tegi-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 259 sur 543

d d *articulis ſuperior interna*
e *inferior* 11)

f Ea-

tegitur ligamento interno genu, emergit inter tendines flexorios tibiae, & inter tricipitem & vaſtum internum, & ad ligamentum patellae inoſculatur ramo tibialis anticae, & mittit ramum unum alterumve ſurſum, inoſculatum ſuperiori internae articulari, ad latus tendinis extenſorii internum (*Tab. corp. tot. dextr.*). Dat etiam perioſteo condyli tibiae interni, cutique & tibiae perioſteo, & tendini rectorum (ib. *utrinque* & T. I. prope F.) & trans eum tendinem cum ramis a tibiali anteriori (T. IV. e. f. g.), natis anaſtomoſin habet (*ib.*) deorſum vero cum ramo femoralis trunci ſartorii comite (a quo ſurculus in tibia cum ortu poplitei deſcendit) & cum ramis a tibiali poſtica in nuda facie tibiae. Adſcendit ad caput tibiae, ramos ei numeroſos exhibet, & cartilagini ſemilunari internae, quam totam ſequitur, inque extremo fine anterioris cum azygae ramo anaſtomoſin habet.

Truncus porro hujus arteriae profundior articulationis genu caveam ſub patella ſubit (T. IV. γ.) inoſculatus cum ramo proprio, & circulum efficit, transverſum, duplicem, retro patellam cum articulari inferiori externa, unum cum tendine extenſorio tibiae, alterum retro imam patellae oram, in glandula Haverſii, & eam glandulam retro patellam poſitam, & adipem vicinum, & patellae cartilagines adit.

Rami ſuperficiales veniunt in patellam, & habent anaſtomoſes cum ſuperioribus internis articulatoriis, & cum externis, tam ſuperioribus, quam inferioribus (T. IV. c. c.) & demum cum ramis a tibiali anteriori venientibus. Non oportet omiſiſſe, hunc ramum modo longe ſuperius advenire ſuper condylum Tibiae (ut *T. IV. T. ant. corp. dextr.*) modo inſigniter inferius inter tendines flexores tibiae (*T. corp. tot. dextr.*) & ramum ejus cum ramo ſuperioris articularis conjunctum non raro efficere transverſum eum truncum, qui ſub patella incedit (c. γ. T. IV.) tendini recti, capſulae articulationis, & ipſis partibus ejus internis proſpecturum.

Quare, cum arteriae articulares ſuperiores, ſuper articulationem genu ortae, ad utrumque latus patellae plerumque magnis ramis deſcendant, ſeque immittant in inferiores arterias, in tibia ſub poplite natas, adparet utique, arteriam popliteam fere eadem cum ſpe inter duos condylos ligari poſſe, aut exſcindi, ſi aneurysma id requiſiverit, & aeque bonam ſpem poſt eam reſectionem de tibia pedeque ſupereſſe, ac quidem de brachio optima eſt, quando arteria brachialis in flexu cubiti ligatur, & in anaſtomoſibus illis fiducia chirurgi ponitur, quas alias dicemus, & quarum praecipuae ſunt inter arteriam profundam humeri atque arteriam perforantem tendineum interſeptum brachialium muſculorum, & inter arteriam ulnarem atque radialem & interoſſeam dorſalem. Speravit has anaſtomoſes communicantes VIR Ill. L. HEISTERUS *de genuum morbis* n. 77. WINSLOWUS, ut ſuo loco expoſui, non ignoravit, ramos deſcendentes arteriae cruralis atque utriusque tibialis ſibi inoſculari. Ex eo auctore eam ſpem repetiit CL. GUENAULT in diſp. Pariſiis a. 1742. propoſita in hunc ſenſum. *Non ergo in vulnere arteriae cruralis continuo ab amputatione auſpicandum.*

Duas caeterum articulares IACOBUS SYLVIUS dixit *Iſag. anat.* L. II. p. 40. duas VESALIUS *de fabr. corp. hum.* p. 493. duas AMATUS BOURDON, quae manifeſtius ſunt circumflexae ſuperiores. Hae ſunt *two popliteae* KEIL p. 345. dictae H. A. NICOLAI *de direct. vaſor.* n. 18. qui alterius ad patellam iter difertius exprimit. Duas etiam habet WINSLOWUS n. 263. qui & ipſe ſuperiores intelligit. Eae ſunt *deux rameaux* VERDIER p. 363. BARBAUT p. 424. Inferiores vero articulares IDEM WINSLOWUS fuſius paulo recenſet *le premier ou interne* & *le ſecond ou l'externe* n. 265, 266. neque anaſtomoſes negligit, quas cum ſuperioribus habent. Omnes conjunctim vocat *pluſieurs petits rameaux* TARIN p. 69. cum peroneis autem & tibialibus inoſculari obſervat. Quatuor arterias patellae breviter nominavit T. SCHWENKE *Haematol.* p. 96. a vero non remotus. In eas arterias promiſit ſe inquiſiturum G. A. LANGGUTH *de fractur. patell.* n. 7. RUYSCHIUS denique imi femoris perioſteum vaſculoſum & patellae arterias ſplendide pinxit, truncis ut ſolet neglectis *Adverſar. anat.* l. T. I. fig. I.

Inter fibulam nunc porro & popliteum muſculum infimum oritur arteria *tibialis antica*, de qua continuo dicetur T. *poſt. corp. dextr.* etſi eam inferius prodiiſſe viderim, & ex trunco non integrae popliteae, ſed peroneae, a qua tibialis poſtica receſſerat (T. V. x.)

Inde paucis, lineis interpoſitis, in ſummo tibiali poſtico dat poplitea ramum majusculum ſoleari perioſteoque tibiae, alterumque ad ſoleum atque adipem vicinum, inoſculatum ramis articularis internae inferioris. Iſte ramus edit nonnunquam *nutritiam tibiae*, in ejus faciem poſteriorem externam eundem, quam etiam Popliteae WINSLOWUS tribuit n. 267.

Alias absque magnis ramis ad ſolearem ſola venit, ſupra ortum Peroneae, & adeo multos ramos habet, ut praeter jam dictos etiam tibiali poſtico ramum, & denuo ramum inter eum & flexorem communem digitorum edat. Alias

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 260 sur 543

f Earum rami ad tibiae caput
g g h rami Tibialis anterioris arteriae ad articulationem & ligamenta genu.
i i *Tibialis anterior* arteria. 12)

infra popliteum, ſtatim prius quam tibialis antica naſcitur, prodit adhuc ramus profundus in muſculum popliteum, & perioſteum poſticum tibiae, ſub ejus capite & ad imum caput.

His ramis datis finditur truncus Popliteus, ſeceditque a tibiali poſteriori peronea, utplurimum quidem, nam defuiſſe peroneam aliquando vidi, & alias, ut modo citavi, ſuperius naſci, ut pro trunco cum tibiali antica communi foret. Ita in uno latere COWPERUS Peroneam ſupra originem tibialis anterioris ortam pinxit, in altero vero latere ejusdem corporis ſub ea origine natam n. 72. l. c. Sed vulgatior eſt, quam hic deſcripſi fabrica, ut primo Tibialis antica ſecedat, inde per pollicem, aut paulo minus pollice, unus truncus communis ſit, tunc ſub imo popliteo muſculo demum peronea arteria a tibiali poſtica ſecedat.

12) *Tibialis antica* aequalis poſteriori *T. corp. tot. poſt. dextr.* aut paulo minor, aut denique major, & digna trunci nomine, ad pollicis a capite fibulae diſtantiam infra id caput naſci ſolet. *Tertia* eſt *in anteriori Tibiae* parte GALENI *de diſſect. arteriar. & Venar.* c. VIII. Bene nota fuit EUSTACHIO, qui originem expreſſit T. XXIV. ad N. ALBINI, progreſſum totum cum arteria Tarſea T. XXV. utrimque, & melius adhuc T. XXVI & XXVII. f. XV. cum ramis digitalibus bifurcatis. Anaſtomoſis in ſummo tarſo cum Peronea facta ibidem pingitur, quae omnia fere absque explicatione ILL. ALBINUS dimiſit. VESALIUS breviter arteriam iſtam deſcribit, & in pede pulſare adnotat p. 493. Haec eſt *Tibialis exterior* C. BAUHINI & ſimili fere nomine apud RIOLANUM venit *anthropogr.* p. 347. Eſt *Soboles a latere externo* SPIGELIO p. 199. Eſt *Tertia ad anteriora tendens* D. MARCHETTIS p. 177. *La premiere branche* AM. BOURDON p. 378. Pars *altera, quae perforata membrana*, &c. VERHEYENI L. I. p. 278. T. XXVII. f. e. k. qui etiam anaſtomoſin cum plantari pinxit. *Crurale anterieure* DIONIS p. 647. I. LEONCENA icon ipſi tibiali multorum digitorum arterias tribuit n. 43. Figura COWPERI melior in multis eſt, & habet tum arcum plantarem magnum, tum Tarſeam arteriam, ejusque anaſtamoſin cum plantari externa. *The firſt branch* KEILII *anatom. of hum. body* p. 346. *Dritte ramus des cruralis* WREDE T. 38. KULMI p. 84. *Muſcularis* I. IAC. GRAMBS *Angiologie* T. V. quae iterum eadem eſt deſcriptio. *Tibialis anterior* HENR. ALB. NICOLAI n. 18. *Tibiale anterieure* WINSLOW n. 269. VERDIER p. 363. BARBAUT p. 424. *Vordere Schienenpulsader* ESCHENBACH n. 1186. SCHAARSCHMIDT

k ramp. 47. ex WINSLOWO omnes. *Tibiale anterieure* IOSEPHI LIEUTAUD p. 499. *Une de ces branches* TARIN p. 69.

Ut naſcatur, dictum eſt. Primus ramus poſterius adparens adit origines tibialis poſtici, & flexoris longi digitorum, quem vidi *nutritiam tibiae* dediſſe, etſi tamen id rarius eſt, & eum ramum tibialis poſtica fere ſemper edit. Vidi hunc eumdem ramum perforaſſe popliteum muſculum, eique ramum reliquiſſe.

Sequitur ramus adſcendens, tectus popliteo ad latus poſterius externum tibiae, & ad ejus articulationis capſulam, atque cartilagineam cruſtam in qua ſede rete habet cum articulari interna inferiori, tum ad fibulae caput, ad articulationem, & ad ſolei originem, ubi communicat cum articulari inferiori externa, & cum primis ramis anterioribus. Dat etiam ortui tibialis poſtici, quem ramum alias truncus popliteus edit, ſuper cruralem anticam *T. poſt. dextr.* Videtur hunc ramum velle WINSLOWUS n. 269.

Truncus tibialis anterioris perforat ſummum ligamentum interoſſeum, inter fibulam & Tibialis poſtici primas carnes (T. V. x). Adparet in ſumma parte anteriori ligamenti interoſſei, tecta tibiali antico, & extenſore digitorum communi, vicina fibulae. Quare in periculoſo illo vulnere, quo arteria iſta in interoſſeo ligamento laeditur, & in quo alioquin unica in amputatione ſpes eſt, inciſiones, quibus ad arteriam ligandam pervenitur, inter oram internam fibulae, interque muſculum tibialem anticum, fieri poſſent. Quo inferius autem arteria ea laeditur, eo magis etiam a fibula inciſionem oporteret removere. Edit ſtatim ramum aliquoties citatum, qui verſus genu adſcendit, dat ramos perioſteo ſummae tibiae, & interioris, & exterioris, retia ibi facturos, & fibulae & hujus articulationi cum tibia, & hujus adpendici, & cum ipſa arteria articulari inferiori interna, & cum externa, anaſtomoſes habet, tum in tendine extenſorio, tum in perioſteo Tibiae, tum in cavitate articulationis & ligamento anteriori decuſſato (T. IV. *g. b. T. corp. tot. ant. dextr.*) quas omnes diximus. Rami ejus adſcendentes perforant tibialem anticum muſculum, cui etiam & extenſori longo ſurculos exhibent. Ab eodem ramo ſtatim, ubi natus eſt, ſurculus abit, abſconſus inter extenſorem longum digitorum pedis & longum peroneum, qui circa caput fibulae cum poſtico ſurculo modo dicto communicat, per fibulam deſcendit, dat utrique horum muſculorum, venit in brevem usque pero-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 261 sur 543

k rami ad tibialem anticum muſculum 13)

l l anaſtomoſis ejus in tibia cum ramis poſticae tibialis.

m m rami ad extenſorem longum digitorum 14)

n n rami ad extenſorem pollicis

o o profundiores rami, qui extenſorem pollicis perforant.

p p rami ad extenſorem digitorum longum

q ad epiphyſin tibiae 15)

r ad exteriora imae tibiae

s ramus magnus in imam tibiam interior 16)

t ſur-

peroneum & in eo manet, magna anaſtomoſi facta cum ramo peroneae arteriae. Alias iſte ſurculus peculiaris trunculus eſt, & ab arteria tibiali antica ipſa natus.

Inde truncus tibialis anterior ita deſcendit, per intervallum muſculi tibialis antici & extenſoris primo digitorum, deinde pollicis (T. IV. & *corp. tot. ant. dextr.*) ut una ſenſim interior fiat & anterior, atque a fibula, ſecundum quam advenit, & a ligamento interoſſeo, verſus tibiam, & hallucem accedat T. V. & *Tab. corp. ant. dextr.* unaque anterior fiat. Sodalem autem venam & nervum habet, & ligamento interoſſeo fulcitur. Ramos ea tota ſede, ad conjunctionem usque fibulae cum tibia inferiorem, numeroſos potius, quam magnos, aut notatu dignos edit, quorum aliqui per tibialem anticum & reliquos tres muſculos anteriores tibiae, tectique iis muſculis perioſtea adeunt. Ecce ut in exemplo fuit.

13) Dat ergo tibialis antica ramum cognomini muſculo, cujus profundi ſurculi, ejus carne tecti, ad perioſteum lateris externi tibiae veniunt. Tales ramos in T. IV. ad eum muſculum euntes litera *k k.* ad perioſtea migrant, litera *l* inſignivi, & in *Tab. ant. corp. tot.* etiam expreſſi. Hi ſurculi cum ramulis primo articularis inferioris internae, deinde cum ſurculis tibialis poſticae arteriae numeroſa retia in perioſteis tibiae efficiunt (*T. corp. tot. ant. fin.* WINSLOW n. 270). Numeravi ſex & plures ejus generis ramos, & in T. IV. ſex etiam expreſſi.

Alius ramus in extenſorem longum digitorum & pollicis it, qui alio ſurculo illum & peroneum brevem adit, nervi comes, & inter tibialem anticum muſculum & peroneum longum deſcendit cum nervo, & in peroneum iſtum ſurculos dat, & in fibulae perioſteum, & anaſtomoſin habet cum uno ramorum ejusdem trunci antici ad extenſorem digitorum euntium, exque hac unione naſcitur ſecunda anaſtomoſis cum alio tibialis anterioris ramo inferiori, qui peroneum brevem adit. Alias hic ramus paulo aliter ſe habet, & alter ejus rami ſurculus inter tibialem anticum & peroneum brevem longe deſcendit, ut modo dixi, alter inter brevem hunc & longum peroneum in ima fere longitudine fibulae ad eos muſculos conſumitur.

14) Porro Tibialis antica ad extenſorem digitorum ramos etiam emittit *m. m.* T. IV. & poſtquam eum muſculum deſiit comitari, ad extenſorem pollicis alios, quales octo omnino numeravi ex ordine natos, edit, quorum nonnulli in eum muſculum, qui digitos extendit, perforato pollicis tenſore veniunt, & ad peroneum longum & peroneum brevem, qui inferiores ſunt, & in perioſtea fibulae deſcendunt. Hi cum ramo peroneae anaſtomoſes habent WINSLOW n. 270. Illos in T. IV. ſignavi *n. n.* hos, qui profundius migrant *o. o. o. o. o. o.* Conf. etiam T. *corp. ant. dextr.*

15) Et nunc arteria tibialis antica nudam tibiam, finito jam ligamento interoſſeo, conſcendit T. IV. ſuper q. & dat iterum ſodalibus muſculis, extenſori pollicis & tibiali antico ramos, ibid. *q. r.* & retrogrados, ſatis acutis angulis natos, ad nudam tibiam euntes T. IV. *q.* inf. qui etiam in celluloſitate cutem inter & perioſteum cum poſtica Tibiali anaſtomoſes habent T. *corp. ant. dextr.* & cum antica Peronea.

16) Edit inde ramos notabiles in epiphyſi tibiae, & duos inprimis inſigniores. Eorum ramus alter, *interni malleoli* (*s*) venit in ſummam epiphyſin tibiae, & aliis ramis ſurſum it, inoſcu-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 262 sur 543

t furculus ejus adſcendens
u ramus ad plantam pedis euns
www alii rami ad abductorem pollicis & pedis plantam.
x furculus rami s. inoſculatus cum furculo tibialis anticae alio nato prope I.
y alia ejusdem anaſtomoſis
z ramus alius exterior ad imam tibiam & fibulam 18) qui inoſculatur peroneae
α ramus a tibiali anteriori anaſtomoſin habens cum peronea.
β Peroneae ramus cum ramo Tibialis anticae inoſculatus.
γ anaſtomoſis alia inter β & δ
δ Ramus Tibialis anticae *Tarſeus* 19)

latus proxime prioribus trunci tibialis anticae ſurculis, aliis deorſum trans capſulam articulationis, cui & talo dat, in os naviculare usque, & primum nonnunquam cuneiforme pergit, cujus hinc arteriae (θ) & inde alio ſuo ramo circa os naviculare circumducto plantaris internae profundo ramo inoſculatur.

17) Inde prior quidem ramus cum peronea anteriori coit Q. T. IV. Proximus major α T. IV. *Exterioris malleoli arteria* (Q. T. IV.) retrogradus ſurſum dat ramum, qui in ſpatio interoſſeo cum peronea antica, aut ramo peroneae, ubi haec deeſt, inoſculatur, & trans perioſtea fibulae cum eadem peronea retia efficit, aut cum poſtica ejusdem nominis, quoties antica abeſt. Dat etiam peroneo brevi, & tibiae, ejus articulo, & fibulae imae, ejusque epiphyſi & talo, & origini extenſoris brevis ſurculos, ramosque verſus tendines peroneorum ter inoſculatos arteriae peroneae, alios etiam, duos unumve in foramen tarſi. Ultimo in oſſe cuboide arcui Tarſeo ſe inmittit.

Truncus inde tibialis anticae tegitur ligamento armillari, una cum tendinibus extenſoriis, & nuda iterum adparet ad exteriora extenſoris pollicis longi. Interim, dum tegitur, aliquot ramos edit, unum ad imam tibiam ejusque epiphyſin, ſub proxime dicto ſimilique ramo alium in proceſſu anteriori tali in foveam tarſi. E regione alium in epiphyſin tibiae & capſulam articulationis emittit, ſequenti inoſculatum, & cum peroneae ramis, quos dicam transverſos ire.

Ra-

Tum in talo parvos nonnullos ad extenſorem pollicis ramos edit, alios ad epiphyſin fibulae, etiam inoſculatos Tarſeae, & alium introrſum, cum priori conjunctum, quem citavi, ad perioſtea oſſis navicularis, & in tibialis antici & extenſoris longi tendines: alium ad extenſorem brevem, & ad talum, in ora magnae foveae, aliumque in eum muſculum foveamque ſeu canalem tarſi magnum, qui idem ad marginem tarſi trans utriusque peronei tendinem venit, & inoſculatur cum peronea arteria T. IV. z. quae ibi nonnunquam finitur. Idem trans marginem tarſi, & trans capſulam articulationis cum talo, abit in plantam pedis, & tibiali poſticae (ſive plantari internae) inoſculatur. Ejus furculus eſt, qui penetrat per canalem tarſi, & occurrit primo ramo plantaris internae, qui ante poſt ejus diviſionem in planta oritur. Eos ramos omnes vidi ſupra Tarſeam natos eſſe. Omnes complectitur WINSLOWUS n. 271. ſub nomine *Branches qui ſe gliſſent entre l' aſtragal & le calcaneum*, niſi peculiariter velit eos ramos, qui foveam & canalem tarſi adeunt, quod quidem ex ejus verbis difficulter intelligitur.

19) Alius paulo poſt inſignis ramus perpetuus ad tarſum deſcendens in talo naſcitur T. IV. δ *tarſeam* voco. Eam EUSTACHIUS, uti dixi, exprimit T. XXVII. f. 15. & G. COWPER apud DRAKE T. XX. n. 73. In WINSLOWI opere eo referas *rameaux qui communiquent avec les branches laterales de la tibiale poſterieure & de la Peroniere poſte-*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 263 sur 543

Ramus a Tarſea ad abductorem minimi digiti
ultimus finis metatarſeae
ramus ad extenſorem parvum
Metatarſea 20)

Θ Trun-

poſterieure n. 272. Ea tarſea nonnunquam non multo trunco minor, alias duplici radice nata, extrorſum exit, in perioſteis oſſis navicularis cuneiformium minorum & cuboidis (T. *corp. ant. dextr.*) tecta extenſore brevi (T. IV.). Dat ramum, qui articulationem tali cum tibia fibulaque circumit, & ad utramque articulationem ramos mittit, inoſculatus peroneae poſticae, & externi malleoli arteriae, cumque aliis tarſi ramis. Alter ramus tarſeae cum eodem ſurculo peroneae ſimilem anaſtomoſin habet, alios autem ſurculos ad extenſorem brevem & perioſtea oſſis navicularis edit (T. *corp. tot. ant.* H.). Dat porro ramum inſignem poſterius in foveam tarſi, quae inter talum & calcaneum ad plantam canalis modo ducit, ad calcis perioſtea. Dat duos ramos extenſori brevi, qui etiam adipem foveae tarſi & ejus perioſtea anterius adeunt, tecti eo extenſore & ad talum. Dat ramum, anaſtomoſin cum peronea antica habentem in oſſe cuboide (WINSLOW. n. 272.) etiam duplicem. Dat iterum extenſori brevi ramum, inoſculatum iterum interoſſeae primae. A cuneiformi tertio oſſe it antrorſum, datis ad perioſteon ramis. In angulo metatarſi tertii cum quarto dat ramum *interoſſeum primum* intervallo duorum oſſium metatarſi ſecundi & tertii, qui ſurculum a proxime priori ramo extenſoris brevis recipit, & antrorſum fertur, inque angulo duorum oſſium, quae nominavi, perforantem primam poſteriorem recipit editve. Is ramus incedit in muſculo interoſſeo ſecundo ſuperiori, dat huic muſculo, & oſſium metatarſi perioſteis, & cuti, & tendinibus extenſoriis. Dat idem perforantem primam anteriorem ad terminum anteriorem oſſis metatarſi ſecundi & tertii. Dividitur denique idem ramus ad digitos ſecundum tertiumque, & ſecundi dorſo majores, tertii dorſo minores ramulos exhibet, atque inoſculatur circumflexus per intervallum duorum digitorum, quos dixi, in plantarem externam. Eam inoſculationem utrimque expreſſit COWPERUS l. c.

Sed tarſeae alter ramus *interoſſeus ſecundus* dat ramos tendinibus extenſoriis, & cuti, & foveae tarſi; ſequitur intervallum oſſis metatarſi tertii & quarti, & ſimiliter generat poſteriorem & anteriorem perforantem ſecundam, atque ad dorſum digiti tertii quartique dividitur, & inoſculatur plantari arteriae furcae tertiae.

Truncus tarſeae pergit ad os cuboides, recipit inſignem ramum Peroneae anticae, & dat ramum *interoſſeum tertium* ad intervallum digiti quarti & quinti, qui ramus perinde per ſuperficiem tertii ſuperioris interoſſei muſculi decurrit, & dat perforantem tertiam anteriorem & poſteriorem, & ad digitorum, quos nominavi, dorſum dividitur, ad internum nempe latus quinti, & quarti externum, & inoſculatur furcae plantari quartae.

Tarſea inde arteria in cutem & abductorem digiti minimi pergit, inoſculatur ad radicem oſſis metatarſi quinti cum ramo plantaris externae uno ramo profundo, & alio ramo ſuperficiali. Ita naſcitur ramus, unitus ex plantaris externae ſurculo & ex tarſea, qui ſequitur os metatarſi digiti minimi, cuti ramulos dat, & uno ramo ad dorſi digiti minimi partem externam terminatur, altero in ejus digiti abductorem. Hic eſt *der zweyte oder interoſſeus* I. E. WREDEN.

Rarior tamen ea fabrica eſt, & plerumque tarſea unice ad extenſorem brevem, canalem tarſi, cuneiformia oſſa, & cuboides terminatur, cum arteria grandi epiphyſeos tibiae, & cum metatarſea inoſculata, ut tres tamen, parvos equidem ramos, in totidem interoſſeos trunculos, a metatarſea natos, emittat. Alias vidi duas tantum a tarſea arterias dorſales, ad digitum quintum & quartum, quartumque & tertium, diviſas, natas eſſe, atque dorſales majores fuiſſe plantaribus, ut in univerſum in eo corpore arteriae plantares digitorum magis ab antica, quam a poſtica tibiali natae eſſent. Tunc iſte truncus dedit intervallo digiti tertii & ſecundi, tum ſecundi primique.

20) Nempe in plerisque cadaveribus propria *metatarſea* arteria eſt, ex tibiali antica in angulo oſſis metatarſi primi cum ſecundo nata, quae legit radices poſteriores metatarſi, edit interoſſeos ramos primum, ſecundum & tertium, & perforantes tres poſteriores, tres anteriores, & dorſales digitorum, & inoſculatur cum plantari externa, uti dixi T. *ant. corp. dextr.* T. IV. Sed ejus arteriae integram hiſtoriam poſt paulo dabo, nunc Tibialis anticae truncum ſequor.

Ea arteria, poſt Tarſeam datam, varios ramos emittit, ramum adſcendentem ad interiora tibiae, ad ejus perioſteum, ad armillam extenſoriam cutemque, ramumque alium ad tendinem tibialis antici, extenſoris pollicis, inde-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 264 sur 543

⊙ Truncus anticae tibialis deſcendens in plantam pedis.

θ ramus in talo natus tibialis anticae 21)

ra-

que in perioſtea navicularis oſſis & cuneiformis primi, & tali, & in articulationem utriusque oſſis, ramum denique ad perioſtea cuneiformis ſecundi, priori inoſculatum.

Inter eos ramos eſt etiam is, quem dat in oſſe naviculari, nempe ramus communicans cum ſurculo tarſeae, qui extrorſum it, ad extenſorem brevem, perioſtea oſſis navicularis, & magnam foveam.

21) Et porro in eodem oſſe ramum internum ad talum, (T. IV. θ.) os naviculare, cuneiforme primum edit, deſcendentem verſus plantam pedis in perioſteis, & ſurſum cum ramo tibialis anterioris inoſculatum, in planta vero cum ramo plantaris internae ſemel aut bis conjunctum (T. IV. *w. w. u. T. corp. ant. fin.*). Huc refero voces WINSLOWI n. 272. Tegitur idem pollicis abductore, occurrit plantaris internae ramo, adeunti tendinum flexoriorum vaginas, & orto ad os cuneiforme primum, dat abductori pollicis, ejusque oſſi metatarſi, recipit ſecundo ramum alium plantaris internae (*T. corp. tot. ant. fin.*) ſecundum os metatarſi pollicis natum (T. IV. y.), qui idem cum arteriola, ex arteria hallucis nata, in abductore pollicis coit, & denique alteri ramo plantaris internae in oſſe metatarſi pollicis inſeritur (T. IV. l. c.) vel dorſalis fit externa hallucis. Hic idem ramus cum variis ſuis originibus exprimitur T. VI. f. 2. K. L.

Inde tibialis antica dat ramum abductori pollicis in principio oſſis metatarſi primi, vel cuneiformis qui tectus eo muſculo iterum cum ramulo plantaris internae inoſculatur, quem jam nominavi. Alio ramo antrorſum eunte ſequitur metatarſi primum os, ad usque ejus cum primo oſſe pollicis conjunctionem, in abductore pollicis.

Inde ad principium oſſis metatarſi primi & ſecundi, alias in naviculari, generat arteriam *metatarſeam* ita transverſam, ut una paulum antrorſum declinet. Ea *metatarſea* producit ramulos ad oſſa tarſi, & arterias quatuor perforantes (*T. corp. ant. dextr.*), quae in plantam pedis deſcendunt, & arcui plantari inmittuntur. *Tab. poſt. dextr.* Interoſſeae pariter arteriae a metatarſea veniunt, prima, ſecunda & tertia, quas in T. IV. expreſſi, & quae in Tarſeae hiſtoria deſcriptae ſunt. Eae interoſſeae ſuis dant muſculis ſuperioribus, eduntque ad principia digitorum ſuas digitis dorſales, plerumque exiguas, parumque conſtantes, & inoſculantur furcis digitalium arteriarum plantarium T. IV.

Alias nulla datur metatarſea, ſed pollicis arteria tantum primo & alteri intervallo, nempe ad digiti indicis latus utrumque, & ad internum medii, ramos interoſſeos & digitis vicinis ſurculos dorſales mittit ut ſtatim dictum eſt. Alias praeter hanc arteriam, & praeter Tarſeam, metatarſea datur, brevior quidem, quae nempe unice ramos dat intervalli tertii & quarti, dorſales nempe arterias medii quidem digiti externam, quarti & quinti utramque.

Extrema vero metatarſea ſive brevior ſit, ſive longior, venit ad os usque cuboides & metatarſum quintum, & partim ad os cuboides adit abductorem minimi, partim tecta brevi peroneo exit ad cutem & adipem plantae uno ſurculo, altero vero ad tendines peroneorum venit, & cum arteriae Peroneae ramis ultimis communicat, ut de Tarſea dixi.

Eadem ex ſede, quae producit metatarſeam, arteria tibialis anterior *dorſalem externam Hallucis* producit T. IV. *μ. ν.* quae os metatarſi primum & reliqua hallucis oſſa ſequitur. Ea dat oſſibus vicinis ramulos, cum externis vaſis hallucis varie inoſculatos, dat tendinibus extenſorum ſurculos, dat ramum cutaneum *indicis*, *dorſalem internum* (T. IV. *T. corp. tot. fin. ant.*). Hic eſt *der erſte* WREDEN T. 38. Dat eadem ramum per intervallum pollicis & digiti proximi, inoſculatum in furcam plantarem, quae primum ſecundumque digitum adit. T. IV. Σ. Ea anaſtomoſes etiam habet cum ramis arteriae pollicis metatarſo ſurculos dantibus. Dat porro prope ultimum finem hallucis, ubi cum ramo pollicari externo plantari unitur, coronam illam unguis, inoſculatam oppoſito ramo interno pollicis T. IV. *π.*

Dat etiam ramum deſcendentem ſecundum os metatarſi pollicis, prope ejus principium, qui inoſculatur arteriae toties dictae θ T. IV. ad os naviculare ortae, aut cum arteria hallucis, ut in T. VI. f. 2. Ab ea deſcendente ſurculi ad articulationem oſſis metatarſi primi cum pollice etiam veniunt: Alias paulum aliter ſe habet. Satis ſimilia noſtrorum de arteria hallucis dorſali habet EUSTACHIUS T. XXVI. *in pede fin.* WINSLOWUS duos vel tres ramos nominat, qui inter ſe inoſculantur n. 274. & qui videntur noſtris interoſſeis reſpondere.

Et nunc arteria tibialis antica trunco ſuo demergitur inter primum & ſecundum os metatarſi T. IV. ⊙ atque porro in planta pedis adparet. Utcumque hanc demerſionem icone expreſſit VERHEYENIUS l. c. inter *n* & *r*, verbis etiam aliquanto melius. Halluci dare & digito proximo auctor eſt W. CHESELDEN p. 190.

Per-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 265 sur 543

ν ramus alius ad os naviculare euns
λ ramus ad extenſorem minimi digiti
μ arteria *dorſalis pollicis*
ν Ejus ramus pollicaris externus
ξ rami adrepentes a planta pedis
π corona ad radicem unguis cum pollicari interna facta
ϱ arteriae Pollicaris dorſalis anaſtomoſis cum
Σ plantari arteria
ϱ ramus ejus unionis ad pollicem euns
τ alius ad indicem
φ ramus *interoſſeus primus* Metatarſeae
ω ramus plantaris furcae ſecundae
χ anaſtomoſis inter ramos φ & ω
Φ inde natus ramus ad digitum ſecundum
ψ ad tertium
Ω arcus ſecundi digiti ad unguem
Π ramus *interoſſeus ſecundus* Metatarſeae

2 ar-

Perforantem eam & ejus anaſtomoſin cum arcu plantae 1. BENIGNUS WINSLOW habet n. 273.

Dat porro ea arteria ramum, qui in planta pedis ad abductorem pollicis, peroneum longum, metatarſi pollicis os & cuneiforme primum dividitur, & cum arteria θ ex utraque tibiali conpoſita inoſculatur T. VI. f. 11. *a.* Alias it is ramus ad adductorem pollicis, & abductorem, & os metatarſi primum iterum, inoſculatus cum ramo plantaris internae profundo ad os naviculare nato, quem diximus inſeri rami tibialis anticae arteriae.

Inde finditur tibialis antica, & unus ramus eſt *arcus plantaris*, cujus origo a tibiali antica paulo craſſior eſt, quam ortus a ramo plantari externo T. VI. f. 2. *T. corp. tot. dextr.* de quo arcu dicemus cum plantari externa.

Alter ramus eſt *pollicaris plantaris*, cui etiam ramus ex profundis plantae pedis coaleſcens inſeritur, & arteria plantaris interna, quando ea parva eſt. Atque ab eo trunco *interna hallucis plantaris* & *externa*, & *indicis interna* naſcitur, quas in hiſtoria plantaris externae dicemus. Hanc fabricam *T. corp. tot. dextr.* & T. VI. f. 2. exprimit, quae ſatis frequens eſt.

Quando vero arteria plantaris interna major eſt, tunc utique unice anaſtomoſis inter arteriam pollicarem ab ea interna natam, & hanc tibialem anticam reperitur. Alias Tibialis anticae ramus pollicaris dat indicalem internum, dat ramum plantae pedis trans interoſſeum primum euntem, & pollicarem dorſalem, & indicalem dorſalem, & pollicarem plantarem, a quo etiam os metatarſi furculos habet, & uterque ramus hallucis naſcitur, de more factus, & in primo oſſe, & ad unguem, circulo abſoluto cum ſodali coeuns. COWPERUS in uno latere unum ramum internum hallucis ipſi huic arteriae tribuit, in altero utrumque, WINSLOWUS utrinque pollici dare, & unam arteriam indici ſcribit n. 275.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 266 sur 543

2 arteria plantaria
3 ramus ad digitum tertium
r arcus cum ♆
4 ramus ad digitum quartum
∆ ramus *interoſſeus tertius* Metatarſeae
5 ramus ad digitum quartum
6 ad minimum ramus
7 arcus ad radicem unguis digiti minimi inter 6 & 8
8 ramum a plantari externa natum.

TAB. V.

Tibiae facies poſterior. Haec icon minus nitida, aliqua etiam vitioſa habet, inprimis nimis exiguos ramos inferiores arteriae tibialis poſticae.

OSSA.

A partes nudae Tibiae
B partes nudae fibulae
C partes nudae calcanei
D partes nudae Aſtragali.

MUSCULI.

A Gaſtrocnemius internus & pars ſolei
B Gaſtrocnemius externus
C Plantaris
D Popliteus
E Peroneus longus
F brevis
G Flexor longus digitorum pedis
H Flexor longus pollicis
I Tibialis poſticus
K Tendo Achillis

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 267 sur 543

L Nervus tibialis posterior
M Nervus tibialis anticus.

VASA.

a Poplitea arteria cum nonnullis ramis super genu obiter expressis.
b *articularis externa superior*
c *articularis interna superior*
d ramus ad gastrocnemium internum & solearem
e Ramus ad externum gastrocnemium & cutem
f *articularis inferior interna*
g ad plantarem ramus
h divisio arteriae popliteae, quae in hoc corpore fuit
i *Tibialis postica* arteria 23)
k Ramus ad popliteum
l *nutritia Tibiae*, quae ad Tibialem posticum ramum dat. 24)

m

23) TIBIALIS POSTICA plerumque inter tres truncos arteriae popliteae maxima est. Non ipsa quidem, sed sodalis tamen vena GALENO dicta est, (*dissect. arter. & venar.* c. VIII.) EUSTACHIUS ubique habet, truncum nempe in tibia descendentem T. XXIV. utrinque a VESALIO satis adhuc recte exprimitur. *Reliquum caudicis cruralis* vocat C. BAUHINUS l. c. *Tibiaea* vero *posterior humilior* EIUSDEM aegre adgnoscitur, nisi est Peroneae ramus anterior. *Secundus* est D. a MARCHETTIS p. 177. *Anterieure* AMATI BOURDON p. 379. *Secundae* divisionis *ramus major* VERHEYEN p. 278. l. c. *Seconde posterieure* DIONIS. *The internal* KEIL. *Tibialis* I. E. WREDEN & KULMI, & GRAMBSII. *Tibiale posterieure* WINSLOW, VERDIER p. 364. BARBAUT p. 426. LIEUTAUD p. 499. TARIN p. 70. *Hintere Schienpulsader* ESCHENBACH n. 1188. *Arteria tibialis posterior* SCHAARSCHMID p. 49.

24) Dat nonnunquam statim gastrocnemio interno duos pluresve ramos, inde in cutem exeuntes. Dat plerumque continuo *nutritiam tibiae* (T. IV. *l.*) statim ex ortu suo T. *post. dextr.* Ea, omnium nutritiarum in corpore humano, non exceptis femoralibus, maxima, dat ramum sursum popliteo, soleari, periosteo epiphyseos tibiae, & adipi, communicantem cum ramo descendente articularis inferioris internae, & longe per cutem mediae fere tibiae descendentem. Porro nutritia tibiali postico ramum exhibet, & trunco suo inter flexorem communem digitorum, & tibialem posticum, longe descendit per ligamentum interosseum, adeo nonnunquam magna, ut *interosseae posterioris* nomen mereatur, & in ima tibia cum ramo Peroneae anterioris adscendente inosculatur. Dat in toto decursu ramos in periosteum tibiae exterioris & posterioris lateris, & in ortum inde flexoris communi digitorum pedis, & cum ramis Tibialis posticae musculoribus, atque similibus Peroneae ramulis, anastomoses habet. Intus in ipso tibiae canali haec eadem nutritia sursum ramum unum mittit, alterum deorsum, ad epiphysin usque, qui uterque in cellulosa cruentoque textu ossis consumitur. Hanc nutritiam repetit WINSLOWUS, a tibiali natam, postquam aliam a poplitea recensuit. Numquam tamen duas vidi. Vid. n. 276. Alios sub nutritia nonnunquam popliteo musculo ramos tibialis postica mittit.

Descendit inde per flexoris longi digitorum faciem posticam T. V. tegitur soleo, dat ramos grandes ei musculo duos pluresve, & supra & infra originem Peroneae, quorum aliqui surculi periostea etiam fibulae adeunt, inosculati sequentibus peroneae surculis, alii in cutem excurrunt. Supremus eorum edit inprimis arteriam, cujus profundior surculus circumit caput

 fibu-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 268 sur 543

m m m Rami ad Tibiae ſedem nudam cutemque & gaſtrocnemium internum

n n n rami ad Tibialem poſticum.

o o rami ad nervum magnum

p ramus cutaneus

q anaſtomoſis ejus in celluloſa cum alio furculo

r ramus partim cutaneus, partim habens anaſtomoſin *t* cum peronea

s ramus alius anaſtomoticus cum peronea

u ramus mixtus ex t & ex peronea iterum conjunctus cum *w* nata ex Tibiali & *x* ex peronea producta

x x rami ad tendines flexorios

y anaſtomoſis rami *w* cum peronea

z rami a trunculo *w* ad os calcanei & duo rami inoſculati cum ramis peroneae

α α anaſtomoſes tectae tendine achillis

β ramus ad abductorem pollicis, & tendines flexorios, & perioſtea

γ rami ad abductorem pollicis & calcaneum

δ ramus ad calcaneum, habens etiam anaſtomoſin cum ramo peroneae ψ

ζ Truncus communis peroneae & tibialis anticae

η ramus profundus ad nervum & plantarem

θ ramus alius trans nudam fibulam ad peroneum longum

ι Tibialis antica arteria

λ

fibulae ad perioſtea, & capſulam articulationis, cum tibia ſuperiori divilus, & anticae ramo inoſculatus.

Dat porro ramum magnum ſuperficialem ſub popliteo, ad perioſtea tibiae & cutem internam, ſocium ſaphenae venae. Is perioſteis etiam tibiae nudae furculos mittit *T. corp. tot. ant. dextr.* T. V. m. & exeuns ad faciem nudam tibiae inoſculatur cum arteria comite ſartorii, a femorali nata, & cum ramis ſequentibus Tibialis poſticae eodem euntibus.

Dat alium ramum ad cutem, qui ſurſum eundo cum ramo proxime priori aliisque cutaneis inoſculatur (T. V. p. q. *T. dextr. ant.*) idemque longe deſcendit alio ramo nervi ſodalis ad dorſum pedis usque, cumque ramis ad cutem emergentibus internis Tibialis anterioris anaſtomoſes habet *T. corp. tot. ant. dextr.* Hujusmodi rami quatuor aut ultra inter flexorem digitorum & ſolearem, quorum utrique ramos exhibent, ad tibiam nudam exeunt. *Tab. corp. ant. dextr.*

Et nunc tibialis poſtica edit Peroneam in principio tibialis poſtici.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 269 sur 543

λ PERONEA 25)

μμ rami ad ſolearem & Gaſtrocnemios externos

ν ramus Profundus

ξ *nutritia fibulae* 26)

ϱ rami ſuperficiales

σ pars peroneae tecta fibris flexoris pollicis 27)

τ ra-

25) *Peronea* plerumque minor, nonnunquam aut aequalis, aut potius major, quam Tibialis poſterior, aliquando nulla fuit, ut ejus loco ramus eſſet, ex tibiali poſtica infra popliteum ortus, deſcendens cum flexore communi digitorum, & in ipſa ima epiphyſi tibiae anaſtomoſin habens cum trunco arteriae tibialis *T. ant. fin.* Vena ſodalis non ignota fuit GALENO, qui *per exteriorem partem perones* dixit deſcendere. Habet eam EUSTACHIUS ubique T. XXIV, XXVI. & anaſtomoſin rami antici cum tibiali antica T. XXVII. f. II. *Ramus* eſt *notatu dignae amplitudinis a parte externa* VESALII. p. 497. *Tibiaea exterior* C. BAUHINI l. c. p. 639. & l. c. p. 639. & forte *humilior poſtica* EIUSDEM non habet RIOLANUS. Ea *humilior* eſt *alia externa* SPIGELII, melius tamen apud D. de MARCHETTIS adgnoſcitur, cui eſt *quae per fibulae poſticam partem ingreditur* p. 177. Eadem certius eſt *l'exterieure* AMATI BOURDON p. 378. *Suralis* VERHEYENI p. 378. l. c. h. i. RAUII l. c. *Peroniere poſterieure* DIONIS. p. 647. A LEONCENA pingitur l. c. n. 42. a COWPERO ad 72. ubi nimis brevis eſt. *The external* KEILII comprehendit Peroneam anteriorem & poſteriorem. Ita etiam ſumit I. ERNESTUS WREDE & KULMUS T. XVI. *Suralis* eſt GRAMBSII, *Tibialis media* CHESELDENII. *Peroniere* WINSLOWI n. 102. VERDIER p. 365. ex eodem BARBAUT p. 427. LIEUTAUD p. 499. TARIN. T. II. p. 70. *Rörenpulsader* ESCHENBACH n. 1192. *Peronea* SCHAARSCHMID p. 10.

Orta in ſummo tibiali poſtico muſculo, dat continuo nonnunquam magnum ramum ad gaſtrocnemium externum, alias ſoleari (T. V. μ. μ.) unum alterumve, aut etiam plures. Eorum aliqui inter ſoleum fibulamque exiverunt in cutem ad gaſtrocnemios, & inoſculantur ſurſum eundo in fibula cum ramis ſoleo datis arteriae tibialis poſticae, quos modo diximus, alii adeunt perioſteum fibulae, & ſurſum cum tibialis poſticae ramis ſolearibus, & deorſum cum inferioribus a peronea natis inoſculati, qui trans flexorem pollicis eunt. Alius unus alterve a ſoleo in peroneum longum penetrat, alius ex ſoleo gaſtrocnemium externum exit, ibi conſumtus, alius in eumdem ad tendinem achillis usque deſcendit. Deinde alii rami adeunt tibialem poſticum (*T. corp. tot.*) & ex eo, perforato, in perioſteum fibulae veniunt, in quo & cum ſequentibus ramis peroneae inoſculantur, & inter ſe. Alius trans originem flexoris pollicis poſtici it, a quo ſurculus ad perioſtea fibulae ſurſum deorſumque dividitur, qui nonnunquam longo ramo per utrumque peroneum deſcendit *Tab. corp. tot.* recepto ramo tibialis anticae, & alio peroneae ſurculo. Alii trans flexorem pollicis, eoque perforato in ſolearem, & in perioſtea eunt, alii ad flexorem communem tibialem poſticum & nervum magnum.

26) Tum alium dat *nutritium fibulae*, vel proxime prius quam arteria peronea flexore pollicis tegatur *T. corp. poſt. fin.* & T. V. vel ubi eo jam tecta eſt, vel longe ſupra eum muſculum, quod rarum eſt. Ea arteria per proprium canalem in caveam celluloſam & medullarem fibulae deſcendit, minima fere inter nutritias, uti perangusta ea fibulae cavea eſt. Dat etiam flexori pollicis, quo tegitur, & perioſteo fibulae ſurſum, inoſculatum ramum prioribus, & utrique Peroneo.

27) Truncus Peroneus tegitur nunc eo flexore pollicis, cui & tibiali poſtico, ad viginti usque ſurculos exhibet, quorum aliqui etiam perioſteo fibulae dant, tum in faciem poſticam, tum in anteriorem, & ad cutem exeunt (T. V. τ. Σ υ. υ.) cum ramis tibialis poſticae inoſculati, iidemque ad peroneos brevem longumque (*T. corp. tot.*) etiam longius deſcendunt cum iſto, ad ima usque gaſtrocnemii & achillis tendinem, alii eum tendinem adeunt cutemque, per pollicis flexorem. Alii rami petunt ligamentum interoſſeum tibiae, & in eo cum ramis tibialis poſticae per flexorem digitorum advenientibus, & cum ramis nutritiae fibulae varie inoſculantur. Aliqui, duo vel ultra, perforant ligamentum interoſſeum, & ad anteriorem ejus partem, poſitosque ibi muſculos veniunt exigui. Rectius autem dixeris Peroneam tegi fibris carneis, quae fere per pollicis longitudinem ab eo flexore decedunt et ad tibialem poſteriorem ſe adjiciunt.

Dum autem flexore tegitur fibulea, ſenſim mergitur ad anteriora, ut anatomici poſteriora incidentis oculis ſe ſubducat, atque inſideat omnino ligamento interoſſeo (conf. T. V.) vicina lateri poſteriori interno fibulae, donec fibula jam lateſcentem tibiam contingat. Ibi

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 270 sur 543

τ ramus ſuperficialis

Σ ramus ad flexorem pollicis

t ramus peroneae poſterioris *internus anaſtomoticus* 28)

υ alius ad flexorem pollicis & ad ſuperficiem

φ profundus ad fibulam

χ ramus *poſterioris peroneae externus* ad peroneos habens anaſtomoſes μ atque cum alio ramo ex Peronea nato & ex tibiali alio conjunctus, efficiens trunculum ψ

ψ finis poſterior peroneae habens anaſtomoſes α α cum Tibiali poſtica, & terminatus in perioſtea calcis.

ω ramus peroneae antrorſum perforans, aegre adparens.

ramum dat peroneo longe brevique, qui per ſuperficiem fibulae ramos dat, antrorſum in perioſteo deſcendentes.

Tunc truncus peroneus dividitur, & ramus inſignis perforat ligamentum interoſſeum, jam valde anguſtum, quem *anteriorem Peroneam* dico, alter in poſteriori facie cruris manet. Alias tamen haec diviſio inferior eſt, quam magnus ramus anaſtomoticus cum tibiali poſteriori. Alias, ut dicetur, omnino ramus anterior aut exiguus, aut nullus eſt.

Ramus poſterior ſive *conſpicuus*, perpetuus, T. V. in latere eo, quod citavi, fibulae pergit deſcendere.

28) Ejus plusculi ramuli flexorem digitorum longum adeunt, & peroneum brevem, & nervum, unus autem ramus *transverſus internus* inſignis it ad perioſtea lateris externi tibiae, inde ad internum latus ejusdem prodit, & habet magnam anaſtomoſin cum tibialis poſterioris ramo, (T. V. *t. T. corp. poſt dextr.*) & parvas cum antica tibiali. Haec eſt *arcade de communication* BENIGNI WINSLOW n. 283. Idem ramus ſurculos duos tendini achillis inoſculatos tibiali anticae edit idemque ſurculum deſcendentem T. V. *u.* emittit. Is circa achillis tendinem cum altero Peroneae ramo, & cum ramis duobus tibialis anticae ramum conſtituit, qui ad exteriora tendinis Achillis ſe confert in externam partem calcis, cum tendinibus peroneorum eorumque vaginis, atque inoſculatur ramis tibialis anticae, iidemque etiam ſurculos ad articulationem fibulae cum talo, & ad glandulam Haverſii ibi poſitam mittunt. Hic aliquando peroneae poſterioris finis eſt.

Eadem peronea poſterior, non tamen ſemper, & nonnunquam prius quam priorem ramum edat, (*Tab. corp. poſt. ſin.*) emittit ſecundum tendinem achillis, ad cutem & adipem, externum malleolum & epiphyſin fibulae tibiaeque, magnum internum ramum, tibiali anticae non exigua propagini inoſculatum. Idem ramos in calcis externa cavitate habet, rete facientes, multasque cum tibiali antica anaſtomoſes. Aliam perinde anaſtomoſin cum tibiali antica profundiorem etiam producit, quae eadem ramum in foveam tarſi dat.

TAB.

TAB. VI. FIG. I.

Arteriae ſubcutaneae pedis. Innumeros ramos cutaneos reſectos exhibui. Vaſa ſuperficialia pedis.

A Calcanei tuber
B muſculus abducens pollicis
C Abductor digiti minimi
D aponeuroſis plantae
E pars ejus pollicaris
F pars fiſſa pro tendine flexorio primo transmittendo.
G pro ſecundo
H pro tertio
I pro quarto
K Flexor pollicis longus
LLLL Flexores digitorum longi.
Ξ Caro quadrata nonnullis fibris tendineis obnupta.

V A S A.

a arteria *Tibialis poſtica* 29)

b ra-

29) Trunculus hujus peroneae poſticae migrat in latus externum calcanei (*T. corp. poſt. ſin.*) edit alterum ramum, qui ad achillis tendinem & cutem calcis it, & alterum, qui tectus ligamento fibulam tibiae uniente deſcendit, & anaſtomoſin cum tibiali poſtica conſpicuam habet (ib. *a* & T. *poſt. dextr.*) & cum ea trunculum jam enarratum ψ conſtituit. Eadem arteria, aut alia vicina, circa malleolum externum ramo externi malleoli a tibiali antica nato communicat.

Hae duae anaſtomoſes adeo magnae ſunt, ut nullum dubium ſuperſit, poſſe arteriam tibialem absque ullo periculo gangraenae ligari & deſtrui, ut ſolet cum radiali fieri. Aliae etiam tamen ſunt, neque eae minimae uniones, inter hunc ramum peroneae & poſticam tibialem ante achillis tendinem (T. V. α α) ut minores & reticulatas omittam, quae retro eum tendinem cum ſurculis tibialibus coeunt, cuti propiores.

Edit porro Peronea poſtica alium ramum ad tendines peroneorum, eorumque armillas, & vaginas pro iis excavatas. T. V. ε. & fibulae cum talo articulum. Venit in cavam faciem externam calcis. Ex ordine tres ramos dat ad calcanei ſinum & capſulam articulationis, inoſculatos cum ramis ſimilibus tibialis poſticae, & anticae & cum eo, qui ad tendinem achillis proxime ſuperior acceſſit. In ipſo calcaneo ramum dat Peronea poſterior, qui anaſtomoſin habet cum proxime ante haec verba dicto, & uno ramo cutem adit, altero duo foramina calcis *nutritia* ſubit.

Truncus pergit, dat armillis Peroneorum ramos duos, anaſtomoſi cum ramis anterioris peroneae unitos, ſi ea adfuerit, & cum ramis a tibiali anteriori ramoque δ. T. IV. Dat eadem duos alios ramos, inter ſe anaſtomoſi unitos, ſurculos mittentes abductori digiti minimi, & habentes anaſtomoſes duas majores cum Peronea anteriori & tibialis anterioris ramo δ. cuti propiores, quam proxime priores, atque poſtquam coiverunt, abſconſas uno trunco ſub abductore minimi digiti, iterumque coeuntes cum ramo Plantaris externae. An velit eam anaſtomoſin WINSLOWUS n. 284? an potius eam, quae in antico ramo peroneae dicetur.

Ipſa peronea poſterior ante tuber calcanei

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 272 sur 543

b ramus ſuperficialis ad cutem & adipem

c ramus erumpens ad interiora aponeuroſes & euns ad calcaneum

d ra-

inoſculatur ſub abductore digiti minimi, in plantarem externam, ante tuber calcanei. Haec eſt magna anaſtomoſis ante hoc tuber pene perpetua T. VI. f. 2. l. ſaepe duplex. Alias tamen haec anaſtomoſis non adeſt, ſed in cute & principio abductoris digiti minime terminatur Peronea, & cum Tarſea communicat in ipſa capſula articulationis.

Vidi nihil ultra dediſſe poſticam peroneam, ſed plerumque pergit eadem cum abductore minimi digiti, cui ramos nonnullos dat, alios e diverſo cuti in ipſo margine pedis (T. VI. f. 1. ξ. ξ. *v. v.*) aliosque in profunda ligamenta, vaginam peronei, ligamentum magnum a calce ad os cuboides euns T. VI. f. 2. n. qualis ramus tectus eo ligamento ad rete etiam plantae ſe adplicat q. f. T. VI. f. 2. Dedit etiam alium inoſculatum in cuboide oſſe arteriae tarſeae, & terminatur denique in ramum plantaris externae, qui cuboides os adit, cum ea arteria deſcriptus vide T. VI. f. 2. *o.* Hic omnium ultimus finis eſt poſticae Peroneae, quando ejus quam plurimi rami ſunt.

Peronea vero *anterior* non perinde conſtanter adeſt, oftes tamen a me deſcripta, neque veteribus neglecta, picta ab EUSTACHIO in T. XXVII. f. 15. cum ſuo arcu, quem cum tibiali anteriori efficit, AMATO BOURDON etiam & KEILIO notal. c. Haec eſt *rameau conſiderable, qui ſe plonge entre le tibia & le peroné* WINSLOW n. 283. Omnes etiam auctores hanc Peroneam habent, qui WINSLOWUM ſequuntur. Nata, uti dixi, emergit ad malleoli externi ſedem lateralem (*T. corp. tot. poſt. fin.*) ad tendinis achillis exteriora, dat continuo ramum ſurſum ad fibulam, & antrorſum transverſim ſparſum per imae tibiae exterioris perioſtea, & retia facientem cum ramo, quem continuo dicam, & inoſculatum cum ramis variis tibialis anticae adeuntibus tibiae perioſtea.

Alium inde dat ramum, per imam fibulam ex oppoſito prioris, & ad muſculos inde ortos peroneos: alium ad malleolum externum & eosdem muſculos, & perioſtea, irretitum cum priori proxime dicto, & cum poſtica peronea. Alium ramum cuti dat.

Emergit porro, ſitque anterior in angulo inter anteriorem fibulae finem tibiamque (ad H. T. IV. & *T. corp. tot. poſt. fin.*) Ibi retro extenſores pollicis & digitorum duobus pollicibus ſuper malleolum externum & cartilaginem ſemilunarem tibiae anaſtomoſin inſignem transverſam habet cum tibiali anteriori (T. IV. *a. corp. tot. fin.*). Eam EUSTACHIO expreſſit T. XXVII. f. 15. An haec eſt *arcade avec l'artere Tibiale anterieure* WINSLOW n. 284? Ea arteria dat perioſteo tibiae ramos adſcendentes, inoſculatos proxime prioribus, alios ad capſulam articulationis tali, alios ad ligamentum armillare, & ad tendines extenſorios, alios ad perioſtea fibulae deſcendentes ramos, inque tarſeae ſurculos inoſculatus. Quoties abeſt Peronea antica, toties haec arteria malleoli externi a Tibiali anteriori naſcitur.

Pergit autem Peronea ſecundum malleolum externum extrorſum ire. Dat ramos unum alterumque tendini Achillis *T. corp. poſt. fin.* Dat ramum deſcendentem ad capſulam articulationis fibulae cum talo, & ad perioſtea, ibique cum ramo tarſeo tibialis anticae duas non minimas anaſtomoſes habet (T. IV. B. C.). Is ramus junctus his tibialibus exit in extenſorem brevem usque.

Edit inde peronea antica tres quatuorve ramos in tendinum peroneorum armillas, qui etiam cum peronea poſtica anaſtomoſes habent, jam dictas. Etiam iſti rami extenſori brevi digitorum ſurculos exhibent. Truncus anterior ſequitur hinc tendinem brevis Peronei, inde extenſoris brevis oram (T. IV. β.). Dat ramum ad ſedem lateralem exteriorem calcanei ejusque perioſtea, & ante tendines peroneorum & retro eos, inoſculatur etiam & cum proprio trunco ſuo, & cum ramis peroneae poſticae. Inde ad cuboides os pergit, & pulchram ibi anaſtomoſin transverſam habet cum Tarſea tibialis anticae, alteramque minorem cum eadem ad quartum os metatarſi.

Truncus porro tectus tendine peronei brevis, cui ramum dat, it extrorſum, & uno ſurculo redit in abductorem minimi digiti, altero vero partim in cutem evaneſcit, & partim inter os cuboides & abductorem minimi digiti ſe abſcondit, cui ramum dat, atque plantaris externae ramo inoſculata terminatur in oſſe cuboide (T. V. f. 2. c. etſi ibi non peronea antica ſed poſtica pingitur *T. corp. poſt. fin.*). Haec ita ex corpore humano deſcripſi, ſatis gnarus, raro hanc arteriam aeque grandem reperiri, & ramos ſuperiores, atque plantares, inprimis a Peronea poſtica ſubpleri.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 273 sur 543

d rami ad calcem
e *Plantaris Externae* truncus
f *Plantaris internae truncus* 30)
g g rami ejus emergentes ad exteriora abductoris pollicis.
h & ad interiora ejusdem
i ramus *praecipuus ſuperficialis* Plantaris internae
k anaſtomoſis cum aliquo ramorum ad interiora aponeuroſeos magnae exeuntium
ʌ ramus ex profundis emergens *pollicis internus* a tibiali antica natus

11 ejus

30) Redeo ad Tibialem poſticam. Ea his prioribus ramis emiſſis, & Peronea data, porro numeroſos ramos mittit ad vicinos muſculos, flexorem longum digitorum pedis (T. V. *m. m.*) & ſoleum, indeque in cutem aliquot, tres, quatuorve & ultra, & poſticum tibialem (T. V. n.) & nervum magnum ſodalem ſuum (T. V. o. c.) unum alterumve, imo tres etiam & quatuor, tum ad flexorem pollicis longum ſ quorum ramorum numerus & incertus, & parvi momenti eſt, cum exigui ſint. Semel vidi (*Tab. corp. ant. dextr.*) notabilem ramum cum muſculo tibiali poſtico deſcendiſſe, & inter eum & ſolearem emerſiſſe, comitem Tibialis poſtici nervi, qui ramos dedit ſoleari, tendini achillis, tibiali poſtico, flexori communi, & in flexu pedis trunco ſuo inſertus tibialis poſticae deſiit.

Sed Tibialis truncus inter tendinem longi flexoris digitorum & Achillis porro deſcendit. Dat ramos aliquot, vario numero, ad tendinem achillis, & muſculos ejus (*T. corp. hum. ant. fin.*) quorum inferiores & ante eum tendinem, & retro eum, ſed anterius majoribus anaſtomoſibus, cum Peroneae poſticae ramis conjunguntur, uti diximus. Horum ramorum numerus incertus eſt, duos Tab. V. exprimit ad *α. α.* Eodem loco, dum nempe arteria tibialis ad latus tendinis achillis nuda in epiphyſi tibiae adparet, ſolo adipe cincta (*T. corp. tot. ant. fin.*) flexuoſa, ſenſim introrſum migrat, ſive verſus tibiae axin; Alii ibi rami anaſtomotici majores excurrunt. Eorum unus modo ſupra ramos tendinis achillis ortus (T. V. *T. tot. corp. poſt. dextr.*) alias potius inferius, aut transverſus aut adſcendens, ad epiphyſin, & ad imam ſuper epiphyſin tibiam it, & inſignem anaſtomoſin cum peronea habet (T. V. *tot. corp. poſt. dextr.*) Et haec ea anaſtomoſis eſt, cujus gratia Tibialem arteriam poſticam aut ligari aut amputari poſſe ſcripſi.

Alia iterum anaſtomoſis occurrit ad epiphyſin etiam tibiae & internum malleolum cutemque (T. V. *v. T. corp. ant. fin.*). In perioſteo iſte ramus & cum aliis ramis ſuperioribus Tibialis poſticae, & cum anticae ramis, retia trans epiphyſin tibiae facit. Ejus ſurculus ſurſum redeuns in T. V. exprimitur, qui in Tibia Peroneae ramo occurrit, & idem alio ſurculo venit in flexorem pollicis, & capſulam articulationis cum talo, & profundo ramo Peroneae inoſculatur. Vide *α. α.* T. V. Alia etiam in capſula articuli tibiae cum Peronea anaſtomoſis eſt.

Ad tendines flexoris tibialis poſterioris & flexoris longi digitorum T. V. Φ. unum alterumve ramum mittit eadem, & ad canalem, per quem hi tendines tranſeunt. Et nunc recepta eſt una cum nervo tibiali poſtico, & cum tendinibus flexorum, in cavam lateralem faciem calcanei (WINSLOW n. 277.). Dat ea ex ſede ramum unum (*Tab. corp. tot. poſt. dextr.*) duosve, grandes omnino, ad calcanei tuber, ad perioſtea ejus oſſis, & ad magnam etiam aponeuroſin plantae, ad abductorem pollicis, cutemque transverſim euntes, inoſculatos cum ramis Peroneae poſterioris. (T. VI. f. 16. c. d. f. 2. & *T. corp. hum. tot. ant. fin.* & *T. corp. tot. poſt.*). Inter eos ramos nonnunquam is eſt, qui anaſtomoſin grandem transverſam ante tuber calcanei habet cum peronea. Sed plerumque eum plantaris Externa generat.

Dat etiam profundum ramum ad perioſtea calcanei, talique, ſub tendinibus tibialis poſtici & flexoris communis, ad capſulam articulationis tali calcisque, adque foramina nutritia tali.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 274 sur 543

ll ejus rami minores ad cutem propagines
m *Arcus primus pollicis* 31)
n *Arcus ultimus pollicis*
o rami cutanei
p Ramus arcus profundi, qui bifurcatur ad pollicem & digitum, qui indicis loco eſt.
q Rami inde in cutem euntes
r ramus *pollicis Externus* unde anaſtomoſes u.
ss rami minores
t ramur pollicis *Externus*

WWWW

Dat alium ex cavitate calcanei ad perioſtea oſſis navicularis, & epiphyſin tibiae, qui rete facit cum Tibialis anticae ramo ſequente eamdem epiphyſin, & qui profundum ad capſulam articulationis Tibiae cum Talo ramum dat, quibus tegitur, & abductori pollicis, quo perinde tegitur. Hic ramus cum proxime priori alternat, ut modo ejus, modo prius deſcripti hiſtoria natu ae propior ſit. Idem per canalem tarſi adſcendit, & inoſculatur ramo tibialis anticae ex dorſo deſcendente, quem diximus. Eſt, ubi ejus loco alius ramus ſimilis ex plantari interna venit, quod frequentius contingit, & in *icone plan ae pedis* exprimitur. Imo quatuor eodem loco amos ex arteria Tibiali poſtica natos fuiſſe vidi, hanc quam dixi, aliam, quae flexorem brevem digitorum ſequebatur, & huic dabat, & aponeuroſi, & cuti, & cum trunco arteriae profundae a Plantari interna natae inoſculabatur. Reliqui erant interna & externa Plantaris.

Et nunc finditur poſtica Tibialis *plantarisque interna minor* ab externa majori ſecedit (T. VI f. 1. 2. T. V. r. Δ.) ad ipſum marginem abductoris pollicis.

31) PLANTARIS INTERNA arteria breviter VESALIO dicta eſt, cui eſt *ramulus internae pedis regioni oblatus* p. 493. 494. *L'un des rameaux vers le gros orteil* AMATI BOURDON p. 719. *Minor verſus pollicem* VERHEYEN p. 278. Expreſſit utcumque COWPERUS, *one under the Thenar* KEIL p. 346. *Der erſte* I. E. WREDEN T. 38 KULMI & GRAMBSII, quae eadem eſt deſcriptio. *Petit rameau ou artere plantaire interne* WINSLOW n. 280. *Plantaire interne* VERDIER p. 365, in omnibus iterum WINSLOWUM ſecuti, & perinde BARBAUT p. 426. *Plantaris interna* ESCHENBACH n. 1191. SCHAARSCHMID p. 50. Minor quam externa eſt, & ab ea ſecedit in cavea laterali calcis, inter abductorem pollicis & tibialem poſticum muſculum, & continuo abductore pollicis tegitur. Dat ſurculum unum duosve, ubi primum abductore tegitur, ad tendines tibialis poſterioris, & flexoris longi digitorum, & abductorem, & perioſtea tali, inoſculatum cum tibialis anterioris ramo ſaepe citato, & cum alio ejusdem epiphyſi tibiae dato, & cum iis etiam inoſculatum, quos ex Tibiali trunco natos modo diximus, & cum ramulis arteriae θ. T. IV. Alium dat obductori pollicis, cujus ſurculus magnam anaſtomoſin peroneae & plantaris adit, & cum grandi ramo trunci tibialis poſtici communicat. Alium flexori brevi mittit.

Alium profundum ad ſedem internam calcanei edit, & ad ligamentum, quod a calce ad os cuboides it. Tegitur is ramus carne quadrata, ipſique ramum dat, & ad brevem flexorem, inoſculatum tum ramis magnis tuber calci adeuntibus, tum ramis profundae plantae. Plures alias ejusmodi calcem adeunt inter ſe, & cum profunda calcis irretiti. Ab eo etiam ramo vidi natam eam, quae per canalem tarſi euns, cum dorſali tarſea communicat.

Alter profundus, qui alias ulterius demum naſcitur, nonnunquam continuo provenit, ad carnem quadratam, & ad abductorem pollicis, & ad calcem, ad tendineas vaginas peroneorum, ad perioſtea cuneiformis oſſis primi, ſecundi & tertii, ad os cuboides & carnem quadratam venit, & inoſculatur ramo plantaris externae profundo, & internae profundo, quem dicam, & prioribus calcem adeuntibus. Alias brevior eſt, & in calce manet.

wwww arcus ad unguem in omnibus digitis

x furca ſecunda ex trunco Plantaris Externae ad digitum indicem & medium

y *Indicis externa arteria*

z *tertii digiti arteria interna*

α *Arteria digiti tertii quartique*

β ramus *externus medii digiti*

γ *internus quarti*

δ Arteria digitalis quarti quintique digiti

ε *Externa quarti*

ζ *Interna quinti*

η *Externa quinti*

θ Ramulus rami x ad arteriam digitalem tertiam inoſculatus

ι Ramus plantaris Externae, emergens ad digitos quartum, quintumque δ

λλ Rami ſuperficiales ad cutem & adipem euntes

μμμ rami emergentes per aponeuroſin magnam plantam ipſam perforatam

νννν rami emergentes ad exteriora ejus aponeuroſeos

ξξ rami varii a Peronea, unde anaſtomoſes & rete cum ramis tibialis poſticae fiunt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 276 sur 543

FIG. II.

Arteriae profundae pedis. Refecti ſunt pollicis abductor & adductor & flexor parvus, & brevis flexor digitorum, & caro quadrata, & digiti minimi muſculi. Relicti interoſſei, transverſi & ligamenta tarſi. Ob copiam vaſorum, in exiguo ſpatio conprehenſorum, alias literas muſculis & oſſibus deſtinatas appoſui figurae umbris pictae, alias arteriis ſolis figurae umbris deſtitutae.

OSSA ET MUSCULI.

A tuber calcanei.
a vallecula ante id tuber.
B Talus.
C ejus caput.
D os naviculare.
E os cuneiforme primum.
F os metatarſi pollicis.
G os primum pollicis.
H os alterum pollicis.
I os primum indicis.
K alterum.
L tertium.
M os primum digiti medii.
N alterum.
O tertium.
PQR Eadem officula digiti quarti.
SS os metatarſi quintum.
TVX os primum, alterum, tertiumque digiti minimi.
Y os metatarſi alterum aliqua parte nudum.
Z tertium aliqua parte nudum.

Γ Quartum.
Δ Spatium inane inter duo ossa metatarsi
Θ Transversus musculus pedis.
ΛΛΛΛ Tendines flexoris digitorum.
Ξ Flexoris pollicis tendo
Σ Interosseus septimus
Φ Sextus
Ψ Quintus
Ω Quartus
α Tertius
β Secundus
γ primus
δ Ligamentum magnum ab osse calcis ad cuboides & metatarsi os quartum euns
εε tendo peronei Longi
ζ cauda ligamenti δ obnubens peroneum longum
η ligamentum a calcis tubere anteriori in cuboides euns
θ ab osse tali in cuneiforme medium
κ altera origo abductoris pollicis
λ Ligamentum θ continuatum ultra abductorem
μ Ligamenti δ insertio in os metatarsi quartum.

VASA EJUSDEM FIGURAE.

A arteria *Tibialis postica*
B ramulus ejus superficialis
C ramus ad anteriora tuberis calcanei
D ramus cutaneus arcum faciens cum Peroneae ramo
F ramus ad abductorem pollicis
G *Plantaris interna*
H H Ramus ejus *Profundus interior* 32)

I Sur-

32) E regione oritur ramus, qui longe sequitur limitem abductoris pollicis, quo tegitur, & quem voco *Interiorem ramum plantaris internae* T. VI. f. 2. H. H. natum ad os naviculare. Eum alias uno trunco nasci video, & T. VI. f. 2. & nunc coram est: Alias truncus internae plantaris plures emittit ramos sibi inosculatos, qui confluunt, & tunc eum aliquot rami arteriae plantaris internae generant, ut in T. *corp. tot. post. dextr.* in Talo, osse naviculari & cuneiformi primo nati. Ab eo trunculo numerosi surculi cutanei exeunt, ad interiora abductoris ludentes, qui etiam trans eum abductorem non raro cum sequentis rami surculis

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 278 sur 543

I Surculus ad ligamenta Tarſi inprimis
K K Arteriae plantaris internae truncus

L ra-

lis inoſculantur T. VI. f. 1. *b. b.* Alii rami circumeunt os tali & naviculare, & cum ramis tibialis anterioris conveniunt T. VI. f. 2. *L. M. M.* T. IV. *w. w. w.* aut cum ejusdem arteriae ramis ad os cuneiforme ortis. Alii ludunt in perioſteis tali, navicularis oſſis, cuneiformis primi & metatarſi primi, & inprimis circa cuneiforme primum emergunt, & cum prioribus & cum ſequentibus conjuncti. Alius in talo inoſculatur ramo ex conjunctione tibialis anticae & plantaris externae nato, & emergenti circa os metatarſi primum T. VI. f. 2. *θ.* prope *a* danti ſurculos abductori pollicis. Denique ramus, quem dixi, inoſculatur ramo interno hallucis, alias dorſali, ut T. IV. *ξ* alias volari, quod frequentius, ut T. VI. f. 2. prope *w.* Hic idem trunculus eſt, quem in Tibialis anterioris etiam hiſtoria deſcripſi *θ* T. IV.

Alias omnino nullus hujusmodi trunculus eſt; ſed meri ſingulares rami, qualis fabrica T. *poſt. dextr.* exprimitur; li rami ſunt iidem, quos deſcripſi, & quos dixi ex *interno* ramo natos, & quos his in exemplis ipſe truncus edit, qui pro eo ramo tunc ſolus adeſt.

Truncus Plantaris internus carnem quadratam & abductorem pollicis ſequitur, & dat alium ramum, *profundum plantae* T. IV. f. 2. e. abductore pollicis tectum, ad ligamentum a cuneiformi altero in calcem euns, & ad perioſtea oſſium calcis, navicularis, cuneiformium ſecundi, tertii, & cuboidis, totam adeo valleculam plantarem, quae inter os cuboides & cuneiforme primum excavatur, & in perioſteis & in ligamentis calcis rete facit. Is cum ramis plantaris internae jam dictis ad profunda plantae euntibus, atque cum ramo ex peronea & plantari Externa miſto, & cum trunco plantaris externi ſurculo profundo, & cum arteriis retrogradis ab arcu tarſi natis, & cum arteriae tibialis anterioris ramo grandi pollicari anaſtomoſes habet *T. corp. poſt. dextr.* Ab iſto etiam ramo alius ſurculus ſubit canalem tarſi, & cum dorſali ramo communicat, qui a tarſea naſcitur. Idem in cuneiforme primum os & metatarſi primum emergit, & cutaneus fit, conjunctus cum tibialis anticae ramis. T. VI. f. 2. h. Idem ramos exhibet carni quadratae, flexori brevi digitorum, adductori pollicis, & flexori brevi. Hanc profundam minime raro non iſte ramus, ſed internus Plantaris internae generat.

Porro alia adhuc profunda ad os cuneiforme primum nata, deſcendit in perioſtea, & in cuneiformi primo cum arteria *profunda* T. VI. f. 2. o. proxime priori, & in oſſe metatarſi pollicis cum arteria illa miſta ex utraque tibiali, quae marginem pedis ſequitur, inoſculatur T. VI. f. 2. *T. corp. tot. dextr.* Idem ramus dat capſulae articulationis oſſis cuneiformis primi, & metatarſi primi, & cum ramo Plantari externae *q.* T. VI. f. 2. ex ſede oſſis cuboidis nato, carnique quadratae dato, & cum profundo priori, qui caveam plantae pedis adit, & qui pollicis abductori dat, & cum ramo Externae plantaris profundo altero in oſſis metatarſi ſecundi capite communicat, atque denuo vel trunco arcus plantaris, continuo ad os metatarſi hallucis inſeritur, vel, ut in *Tab. tot. corp. poſt. dextr.* ramo hallucis. Alias ejus loco ramus eſt, qui cum flexore brevi digitorum in plantam venit, & cum rete a plantari Externa nato circa tendines peronei communicat. Alias etiam minor hic ramus eſt, in cuneiformi primo & oſſe metatarſi pollicis manet, atque cum ramo priori profundo, & cum ramo tibialis anticae os cuneiforme primum adeunte, & cum dorſali pollicis, & cum rete priori inoſculatur.

Truncus idem Plantaris internae, datis adhuc cutaneis ramis ad interiora abductoris pollicis exeuntibus, procedit inter flexorem brevem, quorum utrique dat, & inter eum abductorem, atque novum ramum inſignem edit in principio oſſis cuneiformis primi, verſus flexorem digitorum brevem euntem, quo tegitur. *Externus ramus internae plantaris* meretur dici & T. VI. f. 2. pingitur ad Z. Is ramus edit cutaneos varios, unumque ramum ad principium oſſis metatarſi primi T. VI. f. 2. C. qui in hoc cadavere tectus aponeuroſi magna extrorſum receſſit, ſodalis flexoris brevis, hinc trans lumbricales adhuc junctos dedit flexori brevi, lumbricali primo, ſecundo, adipi cutique ad ſecundi & tertii digiti principium, tum adductori pollicis, & abductori & inoſculatus eſt truncis digitalibus ab arcu plantari natis, inter quartum & tertium digitum communibus T. VI. f. 2. d. & inter tertium & ſecundum, duobus tribusve locis. Altero ramo redit in viam, & inſeritur ramo pollicis proprio externo ib. *b.* Is ſurculus lumbricali primo ramum dat. Vidi, grandiorem fuiſſe, & uno ſurculo lumbricali primo dato inſertoque, ut modo dixi pollicis arteriae, altero etiam lumbricali primo dato, trunculum effeciſſe, qui arterias indicis mediique plantares illam externam, hanc internam generavit.

Hic

L ramus ex H circum talum flexus ad ramum θ T. IV. inoſculatus

MM ramus circa os naviculare flexus & alter circa os cuneiforme primum cum eodem inoſculatus.

N anaſtomoſis cum ramo profundo Tibialis anticae

O ramus circa os primum metatarſi flexus occurrens dorſali pollicis

P finis arteriae k inoſculatus arteriae pollicis

Q arteria a tibiali anteriori faciens arcum plantarem.

R anaſtomoſis inter duas arterias pollicis ſub oſſibus ſeſamoideis 33)

S ar-

Hic caeterum arcus videtur ſuperficiali arcui manus analogus eſſe, etſi in eo maxime pes a manu differt, quod in manu arteriae digitorum ab arcu ſuperficiali proveniant, quem ideo natura magnum facit in pede a profundo, quare in pede ſuperficialis exiguus eſt.

Alius ramus, alias viſus, trunci iterni cuti dat, & perioſteis primi oſſis pollicis, idemque cum flexoris tendine procurrens, interior, in ramum internum hallucis inſeritur diverſus a prioribus.

Medius porro truncus internae plantaris ſub abductore pollicis, per medium os cuneiforme primum, & primum metatarſi editis minoribus ramis erumpentibus ad cutem adipemque verſus primum & ſecundum digitum, etiam trans abductorem pollicis euntibus, & inoſculatus cum furculis rami interioris, inſeritur ultimo in arteriam pollicis interiorem natam a Tibiali antica. Ita ſe habet T. VI. f. 2. P. ubi plantaris interna exigua eſt. Vel in exteriorem pollicis ſe inmittit, ut *in pede dextro tab. corp. tot.* ubi pariter exigua eſt, & ita mihi plerumque habere videtur, ut oporteat arterias pollicis pro tibialis anticae propaginibus habere, quarum exigua acceſſio haec interna plantaris eſt. Sed alias eadem, grandior, dat ramos metatarſo pollicis, & ad finem oſſis primi emergit, atque incurvatur introrſum euns ſub oſſibus ſeſamoideis. Ibique finditur.

Grandior ramus eſt *pollicaris internus*. Ejus hic tres rami notabiles fuerunt, alias duo ſunt. Prior retrogradus recipit ramum ex utraque tibiali compoſitum toties dictum θ. T. IV.

Alter eſt *dorſalis internus hallucis*, qui etiam absque priori ramo, eſt altera pars arteriae pollicaris. Is excurrit ad finem usque officuli ſecundi pollicis, & ad unguem, & cum ramo dorſali externo, a tibiali antico nato, perpetuum arcum efficit, a quo ad cutem ungui ſubjectam & finem digiti rami exeunt T. IV. ϖ. Alias ita oritur, ut ex una diviſione plantaris internae haec unus ramus ſit, arteria vero, quae utramque plantarem pollicis dat, ſit ramus alter. Talem cum arteria tibiali antica inoſculationem deſcribit WINSLOW n. 280. paucis verbis.

33) Tertius conſtantior ramus eſt *plantaris internus pollicis* T. V. f. 1. u. Is dat continuo duos ramos majusculos capſulae articulationis pollicis cum metatarſo, & oſſibus ſeſamoideis, etiam inter ſe & cum externa plantari hallucis inoſculatos Tab. VI. f. 2. R. etſi aliter hic arteriae pollicis natae ſunt. Alii ad eamdem capſulam veniunt a perforante arteria prima. Inde ad finem pollicis excurrit, & uno grandi transverſo ramo cum *Externa* pollicis, tecto flexorio tendine in primo pollicis oſſe, altero in ultimo officulo ad principum unguis cum eo unitur, ramosque ex arcu iſto ad pulpam unguis ſubjectam tactoriam exhibet T. VI. f. 2. T. X. qui in minimas arenularum ſimiles, inconſpicuas papillas terminantur ϒ. Alii ramuli tendini flexorio, perioſteo, cuti & articulationibus inmittuntur.

Ramus alter plantaris internae, qui eamdem terminat, *externus plantaris hallucis* eſt, qui uno furculo ſecundum oram externam hallucis, ſimilis interno modo dicto, excurrit T. VI. f. 1. c. c. altero latus internum indicis adit ſimilis, ſimilemque arcum facturus *d*. In hanc arteriam ramus tibialis anterioris inſeritur, qui ϛ in T. IV. tum ramus arteriae ſuperficialis T. VI. f. 2. *b*. Caeterum non ſatis video, ut poſſit dici, alterum ramum plantaris internae primas phalanges digitorum minorum adire, ut quidem

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 280 sur 543

S arteria *pollicis interna.*
T Arcus in pollicis oſſe primo.
V V rami hujus arteriae S ſuperficiales.
X arcus ad unguis radicem.
Y rami ad pulpam tactilem.
Z Ramus *externus* a plantari interna.
a ramus arteriae tibialis anticae in planta pedis.
b ramus anaſtomoticus arteriae Z inſertae arteriae pollicis externae.
c ejus ramus ad *pollicem exterior*
d ramus ad indicem interior
e ramus profundus ad plantam pedis
f rami ejus occurrentes peroneae ſuper ligamentum
g h ramus e ad os cuneiforme primum & adipem
i *Plantaris externa* 34)
k ramus ad adipem.
l arcus cum peronea, unde rami ad calcis tuber 35)
m *Peroneae poſticae* ramus.
n

dem apud WINSLOWUM lego n. 280. & apud omnes ejus ſequaces, niſi eo titulo ſuperficialem ſive externum ramum plantaris internae velint. p. 46.

34) *Plantaris externa* non valde veteribus nota fuit. *Unico digito minimo* tribuit I. LEONCENA. Eſt *autre rameau de* BOURDON p. 379. *Ipſa valde profunda incedens* VERHEYENI p. 278. l. c. n. Arcum & ramos digitales habet COWPERUS, eorumque arcus ad ungues. *The other* KEIL p. 346. *Der zweyte* WREDEN T. 38. qui etiam arcum cum Tibiali antica habet, & KULMI, & GRAMBSII, quae eadem eſt deſcriptio BOURDONI. *Grand rameau ou artere plantaire externe* WINSLOW n. 278. *Plantaire externe* VERDIER p. 365. BARBAUT. *Plantaris externa* ESCHENBACHI n. 1190. SCHAARSCHMID p. 49. Utramque plantarem, ſed adeo male, deſcribit SYLVIUS, ut vix adgnoſcas. Ab interna enim plantari jam in medio tibiae nata duos pollici, duos indici ramos unumque medio dari contendit, & ab externa reliquos deducit.

Verus continuus truncus arteriae tibialis poſticae eſt, & ſi velis, ultimus truncus aortae recte notante VESALIO p. 494. ſemper mihi major viſus, quam Interna arteria, uti majori parti pedis proſpicit, etiam in eo ſimilis arteriae cubitalis, quae majorem, quam radialis, partem manus ſuis ſurculis adit & profundum arcum efficiens cum antica tibiali, ad latus pollicis adveniente, ut iſta cum radiali, efficit. Ex diviſione adeo tibialis poſticae arteriae nata, ſenſim extrorſum vergit, inter flexorem brevem digitorum pedis, & quadratam carnem, quorum utrique multos ramos mittit, & alios cuti dat & abductori digiti pollicis.

35) Primus ramus ſecundum finem anteriorem tuberis calcanei transverſus it, & partim in tubere calcis, ejusque perioſteo, hinc cum ramis tibialis anticae, inde cum ramis Peroneae rete facit, & partim in cutem erumpit, & ſimiles cum utroque vaſorum, quae dixi, genere plexus facit, T. VI. f. 1. C. D. partim magnam transverſam anaſtomoſin cum peronea poſtica conſtituit T. VI. f. 2. *l.* qui arcus aliquando princeps arteriae Peroneae finis eſt, ut in corpore, ad quod picta eſt *T. corp. poſt. dextr.* Hanc anaſtomoſin duplicem fuiſſe vidi.

Ab eadem plantari externa ramus ad perioſtea calcis, & ad ligamentum magnum plantae venit T. VI. f. 2. Is ramus alias ex trunco adhuc indiviſo

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 281 sur 543

n Surculus anaſtomoticus cum Plantaris internae ramo f.
o ramus a peronea inoſculatus in ramum v. arteriae plantaris externae.
p p truncus plantaris Externae.
q q rami ejus cutanei & ad adipem
r ramus anaſtomoticus cum Peronea
s Surculus ejus inoſculatus cum interoſſea maxime exteriori
t trunculus *interoſſeus plantaris* extimus 36)
u ramus plantaris Externae ad digitum minimum
v v Ramus ſuperioris interoſſei.

x *Ex-*

viſo tibialis poſticae provenit, ut in *pede dextro tab. corp. tot.*

Inde truncus externae plantaris alias tectus carne quadrata, alias in ejus ſuperficie incedit extrorſum, dat huic duos ramos, & tectus inde flexore brevi, cui etiam ramos mittit, & quem ſequitur, aliquo porro ſpatio nudus, in eo itinere varios alios ramos cutaneos generat, qui partim ad interiora aponeuroſeos plantae in adipem cutemque erumpunt, pauciores ii, partim ad exteriora, hi numeroſi, & inoſculati interioribus ramis, & alios trans aponeuroſi minimi digiti ad cutem euntes, quae pedis oram terminat. Talem grandem cutaneum ramum expreſſi *T. corp. poſt. dextr.* multos in T. VI. f. 1.

Alium porro dat *profundum* in calce, tectum abductore & flexore digiti minimi, ad eos muſculos & calcaneum, qui in parte externa laterali calcis anaſtomoſin habet cum ramo deſcendente Peroneae *T. corp. tot. dextr.* Hunc ramum vidi confluxiſſe ex ramo ſecundo anaſtomotico transverſo calcis, & ex alio trunculo ad oram externam carnis quadratae ab externa plantari orto, & patula anaſtomoſi confluxiſſe in unum ramum cum propagine Peroneae poſticae, quae cum tendine Peronei longi deſcendebat. Ita natus ramus & circa os cuboides & os metatarſum quintum anaſtomoſes cum tarſea fecit, & ramos nutritios faciei externae calcis dedit, ramosque ad rete profundum calcis cum plantaris internae ramo profundo inoſculatos.

Ad finem porro anteriorem oſſis cuboidis oritur T. VI. f. 2. *r.* ex trunco arteria alia profunda, alias trans ligamentum a calce ad os cuboides euns, tecta flexore & abductore minimi digiti, quae cum ramo plantaris externae, quem dicam, & cum ſurculis ultimis Peroneae anterioris & poſterioris T. VI. f. 2. *o.* cum oſſe cubiformi advenientibus, anaſtomoſin habet, & cum tarſeae ultimis finibus, quae circa tendines peronei utriusque deſcendit, & ad ligamentum a calce ad os cuboides euns duplicem habet anaſtomoſin, & profundam, & cuti propiorem. Ita naſcitur rete ex plantari interna ejusque ramis profundis jam dictis *T. corp. poſt. dextr.* & externae hoc & priori ramo, cui ſe etiam a Tibiali antica, atque a peronea rami ſe inmiſcent. Id rete ludit per ligamenta cavi tarſi, & ſurculos, tectos ligamentis, ad perioſtea dat. Hi caeterum rami non perpetui ſunt, & eos ſupplent non raro alii, quales dicemus T. VI. f. 2. Rete autem nunquam deeſt, a ramis Plantaris Externae & Internae factum, cui peronea etiam ſuos ſurculos inmittit *u.* T. VI. f. 2.

Dat porro Plantaris externa aliquot ramos abductori digiti minimi, & eo tectos ad perioſtea, inque profunda fovea, qua pes terram comprehendit. Eorum *unus* retro initium oſſis metatarſi quintum, ante os ſeſamoides digiti minimi excurrit, & inoſculatur ramo modo dicto, profundo, miſto ex peronea, & plantari Externa; alios etiam exiguos arcus tectos tendine Peronei longi cum peronea poſteriori habet. Alias ſimilis inde ramus ſodalis vaginae peronei, retro principia oſſis metatarſi I. II. & III. incedit *T. poſt. dextr.* Alius ejus ramus anaſtomoſin habet cum externa digiti minimi, & cum rete illo, quo plantaris externa cum interna in tarſo conjungitur. Trunculus hujus arteriae ad cutem nonnunquam emergit *u.* T. VI. f. 1.

36) Inde naſcitur ex trunco Plantaris Externae *ramus Externus*, qui primo tegitur muſculis abductore, adductore, & flexore digiti minimi, ſodalis oſſis metatarſi quinti T. VI. f. 2. *u. u.* Ejus ut varia hiſtoria eſt & multiplex, praecipuos nexus enarrabimus. Dat nempe ramum muſculis citatis, & perioſteo, qui cuti etiam ſurculos exhibet, & vel ſolus vel cum ramo trunci ſui plantaris nempe Externae proprio, dante adductori pollicis, & capſulae articulationis quarti metatarſi, & inſerto externae arteriae minimi digiti coeuns, conſtituit *arteriam externam plantarem digiti minimi*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 282 sur 543

χ *Externa plantaris* minimi digiti.
ψ arcus ad unguem cum interna minimi digiti
ζ Truncus Plantaris externae *arcum* faciens plantarem
α anaſtomoſis inter arteriam *Digitalem plantarem quartam* & arteriam digiti minimi externam
ι ramus ad interoſſeum ſeptimum & ſextum, unde
β *perforans tertia anterior.*
γ *arteria digitalis quarta*
δ *ramus digiti minimi interior*
ε *ramus digiti quarti exterior*
ζ arcus ad unguem
Δ ramus retrogradus
η ramus *interoſſeus plantaris ſecundus* 37)

θ Ra-

mi. Ea de more ſuos ramos edit, quorum unus ſub fine anteriori primi oſſiculi minimi extrorſum it, & cum ramo tibialis anterioris metatarſeo deſcendente communicat T. IV. Ipſum iſtum truncum, qui dedit externam arteriam minimi digiti, vidi rediiſſe in arteriam digiti quarti & quinti, & cum ea anaſtomoſin habuiſſe.

Deinde ab ora anteriori carnis Quadratae, reliquus truncus Plantaris Externus, tectus flexore brevi, incipit introrſum flecti, & una propius ad extremos digitos declinare, & conſtituit adeo *Arcum plantarem* T. VI. f. 2. *Q. tab. corp. tot. dextr.* Hunc arcum primus dixit PHILIPPUS VERHEYENIUS, & inter ramum plantaris internum, atque tibialem anticam, rete intercepi recte obſervavit. Icon non bona eſt. Vide p. 279. & T. cit. *q. r. r. n.* Uno verbo eam communicationem exprimit CHESELDENIUS, melius vero pinxit COWPERUS in utroque crure l. c. Eſt *Arcade &c.* WINSL. n. 278. *Arcade Plantaire* LIEUTAUT p. 499.

Is arcus per partem poſteriorem oſſium metatarſi quarti, tertii & ſecundi, tectus lumbricalibus, brevique flexore, ſuccumbens interoſſeis, in vniverſum transverſus incedit, non absque alternis aberrationibus, ut modo antrorſum, modo retrorſum iterum incedat, donec in majori ramo, aliquando integrae lineae diametrum habente, tibialis anticae, ad os metatarſi pollicis ita ſui finem faciat (WINSLOW. n. 278.) ut dictu difficile ſit, an ad hanc omnino plantarem externam arcus plantaris pertineat, & tamen jura anticae tibialis potiora ſint, quae diametro plantarem ſuperet, & cujus truncus ita dirigitur, ut rami arcus plantaris angulos cum ipſo obtuſos, cum plantari externa acutos faciant, atque adeo etiam hoc ex principio potius ad tibialem anticam ſpectent.

37) Edit continuo arcus plantaris ramum *profundum* T. VI. f. 2. *t.* Ejus unus ſurculus profundior inter ſeptimum & ſextum interoſſeum incedit T. VI. f. 2. r. & in utrumque ramos dat. Reliquus trunculus os metatarſi Quintum adtingit t. ib. habet a cuboide oſſe anaſtomoſin cum ramo r. & trans oſſis metatarſi quinti duas tertias partes cum metatarſea aliam *T. corp. ant. fin.* & T. IV. *ε.* Sequitur trunco ſuo (t. t. ib. T. VI. f. 2.) metatarſi quinti latus interius altiusque, dat perioſteo ejus oſſis, & interoſſeo ſexto & ſeptimo, inoſculatur ramo *α* arteriae digitalis a plantari externa natae, inoſculatur etiam perforanti anteriori intervalli quarti, atque in digitum minimum venit, quartumque, atque ſecundum eorum articulationes cum metatarſo in ramos dorſales primos digitalium ſe inmittit. Idem flexori parvo, & adductori digiti minimi ramos exhibet. Alter hujus rami ſurculus, nempe *perforans anterior tertia* dat ramos retrogrados ad capſulas articulationis quarti & quinti digiti cum ſuo metatarſo, adque tendinem peronei longi, & inoſculatur ramo profundo utrique, tum illi quem interna plantaris, tum huic quem externa generat, & adſcendit ad pedis dorſum valde multifida, ad os metatarſi minimi, & quarti digiti. Dat ibi *dorſalem minimi externam*, quae cum externae plantaris, ramo circa os metatarſi quintum anaſtomoſin habet. Idem dorſalem internum minimi, & externum tertii aliquando dedit. Dat nempe tunc truncum ſurſum ad dorſum pedis, & ramum inter quintum & ſextum interoſſeum, dat muſculis ſibi incumbentibus minimi digiti abductori, & in quinto interoſſeo inſeritur ſequenti ramo. Alias haec perforans minor eſt.

Proxime ab arcu plantari venit ramus interoſ-

ſeus

ϑ Ramus retrogradus arcus plantae alius
ϰ anaſtomoſis rami Z. cum ramo ſuperficiali rami *digitalis tertii.*
λ Perforans *intervalli ſecundi* poſterior tectus transverſo & inſertus Digitali tertiae
ξ ramus interoſſeae ſecundae ϱ inoſculatus digitali tertiae
μ origo rami *digitalis tertii* 38)
ν ejus iter ad digitos tectum quadrato.
ξ arteria *interna digiti quarti* 39)
π *Externa tertii*
ϱ arcus ad unguem σ Ar-

ſeus ſexti & quinti interoſſei comes, qui & ipſe circa quartum os metatarſi circumductus perforato intervallo cum dorſalibus communicat. Dat etiam cuti & lumbricali quarto. Hic alias rami digitalis ſequentis ſurculus eſt.

38) Inde vero magnus ex eo arcu ramus abductorem & adductorem quinti digiti ſequitur, cutaneus tamen, & cuti ramos numeroſos exhibens, qui ad exteriora magnae aponeuroſeos exeunt. Idem alios ad abductorem & adductorem minimi digiti mittit, & tectus transverſo, cui & lumbricali quarto, & cuti ramulos dat, in utriusque minimorum digitorum intervallum venit, & recipit nonnunquam ramum alium plantaris externae ſuperficialem, transverſo muſculo & cuti datum, tunc finditur, & generat *plantarem internam minimi & externam quarti digiti.* Idem alias generat *perforantem* anteriorem tertiam. Externa quarti digiti, ut ſtatim diximus, anaſtomoſin cum dorſali habet.

Alii tamen etiam hujus rami ſurculi ſunt. Et eorum quidem unus in fine oſſis metatarſi quarti natus profundus α T. VI. f. 2. inoſculatur cum ramo jam deſcripto p. 50. fin. tegitur flexore longo digiti ſui, cumque eo *externam digiti minimi* arteriam efficit. Vidi etiam arteriam digiti minimi duobus principiis natam, & cum plantari medium flexorem parvum comprehendiſſe, & iterum eſſe unitum *T. corp. tot. dextr.*

Alias ramus perforans *poſterior intervalli tertii*, qui idem interoſſeo ſeptimo dat, & quinto, & ſexto, & capſulis articulationis metatarſi cum digitis, quos dixi, oritur ex ipſo trunco Plantaris externae, interius paulo quam prior.

Sequitur ad latera interoſſei quinti *retrogradus* retrorſum euns. Hic reliquis perforantibus major eſt, dat capſulis articulationis digitorum cum metatarſo, & irretitur cum profundo rete. Idem perforante trunculo venit ad dorſum pedis, & ibi dat oſſis metatarſi cum digito quinto articulationi, atque dorſali ejus intervalli inoſculatur *T. ant. corp. dextr.* Cum quinto etiam interoſſeo ad eum muſculum & carnem quadratam & originem adductoris pollicis venit T. VI. f. 1. 2.

Inde ad oram internam interoſſei ſeptimi naſcitur *arteria digitalis tertia* T. *corp. tot. poſt. dextr.* quae transverſo muſculo tegitur, & inoſculatur cum ramo externo jam dicto arteriae digiti minimi externae, dat cutaneum digito quarto, dat alium ramum emergentem ad transverſum, cutem, lumbricales tertium & ſecundum, coit cum ramo externo plantaris internae uno duobusve locis T. VI. f. 2. Z. & abit ad digiti Quarti latus internum, & externum tertii T. *corp. tot. poſt. dextr.* Generat perforantes anteriores, quae ſunt ad latus internum & externum digiti tertii, & ramuſculos dat capſulis articulationis cum digitis, & interoſſeo tertio. Hic ramus in alio cadavere, unde T. VI. f. c. V. picta eſt, demum in oſſe metatarſi tertio natus, minus ordinata fabrica, tamen extrorſum repſit, & dedit tertio quartoque interoſſeo, & flexori parvo pollicis, & lumbricali tertio, ſecundo & primo, caetera ſimilis.

Et nunc in metatarſo tertio arcus plantaris flexore parvo pollicis tegitur. Hic proprium nonnunquam arcus plantaris ad lumbricalem tertium quartumque ramum miſit.

39) Sequitur ramus aliquando cutaneus, qui verſus quartum digitum excurrit, datque ramos cutaneos numeroſos, perforantes etiam aponeuroſin magnam plantae, tum ſurculos quinto interoſſeo ſextoque. Eſt ϱ. T. VI. f. 2. Ab eo trunculo ramus *perforans poſterior ſeu major ſecundus* naſcitur, qui inter quartum & quintum interoſſeum partim ſuis ramis dividitur, obſequens utrique, partim ad dorſum pedis emergit. Surculus ejus cum ſequente anaſtomoſin habet. Iſte perforans alias ex trunco oritur T. *corp. poſt. dextr.* & adit etiam periofteon vicinum oſſis metatarſi quarti, & interoſſeum quintum, adductorem pollicis, vaginamque peronei longi, & inoſculatur reti plantae pedis. Perforat autem intervallum duorum oſſium metatarſi vicinorum, & cum dorſali ejus intervalli ſecundi inoſculatur *T. corp. tot. ant. dextr.*

Alius porro ex arcu plantae retrogradus in origine quarti interoſſei natus eſt, qui dedit huic

 muſcu-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 284 sur 543

σ Arteria *digitalis ſecunda* 40)
τ arteria retrograta *perforans poſterior prima* 41)
υ *ramus internus Medii digiti.*
φ *externus indicis*
χ arcus ad unguem.
ψ Truncus *arteriae Tibialis anticae* aegre adparens
ω ejus ramus ad pollicem & indicem.
Θ *perforans prima anterior* a Tibiali antica nata.

muſculo, & abductoris pollicis origini, & cutaneus factus eſt, perforata aponeuroſi T. VI. f. 2. △. Hunc alius in lumbricales ſecundum tertiumque ſurculum ſucceſſit, & alias nullus fuit.

Proximus retrogradus in adductorem & flexorem parvum pollicis it, ubi extarſo oriuntur; & nonnunquam ramus ad lumbricales intervalli tertii & interoſſeos ibi naſcitur, inoſculatus in principio digiti quarti, in arteriam digiti quarti & quinti. Alius retrogradus ad os cuneiforme magnum, & adductorem pollicis, & ſecundum tendinem peronei longi incedit, inoſculatus cum ramo profundo plantaris internae, & cum ramo profundo Tibialis anticae b. b. T. VI. f. 2. Non ſemper adeſt.

40) Deinde in metatarſo tertio corporis, quod depictum eſt in T. VI. ramus *digitalis ſecundus* inter tertium & quartum interoſſeum, vel inter ſecundum & primum, nam etiam hoc vidi, procedit, his ramulos exhibet, quorum unus ſequens os metatarſi tertium eſt *perforans anterior ſecunda*, tum cutaneum ramum, qui verſus quartum interoſſeum tendit, transverſo dat, & ad tertium quartumque interoſſeum ramum edit, & recipit tertium ramum propaginis externae Plantaris internae, eademque generat alias *perforantem poſteriorem mediam* hic non magnam. Inſeritur, ut dictum eſt, iſte ſurculus in dorſalem, quae inter digitum tertium quartumque eſt, & cum ſurculo internae plantaris in oſſis metatarſi pollicis principio habet anaſtomoſin d. T. VI. f. 2. Erumpit autem iſte ramus ad cutem, inter tertium quartumve digitum. Ab eodem digitali trunco alius ramus trans transverſum abit in digitum, qui pro medio, & eum, qui pro indice eſt, & ad transverſum. Dat etiam adductori pollicis, & lumbricali ſecundo & tertio. Eo muſculo tegitur trunculus, fitque bifurcata arteria, a qua arteria *interna digiti quarti*, & *externa digiti* tertii ſive *medii* in hoc cadavere ortum duxit.

Prope iſtum ex arcu plantae T. VI. f. 2. *T. corp. tot. poſt. dextr.* naſcitur *perforans prima*, inter ſecundum & tertium os metatarſi adſcendens, & inſerta dorſali ad ipſum ortum digitalis dorſi primae ex metatarſea natae. *T. ant. corp. dextr.* Omnes autem perforantes ramum dant, qui cum interoſſeis muſculis ſui intervalli fere ad digitum usque excurrit, hinc ſurſum ad latus utrumque vicini oſſis metatarſi adſcendit, inoſculatur interoſſeo ſuperiori anteriori, & cum duabus digitalibus vicinis earumque ramis, ad dorſum prioris inſeritur, ut in manu dicam, ſuisque etiam tarſi cum metatarſo articulationibus ramos dat.

41) Vicinus in eodem cadavere natus eſt trunculus *digitalis primus*, qui ſecundum interoſſeum ſequitur. Ab eo ramus interoſſeus profundus ad muſculum ejus nominis ſecundum & tertium exit, a quo *perforans prima anterior* magna ſatis nata eſt, quae dorſum digiti ſecundi & tertii adit. Solent autem perforantes anteriores multo minores eſſe, & dare articulationibus digitorum cum metatarſo ramos, quo etiam dorſales arteriae aliquos ſurculos mittunt, cum quibus perforantes communicant. Ab eodem autem digitali primo ad adductorem etiam pollicis, & priores lumbricales, ramus it, inoſculatus iterum cum ramo externo Plantaris internae. Trunculus ipſe tegitur transverſo muſculo, cui dat & bifurcatur, producitque arteriam *plantarem internam medii digiti* & *externam indicis*.

Inde truncus reliquus plantaris externae inſeritur trunco tibialis anticae, & dat nonnunquam ex ea conjunctione ramum ortui flexoris pollicis parvi, aliumque T. T. VI. f. 2. qui reflexus circa os metatarſi pollicis, & trans id os converſus, habet anaſtomoſin cum arteria a tibiali antica ad os cuneiforme primum & metatarſum pollicis eunte, & emergit ad cutem, ad originem oſſis metatarſi pollicis. Alias iſte ramus ad Tibialem anticam pertinet.

Vidi plantarem externam dediſſe muſculis pollicis ſeſamoideis oſſiculis inſertis, & in fine oſſis metatarſi pollicis inſertum fuiſſe arteriae non a tibiali antica, ſed a plantari interna natae, interiori pollicis, uno ramo, altero in tibialem anticam, ut ſolet.

Ramos caeterum digitales WINSLOWUS n. 279, dicit ad tres digitos minores & indicis partem externam ire, atque arcus in externo digito quoque, & nonnunquam in medio, non negligit, quales arcus ad unguem etiam COWPERI icon exprimit. Similia TARINUS habet p. 70. caeterum in his omnibus valde brevis. Nos arcus utrosque, & ramos perioſtei tendinum flexoriorum cutisque, malumus ad manus hiſtoriam differre, in qua haec omnia pleniora, & ordine meliori ſunt, ſatis caeterum ſimilia pedis fabricae.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 285 sur 543

©BIU Santé

Tab. I.

Femur dextrum a parte interiori.



J. P. Kaltenhofer del. M. Febr. 1749.

J. v. d. Spyk Sculps. Leydon 1752.

©BIU Santé

Tab. II Femoris sinistri.



Kaltenhofer del. et sc. Goett.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

©BIU Santé

Tab. III.

Femur sinistrum a parte posteriori.



J. P. Kaltenhofer del. 1749. Mons Febr.

G. v. d. Spyk Sculps. Lugduni. 1751.

©BIU Santé


Tab. IV.
Tibia sinistra anterius visa.
J. P. Kaltenhofer del. Mens. Febr. 1749.
G. v. d. Spyk Sculps. Leyden. 1751.

©BIU Santé

Tab. V.

Tibia dextra posterius visa.



J. P. Kaltenhofer del. 1749. m. Martio.

J. v. d. Spyk Sculps. Leyden. 1750.

©BIU Santé

Tab. VI.

Fig. 2.



Tab. VI.

Pes sinister posterius visus.

Fig. 1.



Fig. 2.



J. P. Kaltenhofer del. 1749. Apr.

J. v. d. Spyk. Sculps. 1750.

ICONUM ANATOMICARUM

QUIBUS ALIQUAE PARTES

CORPORIS HUMANI

DELINEATAE TRADUNTUR

FASCICULUS VI.

Arteriae Pectoris & Brachii.

AUCTORE

ALBERTO v. HALLER

MEDIC. ET PHIL. DOCT. CONSIL. AUL. ET ARCH. REG. ET ELECT.
MEDIC. ANAT. CHIRURG. BOTAN. PROF. PUBL. ORD.
SOCIET. REG. SCIENT. GOTTING. PRAES. PERPET.
ACADEMM. ET SOCC. IMPER. NATUR. CURIOS. REGG. BRIT. BEROL.
BONON. SUEC. UPSAL. GALL. CHIR. SOD.
IN SUPR. SENAT. REIPUB. BERN. DUCENTUM VIRO.

FACULTE DE MEDECINE DE PARIS
BIBLIOTHEQUE

G. D. Hiruman Graeb. de la Cour de S.M. Brit. et de l'Univ. de Göttingen

GOTTINGAE

APUD VIDUAM ABRAMI VANDENHOECKII, ACAD. BIBLIOPOL.

MDCCLIII.

PRAESIDI

ET

SOCIIS

ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM

SUECICAE

IN COMMODA PUBLICA NATAE

JUSTAE VENERATIONIS ET GRATITUDINIS ERGO

OB ADOPTATIONEM IN TANTORUM VIRORUM

COLLEGIUM

D. D. D.

ALBERTUS v. HALLER.

LECTORI BENEVOLO S.

Tabulas iſtas arteriarum artus ſuperioris, aliquot jam ab annis paratas, nunc demum edo, quod & ſculptor morae fuerit, & neceſſaria repetitio deſcriptionis properanti interceſſerit. Vigeſies & octies has arterias ab anno retro 1737. *deſcripſi, ſed nuperioribus annis fuſius. Inde nata eſt nimia pene ubertas, quae forte lectori faſtidio erit, mihi certe ſummi labo is cauſa fuit, cum in multis & ſubtilibus particulis toties naturam variari viderem, ut paſſim omnino nulla ſpes eſſet, tot diverſorum ſyſtematum unica*

)( )(*hiſto-*

hiſtoria comprehendendorum, ut in arcu profundo volae adparet. In reliquis, ut alibi monui, unam bene plenam deſcriptionem pro tela ſubpoſui, cui reliquas obſervationes intexerem, quae ex aliis corporibus natae eſſent. Arcum volae repetito expreſſi, ut obſcuram partem, quantum fieri poſſet, faciliorem redderem, maxime perforantes inferiores. Etiam hoc auxit laborem, quod multo plures hic, quam fere alibi, in arteriis Cl. Viri elaboraverint. Brevis, ut pene inutilis ſit, GALENUS *fuit.* VESALIVS *thoracicas duas, ſcapulares, profundam, radialis ramum pollicarem addidit prioribus.* SYLVIUS *Veſalium exſcripſit, &* COLUMBUS, *qui tamen interoſſeam primus adjecit, &* VIDUS VIDIVS, *&* VALVERDUS, *&* LAURENTIUS, *niſi quod arteriam humerariam jam in humero dividi vidit, &* FELIX PLATERUS, *&* T. BARTHOLINUS, *&* C BAUHINVS, *& in icone* CASSERIVS, *&* SPIGELIVS, *&* DIEMERBROECKIVS, *& ipſe hic inutilis* AMATVS BOVRDON, *etſi demonſtrantem* LESCOTIVM *citat.* JOH. VESLINGIUS *arcum aortae recte expreſſit, caeterum* VESALIUM *imitatus eſt. Nihil addidit* DOMINICUS de MARCHETTIS. I. RIOLANVS, *&* ROLFINKIVS diſſ. anat. *L. VI. c. 59. p.* 1270. *nihil praeter veriorem hiſtoriam arcus aortae boni protulit.* EUSTACHIVS *de more plurima recte expoſuit, aortae arcum, arteriam dorſalem, arteriam dorſi ſcapulae, circumflexam poſticam, interoſſeam, non tac-*

tam

tam VESALIO, *recurrentem ejus, & ramum dorſalem, arcus mammariarum cum intercoſtalibus, arcum volae. Nihil valde aut* P. DIONIS *aut* KEILIUS BOURDONIANIS *addidit.* BIDLOUS *peſſimam iconem & aortae, & inprimis brachii dedit, qua maximae neminique viſae duae arteriae brachialis anaſtomoſes exprimuntur. Meliora* VERHEYEN *habet, cui duplex arcus volae minime ignotus fuit, & interoſſeae volares arteriae. Eum ſecutus eſt* I. PALFYN Anat. Chirurg. *P. VII. c. I. p.* 240. *T.* 46. *f.* 1. J. JACOBUS RAVIUS *multo pauperior (apud* VALENTINVM Theatr. Zootomic app. *p.*120.) *ne ea quidem habet, quae ex* VERHEYENIO *laudavi.* GUILIELMUS COWPER *recurrentem ulnarem invenit, ortum vicinum thyroideae, mammariae, & vertebralis recte expreſſit : in* DRAKIANA *etiam tabula arcum ſuperficielem volae addidit.* J. ERNESTUS WREDE *multa ſatis bene habet, recurrentem ulnarem, perforantes ramos interoſſeae, arcum volae profundum, a radiali natum. Eum virum ad verbum exſcripſit* I. A. KULMUS *T. XIV. &* J. JAC. GRAMBS angiolog. *T. IV.* AUGUSTINUS FRIDERICUS WALTHER *dorſalem a thyreoidea, infraſcapularem, & thoracicas deſcripſit, obſcurius tamen & absque ramorum ſerie,* JACOBUS BENIGNUS WINSLOW *omnia liquidius expoſuit, circumflexam anteriorem poſticae addidit, anaſtomoticas tres & recurrentes tres expreſſit, & interoſſeam dorſalem, et arcum profundum volae adtigit,*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 296 sur 543

ramos humerariae potius nimis multos habet. Eum penitus convertit AUGUSTUS SCHAARSCHMID, *in compendium reduxit* VERDIER, *&* LIEUTAUD, *&* BARBAUT, *observationibus tamen nonnullis auxit* CHRISTIANUS EHRENFRIED ESCHENBACH. ADOLPHUS BERNHARDUS WINKLER, *noster olim discipulus & in theatro Gottingensi Prosector, certe egregiam, ea aetate inprimis, arteriae brachii descriptionem dedit, qua perforantes superiores, retrogradas, arcum volae profundum, ramos volares interosseos, nutritias ulnae radiique, circumflexas humeri, & alia rectius proposuit, & nostris laboribus usus, & suis.* WINKLERUM PETRVS TARIN *unice secutus est, in* Anthropotomiae *altera parte. Ego minutos rerum fines fere ubique adjeci, & perforantes superiores, inferiores, interosseas dorsales, interosseas medias, thoracicarum & mammariarum pleniorem historiam, anastomoticam brachialium, arcum carpeum, verioresmammariarum cum thoracicis, harum cum intercostalibus conjunctiones, & alia quae me minus decet repetiisse. Et ita iterum vale Lector amice, & arterias nunc medullae spinalis cerebrique, dudum pictas, proxime, inde vero totum arteriarum systema, anterius & posterius expressum, & utrinque jam finitum, certus exspecta, donec aliquando jam dictas nobis arterias coeliacam, & carotidem, si* DEVS *vitam dederit, novis observationibus recultas his subjungam. Gottingae d.* 17. *Augusti* 1752.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 297 sur 543

Arterias brachii deſcribendas ſumſi, cum quibus ſcapulae arteriae neceſſario conjunguntur. Hae iterum thyreoideae inferioris & arteriae, quae baſin ſcapulae ſequitur, deſcriptionem poſtulant. Sermonem ergo mihi faciliorem forte viſum eſt, ſi ab ipſo arcu aortae arteriam ſubclaviam comitarer, ad brachium usque, omnesque ejus ramos priores conſiderarem, exceptis cervicalibus propriis, quibus nihil cum ſcapula commune eſt, vertebralibus, intercoſtalibus ſupremis, aliisque. Erunt ergo noſtri ſcopi Mammariae, ſcapulares omnes, & Thoracicae anteriores omnes.

Ex corde ita prodit Aorta, ut dextrorſum paulum declinet, etiam WINSLOWO obſervante *Tr. des arteres* n. 5. & SENACO *tr. du coeur* T. IV. f. 1. dum una adſcendit, & quaſi contraria flexione ſe ad magnum eum arcum praeparet, quo ad vertebras accedit. Aliquamdiu aorta productis carnibus cordis ſiniſtri comprehenditur, & ea ipſa ſedes valvularum eſt, qua latiorem paulo aortam eſſe, *ſinus maximi* nomine, docuit ANT. MARIA VALSALVA Diſſ. I. T. 2. f. 1. Cava ſpatia autem, quae eae valvulae cum aortae parietibus intercipiunt, extrorſum turgere, eaque in ſede aortae ſectionem tribus ſemicirculis perfici, potius quam uno circulo, notum, & dudum ab ANTONIO MARIA VALSALVA deſcriptum, (ibidem) a I. BAPTISTA MORGAGNO vero confirmatum eſt. Ad ſummam eorum ſinuum partem coronariae arteriae oriuntur, de quibus alibi opportunius agetur.

Adſcendit inde aorta & magis magisque ſiniſtrorſum converſa, & in principio quidem ad transverſum ſitum ſe conponit, inde magis & magis declinat, & deorſum & retrorſum ex viſu ſe ſubripit, & tandem fere parallela ſibi ipſi adſcendenti fit. Is *arcus aortae* eſt, qui neque cum circulari, neque cum parabolico ſatis convenit, & irregularis eſt, cum dextra columna curva, ſiniſtra magis recta ſit *T. corp. anter.* Circularem fecerat P. A. MICHELOTTI *Commentar. Bononiens.* T. I. pag. 449, 450.

In eo toto ſpatio, quod cor inter & ſubclaviam dextram eſt, rariſſimum eſt ramos prodire, vidi tamen aliquoties, & ter ad minimum, ex aorta ramum ad thymum continuo ſupra Pericardium iviſſe (Faſc. III. *ic. art. Thor.* p. 25.) & late ſuper pericardium ſe diffudiſſe.

Arcus magni rami caeterum, ut notiſſimum eſt, tres eſſe ſolent, ſubclavia dextra, carotis ſiniſtra, ſubclavia ſiniſtra. Nullum in eo arcu unquam varietatis genus reperi, neque Cl. CHESELDENIUS *anatomy of human body Edit. VI.* p. 184. niſi quod eam ſaepe varietatem vidi, quam I. LEONCENA habet *Phil. trans* n. 280. & GODOFREDUS de BERGER in *Act. Erud.* 1698. p. 295. & I. ZACHARIAS PETSCHE in diſp. qua *miſcellaneas obſervationes* propoſuit, & quam Tomo VI. meae collectionis inſerui, n. 45. & I. B. WINSLOW n. 21. & Cl. TREW *Com. Lit.* 1735. *hebd.* 24, & Cl. HENKELIVS *Zweyte Samlung* p. 11. (qui equidem duas vertebrales vidit, hanc quae proceſſum transverſum quintum colli ſubiret, & aliam quae ſeptimum) & BARBAUT *Angiologie* p. 387. & nuper Cl. PHIL. ADOLPHUS BOEHMERUS *faſcic. Obſerv. Anat.* p. XI. Satis nempe frequenter vertebralem arteriam ex arcus parte ſiniſtra inter ſubclaviam & Carotidem prodiiſſe vidi, in ſextamque vertebram colli, aut aliam aliquam, etiam tertiam inſertam. Paulo aliter Cl. HENR. A. NICOLAI *Thyreoideam inferiorem* ab arcu aortae natam vidit *de direct. vaſor.* n. 7. p. 28. Denuo aliter Cl. PHIL. ADOLPHUS BOEHMERUS, in proprio *progr.* in *noſtris diſſert.* T. II. recuſo, quatuor ramos aortae maiores, totidem ſolitariis truncis prodiiſſe reperit f. 1. ut inter varietates WINSLOWUS habet n. 19. & BARBAUT, & eo inclinat figura DRAKII, & HEISTERI obſervatio *de increment. anatom.* p. 168. Iterum aliter, & quatuor truncos, qui tres eſſe ſolent, & praeterea verterbalem quintam ex aortae arcu prodiiſſe vidit I. ZACHARIAS PETSCHE l. c. n. 44. Denuo aliter, praeter ſolitos truncos & vertebralem ſiniſtram, una mammariam ex trunco Aortae natam deſcripſit P. A. BOEHMER in aorta a Cl. olim CASSEBOHMIO praeparata l. c. f. 2. Neque damno elegantes eas varietates, quas HOMMELIUS, meus olim Bernae profector, inde Anatomicus Argentoratenſis, deſcripſit, & iconibus expreſſit. In earum varietatum faciliori uno trunco carotides, duobus ſubclaviae provenerunt *Commerc. Lit. Nov.* 1737. *hebd.* 21. T. 2. f. 3. 4. In altera inſula in aorta fuit, quae cum aſpera arteria oeſophagum transmiſit, & anterior pars arteriam edidit carotidem & ſubclaviam ſiniſtram, poſterior dextram carotidem & ſubclaviam ib. f. 1. 2. Ita etiam, in eodem forte quo HUMMELIUS corpore, VIR ILL. PHILIPPUS CONRADUS FABRICIUS inſulam vidit, per quam arteria aſpera & oeſophagus tranſiit *Anatom. pract.* p. 118. Sed etiam Cl. HUNAULD ex aorta primo truncum communem carotidum, tum ſubclaviam ſiniſtram, inde dextram, hanc retro truncum aortae reflexam prodeuntem deſcripſit *hiſtoire de l'Academ. des Sciences* 1735. p. 20. Rara vero haec omnia eſſe ſi dixero, cum quadringenta nunc cadavera humana diſſecuerim, fidem forte inveniam.

In animalibus quadrupedibus, & cane inprimis, duo potius aortae adſcendentes rami ſunt. Rariſſime vero in homine ejusmodi arteria adſcendens viſa eſt, non penitus tamen

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 298 sur 543

nunquam, cum apud CASSEBOHMIUM Clariſſ. PETSCHE l. c. n. 47. ita ſe aortae arcum habere viderit, ut unus truncus duas carotides & ſubclaviam dextram, alter ſiniſtram ederet. Ex cane & ſimilibus quadrupedibus autem nata eſt illa, recepta neque vera, Aortae arteriae adſcendentis deſcriptio, a GALENO poſteris relicta, quam forte a ſimilitudine venarum idem ut multa alia, etiam deduxit. Veteres enim Anatomici venas primario, arterias obiter deſcripſerunt, & ad iſtas ſaepe arterias conformaverunt, ut exemplo Colicae arteriae alibi oſtendi. Obſcure vero GALENUS ſcripſit, & vaſa ſiniſtra, ſubclaviam & carotidem, primo loco prodire, deinde dextra ſequi reliquit, valde certe confuſe *de arter. & venar. diſſect.* C. IX. ita tamen ut ii, qui optime eum virum intellexerunt, ramum prius adſcendentem ab aorta ſecedere ſcripſerint, deinde eum ramum in duas ſubclavias dividi, ut C. HOFFMANNUS in *Inſtit. med.* L. II. c. 55. p. 123. & 124. CAROLUS STEPHANUS evidentiſſime arteriae aortae unum eumque longum ramum ſurſum euntem depinxit *de diſſect. part. corp. hum.* p. *134. ad lat.* etiam in reliquis non utilis auctor. JACOBUS B. CARPENSIS, non mediocris caeterum ſcriptor, aortae adſcendentem ramum unicum, & arcum reliquum, hunc cum *girgilli* nomine, ad ſententiam receptam depinxit *Iſag. brev. in Anat. Corp. hum.* p. 326. neque melior eſt deſcriptio p. 31. JACOBUS SYLVIUS ſuperiorem aortae ramum fecit, qui daret ſubclaviam & carotidem dextram, cum ſiniſtra & carotis & ſubclavia ex trunco deſcendente naſcerentur *Iſag. Anat.* L. II. p. 38. aliquanto melius quam VESALIUS. Nam VESALIUS manifeſto in eo erravit, quod uno trun cocommuni deduxerit ex aorta tres magnos ramos, ſubclaviam dextram & carotidem utramque, & ſubclaviam ſolam ſiniſtram ſeorſim fecerit ex trunco egredi *de fabric. corp. hum.* L. III. c. *12.* p. 486. & T. *Anter. tot.* in L. III. Y. Z. X. & D. GALENUM nimis imitatus, ut etiam ſiniſtras arterias primas deſcribat. EUSTACHIUM primum laudamus, qui arcum aortae, veramque rationem, qua ramos ſuos educit, utique expreſſit T. XV. f. 2. 4. 6. T. XVI. f. 1. & 2. quibus etiam exprimit, qua ratione arteriae aortae arcus protegat arteriam pulmonalem. COLUMBUS VESALIUM exſcribit L. VII. p. 180. & VIDUS VIDIUS *de Anatom.* L. III. c. *15.* idemque evidenter oſtendit, veteres arteriarum fabricam ad venarum imitationem finxiſſe, cum T. XXVII. f. 1. carotidem utramque ex ſubclavia utraque, & harum utramque ex uno trunco deduxerit, qualis in venis eſt diviſio. GABRIEL FALLOPIUS nomina adſcendentis & deſcendentis aortae retinuit *inſtit. anat.* p. 22. VESALIUM etiam hic & ubique exſcribit J. VALVERDUS *Anat. Corp. hum.* L. VI. C. IX. ANDREAS LAURENTIUS nihilo melior eſt *hiſtor. anat. corp. hum.* L. IV. c. 10. aut FELIX PLATERUS *de corp. hum. ſtructur.* p. 118. HIERONYMUS FABRICIUS ab AQUAPENDENTE non optimam quidem trium ramorum & arcus aortae, ſed tamen meliorem, quam priores iconem dedit *de form. fetu* T. VI. f. 15. D. H. H. H. A. monente jam I. B. MORGAGNO. IULIUS CASSERIUS in *Tabula ſecunda* L. VI. VESALIANAM tabulam repetiit, pariterque adſcendentem trifidum truncum finxit, atque ſiniſtram ſubclaviam. Sed IDEM in Tabula I. Libri X. quae eſt operis *de voce & auditu* tabula XV. ſive *tertia hominis*, arcum aortae primus poſt EUSTACHIUM legitime expreſſit, cum tribus magnis ramis. ADRIANUS SPIGELIUS carotides & ſubclavias in ſermone ſeorſim ex adſcendente aorta deducit, caetera VESALIUM imitatur. IOHANNES RIOLANUS legitimam quidem trium magnorum ramorum deſcriptionem dedit, in *anthropograph.* L. III. c. 9. p. *225.* & *Enchirid. Anat.* L. III. *c. ult.* p. 240. 241. voce tamen *triſidi ſuperioris trunci* rectius abſtinuiſſet. Sed verius, ut nihil deſideres, idem tres ramos adſcendentes contra LAURENTIUM deſcribit, qui bifidam aortam fecerat, in *animadverſion. in* LAURENT. p. 691. & in *anacephalaeoſi* N. HIGHMORI p. 163. Superclaviae autem nomine utitur *Anthropol.* p. 344. & *Enchir.* p. 410. ubi eadem verba repetit. C. BAUHINUS verba fere VESALII retinet *Theatr. Anat.* L. II. c. 25. p. 238. & hic & in tota arteriarum brachii hiſtoria. Deterius iterum THOMAS BARTHOLINUS ex trunco adſcendente ſubclavias duas & duas carotides deduxit *Anat. renovat. Libello* II. c. 2. p. 652. in figura vero, quam ad VESALIANAM finxit, a ſubclavia dextra utramque carotidem derivavit, ſiniſtras ſeorſim produxit, arcum vix ullum expreſſit, etſi ipſe veram fabricam ex propria obſervatione ſubjunxit, quam *interdum* ſe obſervaſſe dicit. GUERNERUS ROLFINK juſto de arteriis libro egit, qui *ſextus* eſt inter *diſſertationes anatomicas.* Sed, ut erat ex libris, quam ex natura doctior, veros utique tres ramos ex RIOLANO repetiit c. 17. p. 1118. & perinde NICOLAUS HABICOT *Anat. Weeke den vierten Dagh* p. 135. ſemper in eo incommodi, quod arteriae adſcendenti, quae a deſcendente diſtincta ſit, hos tres ramos tribuunt. NATHANAEL HIGHMOR adſcendentem unum truncum, ut veteres, & ex eo omnes quatuor, magnas nempe illas arterias ſuperiores pingit *diſquiſit. Anatom.* T. 18. f. 2. Malam etiam illam deſcriptionem retinet ISBRANDUS van DIEMERBROECK *anatom.* L. VI. c. 3. p. 475. & c. 4. p. 477. etſi ex ejus verbis ipſis ſatis video, eum verum trium magnorum ramorum ortum non ignoraſſe. IOH. VESLINGIUS, uti verbis minus commodis primo ſubclavias arterias produci ſcribit, deinde Carotides, ita in icone melius rem expreſſit, & tres magnos ramos arcus aortae exhibuit *Syntagm. Anat.* p. 121. & T. X. f. 2. N. O. O. Fere eaedem voces ſunt D. de MARCHETTIS, & perinde nomina adſcendentis trunci in ſubclavias & carotides diviſi & deſcendentis conſer-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 299 sur 543

ſervantur *anatom.* C. 10. p. 78. IOHANNES ATHELSTEIN LEONCENA diſcipulus VESLINGII in icone, quae in *Phil. Trans.* n. 280. recuſa eſt, arcum aortae recte expreſſit, niſi quod ad varietatem minus vulgarem vertebralem ſiniſtram ex trunco deduxit, uti diximus. RICHARDUS LOWERUS arcum aortae penitus cognovit, ejusque arteriae flexionem atque modum, quo tres ramos producit, & deſcriptione *de corde* C. 1. p. 36. & iconibus T. II. f. 4, 5, 6. recte expreſſit. Eadem RAYMUNDI VIEUSSENII laus eſt, non in plena ſolum cordis hiſtoria, ſed in primo opere *Neurographiae* T. XXIII. Ex LOWERO SAMUEL COLLINS ſua verba habet L. II. C. 31. p. 779. operis magni Anatomici, & ſimilia, vera omnino, ANTONIUS MOLINETTUS *diſſert. anat. pathol.* L. V. c. 5. p. 236. Contra GODOFREDUS BIDLOUS, adeo male uſus pulcherrima opportunitate, iconem deteriorem, quam quisquam fere eo ſeculo dedit, in *anatomes ſuae* T. XXIII. f. 15. duos nempe truncos ſubclavios, quorum quilibet ſuo in ordine carotides, vertebrales, reliquasque arterias producit. Merito adeo COWPERUS in ſua verſione in BIDLOUM animadvertit, eamque tabulam a vero alienam eſſe monuit. Emendatiorem ipſe dedit in *appendice* ad BIDLOUM T. III. & meliorem ea in *Phil. Trans.* n. 280. atque in T. XX. DRAKIANO operi ſubjecta. PHILIPPUS VERHEYEN, uti pleraque alia in hac hiſtoria, quam adgredimur, ita arcum aortae bene expreſſit T. XXVII. f. 1. *anat. corp. hum.* AMATI BOURDON deſcriptio ſumta eſt a Chirurgo LESCOT p. 367. ad cadaver nata, ſed in univerſum mediocris. Arcum aortae minus bene exprimit, quando & *adſcendentis* trunci nomen conſervat, & huic tres eos ramos tribuit, qui verius ex arcu veniunt. Truncum etiam utrumque retinet P. DIONIS *demonſtr. anat.* VI. p. 462. & carotidem utramque male deducit a ſubclavia. Recte arcum, & merito, ut ex COWPERIANIS obſervationibus deſcribit IACOBUS KEIL *Anat. of human body abrig'd* p. 339. & recte eumdem exprimit H. RIDLEY poſt *obſerv.* ſuas ic. 5. recte etiam I. ERNESTUS WREDE *arteriolog. Tabellen* I. Arcum aortae habet I. ADAMUS KULMUS T. 17. & in *deſcr.* T. 16. ſed reliqua nimis confuſa, ob venas admiſtas. I. IACOBUS GRAMBSIUS Tab. IV. perinde ut KULMUS verba WREDII exſcribit, BIDLOI errorem de induſtria refutat in *Epiſtola* III. ad I. GAUBIUM, jam anno 1693. data, FRIDERICUS RUISCHIUS, & arcum aortae conſtituit, & deſcribit, *Thes.* I. p. 11. & *Thes.* IV. T. 3. f. 2. 3. I. MERIUS bene eum arcum expreſſit f. 1. & 2. *nouv. ſyſtem. ſur la circulat. du ſang.* I. B. MORGAGNUS ſcriptores in arcu errantes monuit, GALENUM accuſavit, & aliquos eorum laudavit, qui meliora docuerunt *advers. anat.* I. p. 19. n. 16. Ab eo tempore ille error, qui hactenus praeter paucos eruditiores homines, ubique receptus fuerat, ex anatomicis certe libris evanuit, etſi apud phyſiologos aliquos haeſit, quem errorem etiam HEISTERUS redarguit, CANTIUMque, ut duos tantum ramos pingentem, refutavit not. 64. *Compend. anat.* Verum ARENT CANT. in deſcriptione (p. 16. *Impet Anatomici primi*) manifeſto oſtendit, notiſſimam ſibi harum arteriarum veram originem fuiſſe, etſi in icone T. IV. umbra, quae plicam forte deſignat, carotidem ſiniſtram nimis a trunco aortae ſeparat. LANCISIUS arcum aortae paſſim expreſſit T. IV. f. 1. 2. T. I. operis *de corde & aneurysmatibus.* ANT. MARIA VALSALVA in *prima diſſertationum poſthumarum* & maximum ſinum aortae, qua primum corde exit, & tres ſinus minores, cum arcu expreſſit T. 2. f. 1. IACOBUS BENIGNUS WINSLOW accurate ortum magnorum ramorum in principio operis deſcripſit, & eumdem depinxit GALENGEOTUS *ſplanchnolog.* T. II. p. 162. T. XV. & SENNACUS T. IV. f. 1. (bene) & alii.

Et nunc ſequemur arteriam ſubclaviam dextram, cujus deſcriptio ſiniſtrae perinde convenit, etſi, neque ſatis confirmato experimento, paulum major fuerit, ut ex Cl. SYLVAE experimentis probabile fit. (*de la ſaignée* p. 198.) aque noſtris aliquoties repetitis periculis paulum roboris accipit *Comment. Boerh.* T. II. p. 340. not. *e* unde vis majus dextrae manus utcunque explicari poteſt, facilius quam ex contraria omnino anonymi obſervatione, qui minora dextra vaſa facit, hinc celeritatem arterioſi ſanguinis per dextra vaſa majorem eſſe concludit. Verum non fortius ſolum dextrum brachium, ſed etiam majus eſt, quod a minori arteria explicari nequit *Comparative Anatomy*, p. 42. Siniſtra arteria ſubclavia praeterea brevior eſt.

Effert ea ſe ſuper pleuram, non minus quam integro pollice ſuper coſtam primam, poſterior autem, quam ea coſta, atque pene transverſa, potius tamen adſcendens, verſus ſcalenum primum accedit *T. corp. hum. ant.* & Tab. I. utrimque *b. b.* Prius quam eo vero muſculo tegatur, edit ſimilem ſaepe ramum, qualem jam inter parvos ramos non perpetuos aortae dixi, qui ſuper pleuram natus pulmonis ſuperficiem, pericardium, glandulas bronchiales, oeſophagum, aſperam arteriam, muſculos longos colli & vertebrarum corpora adit *Faſc. II. T. ant. bronch.* f. 1. i. Cum bronchialibus vaſis vulgo notis communicant. Dedit etiam nonnunquam thymo arteriam prius, quam a ſubclavia prodiret Carotis, & in ſiniſtro latere a ſubclavia pariter ſui lateris bronchialem ſuperiorem ortam depinxi *T. bronch.* f. 1. h. not. 6. quae eadem ductum arterioſum adit. Sed magis perpetuo hic edit vertebralem arteriam ſurſum, ſed poſterius exeuntem T. *thyr.* I. L. T. *corp. tot. ſm.* T. IV. B. T. hujus *faſc. I. c. c.* inter ramos hujus arteriae maximum.

Edit eodem loco, paulum exterius, magis vero anterius, & nonnunquam, nam nuper vidi, adeo anterius, ut ne quidem exterior dici queat, *thyreoideam arteriam inferiorem*, de qua

fuſe quidem in *altero faſciculo* iconum egi, cujus tamen ramos ad ſcapulam euntes iterare neceſſe eſt. Conf. T. *corp. tot. utr. Faſc. VI.* T. IV. C. T. ll. R. T. l. d. d. c. c. T. *Thyr. in faſcic.* ll. P. Exterior ergo ſive *ſuperficiei propior ſcapularis* transverſus ramus ſolo maſtoideo muſculo tectus, petit ſcapulae ſumma. Eſt, ubi omnino a ſubclavia haec ſcapularis provenit, frequentius tamen, a thyreoidea naſcitur, ut in omnibus iconibus noſtris T. IV. D. T. *corp. tot. ant. ſin.* & *ic. thyreoid.* l. Q. not. *d.* Eſt, neque rariſſime, ubi nulla eſt, niſi ramus non maxime notabilis a cervicali ramo ad trapezium & ſpinam ſcapulae & acromion veniens, unus alterve huc referatur. Dat ſtatim ramum, qui ſuperne claviculam ſequitur, ſecundum originem muſculi maſtoidei, cui ramulos exhibet, ad ſternum usque progredientem, nioſculatum ramis mammariae ad primam coſtam euntibus, qualem a ſcapulari profunda deſcripſi. Altero ramo eamdem claviculam ſequitur ad acromion usque, & ad cutem ſummi pectoris & humeri dividitur, miſtus ibi cum ramo claviculari Thoracicae humerariae. Edit ramos ſubclavio muſculo proſpicientes, cum ejus inferiori facie ad usque acromion euntes, & trans claviculam cum ramis ſuperficialibus ſcapulae a thyreoidea natis, & cum ramis profundis conjunctos. Ramos ſurſum emiſſos ad ſternohyoideum, coracohyoideum, cutem colli & pectoris, membranasque cavae venae & ſubclaviae alias dixi *not. d. ad thyr. ſup.* Ramus autem, quem incepimus dicere, ſcapularis ſuperficialis & ſubcutaneus, adit porro ſedem muſculi trapezii, oram ſcapulae, & in ipſo trapezio habet anaſtomoſin cum ramo arteriae dorſalis, qui cum ſpinalibus communicat, & cum ramo ejusdem, qui trapezium adit. Surculus alius minor, ſurſum flexus adit glandulas cervicales. Multi autem & inſignes ramuli in cutem inſumuntur. Adit etiam levatorem ſcapulae, not. *d. cit.* Hanc credo, ex directione eſſe, quam COWPERVS deſignat l. c. ad 20. & ap. IACOBVM DRAKE.

Dorſalis ſcapulae major, profundior arteria, diverſa a priori eſt, quae videtur a VIDO VIDIO indicari, quando ramum ad muſculos poſterioris ſedis ſcapulae nominat L. III. c. 15. p. 136. niſi etiam ipſe VESALIANAM Acromii arteriam vult. Manifeſtius eſt *ſupra-ſcapularis* I. IACOBI RAVII in *append. amphitheatri Zootomici* p. 103. qui hanc arteriam a ſubclavia deducit: *ſcapularis externa* HEISTERI, *ſcapularis ſuperior* WALTHERI *de vaſ. vertebr.* p. 13. (qui pariter a trunco ſubclaviae derivat.) Sic WINSLOWVS ſuam *ſcapulaire externe* n. 126. a trunco deducit inter thoracicos ramos, eamdemque aliter ac nos, per inciſuram coſtae ſuperioris ſcapulae ire vidit, & aliter etiam ramos ipſi ad utrumque teretem tribuit. Eſt etiam *ſcapulaire ſuperieure* TARINI p. 39. quae ita deſcribitur, ut potius dorſalem noſtram referat. *Scapularem ſuperiorem* autem B. ADOLPHVS WINKLERVS utique vocare videtur n. 8. *Scapularis ſuperior* eſt CL. VIRI I. GEORGII ROEDERERI, ſed ea etiam dorſalem continet, *decas Thes. dupl.* p. 11.

Mihi haec arteria *ſcapularis ſuperior* vocatur, quae plerumque a Thyreoidea oritur, ut nuperae diſſectiones confirmarunt T. IV. E. T. ll. R. T. l. f. etſi minime deſunt & vetuſta experimenta mea T. *Thyr.* not. *d* & *b.* & nupera tria, in quibus a ſubclavia eadem prodiit. Alias haec eadem ſcapularis arteria a thyreoidea provenit, in latere colli, poſtquam dedit ramum levatori ſcapulae, plerumque tamen continuo ad ejus principium. Remittit continuo ramum contra claviculae cum ſterno commiſſuram, qui huic articulationi, & ſterno, & muſculo maſtoideo proſpicit, & cum primo ramo mammariae, erumpente ſub coſta prima, & cum primo ramo acromialis varie convenit. Sequitur ſubclavii faciem ſuperiorem, huic ſurculos dat, & unum trapezio verſus finem ſcapularem claviculae & ad perioſteum. Hujus vidi egregiam fuiſſe anaſtomoſin cum ramo cervicali a thyreoidea ſive ramo ſuperficiali ſcapulae nato, aliumque nonnunquam ramum rhomboideo, ſerrato ſuperiori, ſummae ſcapulae inſerto, atque baſi ſcapulae, ad usque ſedem triangularem ſpinae, & parti baſeos ſuper ſpinam poſitae acceſſiſſe. Is ramus etiam alias a ramo ſuperſpinalis muſculi provenit.

Venit ad muſculum ſuperſpinalem ſcapulae T. *corp. poſt. dextr.* & ad ſerratum ſuperiorem plerumque ſuper hilum & ligamentum coſtam ſcapulae ſuperiorem perficiens (ROEDERER l. c. p. 10.) nonnunquam tamen rarius, per eum ipſum hilum, ut WINSLOWVS.

Paulo prius autem, quam per eam inciſuram penetrat, dat ſurculum ad faciem cavam ſummae ſcapulae cum ipſo nervo euntem, qui cum ſurculo ſummum infraſcapularem adeunte communicat T. ll. f. 1. c. Idem adſcendit cum proceſſu coracoideo, & cum aliis ramis ab acromii arteria & ab humeraria, eum proceſſum adeuntibus communicat. Hic ramulus, nam parvus eſt, non raro naſcitur a ramo ſuperſpinali arteriae noſtrae, non a trunco, ut tunc duae ſunt arteriolae venientes a ſuperſcapulari ad partem cavam, una ſuper hilum, altera per hilum, iſta a ramo muſculi ſuperſpinalis, illa a ramo, qui ejus ſuperficiem & ſerratum ſuperiorem adit.

Proxime alium iterum ramum ſuperficialem edit. Is dat ramulos trapezio & articulationi acromii cum clavicula, ubi inoſculatur cum arteriae acromialis trunculo proceſſum coracoideum & acromium adeunte, ſpinae ſcapulae, cutique trans eam ſpinam. Is ramus porro T. ll. f. 3. n. ſecundum ſpinam ſcapulae duobus ſurculis excurrit ad ſpatium triangulare & baſin ſcapulae, T. ll. f. 3. O. & inoſculatur tum ramo rami ſuperficialis primi T. ll. f. p. quem ſtatim dicam, tum ramis thyreoideae a prima propagine ſuperficiali, quam diximus, ſpinam ſcapulae adeun-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 301 sur 543

euntibus, & cum ramis ſuperſpinalibus proprii trunci, & cum ramo arteriae dorſalis ſuperiorem partem baſeos ſcapulae legente, & cum ramis dorſalibus ſcapulae inferioribus ab infraſpinali muſculo exeuntibus T. II. f. 3.

Profundior vero truncus prope levatorem nonnunquam generat dorſalem, de qua ſeorſim dicemus. Deinde dat ramum alium, magis ſuperficialem, tectum acromio, ſed ſub eo emergentem T. *corp. tot. dextr. poſt.* Is perpetuus, tectus acromio adrepit ad infraſpinalem, dat ramos ſpinae ſcapulae oraeque acromii, inoſculatos ſurculis utriusque rami ſuperficialis jam dicti, aliisque ramis profundae ſcapulae a ramo circumflexae ſcapularis inferioris natis, quorum una magna anaſtomoſis picta eſt, alios ſuperſpinali, cum acromialis ſurculis cumque proprii trunci ramis ad ſuperſpinalem datis confluentes, alium tectum deltoide, ſecundum acromion euntem, inosculatum cum trunco acromialis non minimo, qui cum acromio advenit, & cum arteriis ab eo circumflexo trunco ortis ſuperioribus, alios denique dat capſulae articulationis humeri cum ſcapula conjuncti, & hujus epiphyſi.

Inter hujus rami ſurculos duo, paulo majores, ſuperiorem & inferiorem oram ſequuntur muſculi ſupraſpinalis, & capſulam articulationis, atque cervicis cartilagineam partem adeunt. Habent etiam in capſula articulationis non minimam anaſtomoſin cum circumflexae ſcapularis ramo dorſali T. *corp. tot. poſt. dextr.* aliasque cum ramis poſterioris circumflexae humeri. Ab hoc caeterum ramo vidi etiam inter levatorem & rhomboidem ramulum deſcendiſſe.

Truncus autem arteriae dorſalis ſcapulae unum grandem *ſuperſpinalem* ramum dat, ramis multis per ſuperſpinalem diviſum, quales EVSTACHIVS exprimit T. XXIV. ad p. 9. ALBINI. Sed in perioſteo etiam percurrit caveam ſuperſpinalem, & varie cum ramo dorſalis ſummae, ſequente coſtam ſuperiorem, cum ejus trunco baſin proſequente, cumque arteriis proprii trunci ſuperficialibus inosculatur. Praecipuo tamen ramo uno, aut duobus etiam deſcendit noſtra ſcapularis, tecta ſupraſpinali muſculo & acromio tamquam ponte, & inde ab infraſpinali abſconſa, ſecundum caput humeri, deorſum in ſcapulae vallecula, & multos ſurculos dat capſulae articulationis, & inter coſtam inferiorem ſcapulae teretemque minorem cum ramo majori ſcapularis internae magno anulo inosculatur T. II. f. 3. Z. b. c. T. *corp. tot. dextr.* qui anulus alias minor eſt, quando truncus praecipuus hujus arteriae ſecundum ſpinam reflectitur.

Ejus trunci ramus praecipuus eſt f. T. II. f. 3. qui circumit ſpinam ſcapulae, ipſi ſubjectus, extrorſum euns deorſumque, qui dat nutritiam ſcapulae poſteriorem, dat ramos ad eam ſpinam inosculatos ſuperficialibus modo dictis, qui & ipſi cum aliis prioribus ſuperficialibus circulos & retia faciunt. Habet etiam cum ſurculo dorſalis, legente oram ſcapulae, anaſtomoſin, & alias magnas cum circumflexae variis ramis.

Ramus etiam cervicalis thyreoideae ramulos aliquos trapezio mittit, qui & ipſi ad ſpinam ſcapulae veniunt, & non minima anaſtomoſi cum aliquo, ut dixi, ramo arteriae ſcapularis ſuperioris uniuntur. Et a ſubclavia vidi, pollice exterius quam vertebralis arteria, ſurculum veniſſe ad trapezium, ſecundum ejus originem a clavicula, & dediſſe ramulos infraſcapulari muſculo.

Sed etiam *Dorſalis ſuprema* plerumque a thyreoidea eſt, & ab ejus ramo cervicali, atque ad exteriora levatoris ſcapulae ab ea ſecedit, & eo pertinet arteria deſcripta cum thyreoidea inferiori ad has voces „ *Hujus aliquando ramus eſt.* Alias, & ſaepius, a ſubclavio trunco inter nervos brachiales & ſcalenum alterum naſcitur, alias continuo ubi Thyreoidea a trunco abſceſſit. Thyreoideae tribuere videtur EVSTACHIVS, cujus egregia hujus arteriae icon eſt, T. XXIV. *utrinque.* Ab eo primus AVGVSTINVS FRIDERICVS WALTHER *ſcapularum & colli poſteriorem* ita deſcripſit, ut ramos fere omnes adgnoſcas, quos noſtra dorſalis producit, ordinem & ſucceſſionem defideres *de vaſ. vertebralibus* p. 12. Apud WINSLOWVM nihil ſimile invenio. Videtur eſſe *ſcapulaire ſuperieure* TARINI p. 39. *Scapularis ſuperioris* I. G. ROEDERERI ramus eſt *alter*, qui retrorſum ſe volvit, ut tamen ſolos ramos ſcapulares hic recenſeat VIR CL. dorſalibus omiſſis.

Mittit ſurſum ramum cervicalem profundum inſignem: quem hic omitto, ſtatim ubi orta eſt, exteriorem quam thyreoidea: incedit trans ſcalenum lateralem, & levatorem ſcapulae (EUST. ib.) interque eum ſcalenum & brevem & levatorem emergit in dorſum T. *corp. tot. ſin.* Dat ramum deorſum verſus coſtam primam, in ſerrati magni ſupremum dentem. Finditur in brevi ſcaleno T. *corp. tot. ſin. & dextr. Prior ramus* ſuperficiei propior, dat ſurculum glandulis adcumbentibus, levatori ſcapulae & ſcaleno laterali *Tab. corp. tot. ſin.* dat propaginem multifidam levatori ſcapulae, quae eum levatorem perforat, & per ejus foramina adit trachelomaſtoideum & ſplenium colli capitisque muſculum T. *corp. tot. poſt. ſin.* Dat denuo levatori ſcapulae ſurculum alium adſcendentem, in ſplenium colli terminatum. T. *corp. tot. poſt. ſin.* Hic etiam ſcalenis dat, laterali & poſtico. Dat ſurculum tectum ſcaleno primae coſtae, cui ramulos mittit, & ſerrato ſuperiori, ad eum muſculum & ſplenii colli inſertionem in ſpinas vertebrarum l. c. & ad ſummum longiſſimum, multifidumque ſpinae T. *corp. tot. poſt. ſin.* Truncus rami hujus ſuperficialis deſcendit verſus ſcapulam, dat ſupraſpinali ſurculum aut ſerrato ſuperiori. Dat alium ad acromion & claviculam nudam, ejus articulationem, atque ſcapulae baſin, criſtamque ex-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 302 sur 543

trorſum euntem, & ad ſuperficiem muſculi ſupraſpinalis T. *poſt. ſin.* & ſecundum coſtam ſuperiorem ſcapulae. Hi ſurculi habent anaſtomoſes cum ſurculis ſuperſcapularibus a thyreoidea natis, cum ramulis a ramo replente caveam ſuperſpinalem, cum rami nonnunquam acromialis ſurculis humeralibus ex deltoide venientibus.

Alium porro dorſalis edit ſuperficiei adhuc propiorem, longe lateque in trapezium diviſum, ejusque ortum ex acromio ſpinaque ſcapulae, cujus ſurculi ad nuda etiam perioſtea ſpinae ſcapulae, aliique ad cutem exeunt. Alium mittit ad adipem & coracohyoideum.

Truncus vero arteriae dorſalis *profundus* pergit transverſus fere T. *corp. tot. ſin.* ſed poſt aliquem progreſſum finditur. Ramus *cervicalis* adſcendit in ipſo cervicali deſcendente & transverſo colli, & utroque ſplenio T. *corp. poſt. dextr.* Dat ramum ſerrato poſteriori ſuperiori, alium per longiſſimum deſcendentem, alium ſplenio colli, & per eum complexo, alium trapezio: & ipſa venit ad complexum & ſpinalem colli T. *corp. poſt. dextr.* & vertebras colli ipſas ad quintam usque, & imum interſpinalem ib. Hunc credo exprimi ab EUSTACHIO T. XXIV. ad B. ALBINI.

Ramus *dorſalis* deſcendit cum levatore ſcapulae ſecundum ejus oſſis baſin *Tab. corp. poſt. ſin.* Dat hic nonnunquam ſurculum ad ſerratum ſuperiorem, retro ſcapulam deſcendentem. Dat trapezio unum alterumve ramum ſatis magnum T. *poſt. ſin.* de levatori ſcapulae. Dat ramum inſignem aut plures ad rhomboideum, eoque perforato (T. *poſt. ſin.* EUST. T. XXIV. O ALBINI) ad trapezium & ad cutem. Eorum unus, datis ſurculis huic & rhomboideo, longa anaſtomoſi cum ſuperiori intercoſtali intervalli ſeptimi unitur, (T. *corp. poſt. ſin.*) Dat porro ſpinae baſique ſcapulae, & truncus ipſe tectus rhomboideo deſcendit, vicinus baſi ſcapulae, in facie ſerrati ſuperioris dorſali, dat ramum perforantem rhomboideum ad latiſſimum euntem T. *corp. poſt. ſin.* dat alium ramum ſerrato majori, qui vocatur anticus, dimidiae ſcapulae longitudini parem, qui per eum ſerratum multos ramos in ſcapulae cavam partem mittit, qui cum ramis arteriarum a ſcapulari inferiori, et a ramis infraſcapularem adeuntibus varias anaſtomoſes & retia faciunt. Idem cum aliquo ramorum arteriae axillaris ſerratum majorem adeunte in eo muſculo magnam anaſtomoſin habet. In imo ſerrato inoſculatur cum aliquo ramorum emergentium ab intercoſtali tertia, una pluribusve anaſtomoſibus. Imo nonnunquam ramus ejusdem, qui ſerratum majorem adit, & huic ramos dat, et infraſcapulari, is ramus trunco anterior, ſequens baſeos ſcapulae partem cavam, per ſerratum magnum T. II. f. 2. x. x. multos ramos infraſcapularium arteriarum recipit, ut *a* T. II. f. 2. et ad angulum ſcapulae inferiorem anaſtomoſin habet inſignem cum ramo arteriae inferioris ſcapulae, qui teretem majorem & latiſſimum late ſub ſcapula adit T. II. f. 2. V. V. S. Truncus ipſe dorſalis ultimo ſub ſcapula exit in latiſſimum dorſi, inque eum terminatur.

Et nunc ad ſubclaviam redimus, cujus ramum Thyreoideum hactenus diximus, quae ramos ad ſcapulam mittit. Eadem grandis artus ſuperioris arteria edit eodem loco, quo thyreoideam, aut paulo exterius, ſed deorſum, *Mammariam* arteriam *internam*, quae ante pleurum deorſum & introrſum deſcendit, & coſtae primae appence inde reliquis cartilaginibus coſtarum tegitur, inter intercoſtales internos & ſternocoſtales, quos in icone non potui ſervare, in qua hanc arteriam expreſſi.

Eam arteriam tetigit GALENUS, tum qua pectoris os ſequitur, tum ramum ad mammam euntem, negat autem aliquas eſſe propagines, quae comitentur venae cum epigaſtricis conjunctionem *de arter. & venar. diſſect.* C. *ult.* & *de uſu part.* L. VIII. fin. VESALIUS aliquando melius mammariam deſcripſit, niſi quod rami ad mammam euntes ipſi obſcuriores viſi ſint. L. III. p. 487. ramos vero mediaſtinos, & thymicos, & muſculares, & abdominalem habet, & eos, qui in recto muſculo ſpectant epigaſtricas arterias, qualia SYLVIUS repetit *Iſagog. anat.* L. II. p. 386. & VIDUS L. III. c. 15. p. 136. FALLOPIUS addidit conſpicuos ad mammas ramos *obſervat. Anat.* p. 131. & in venis mammariis anaſtomoſes cum externis venis p. 128. SPIGELIUS arteriis diſtinctius anaſtomoſes cum epigaſtricis tribuit *de hum. corp. fabr.* L. VI. c. 2. p. 190. Originem & viciniam & verticillum arteriarum, quae ad ejus arteriae ortum una ex ſubclavia prodeunt, bene COWPERUS exprimit T. III. *append.* 21, 19, 20, 5. & in *Phil. Trans.* n. 280. & in T. XX. poſt DRAKIVM. Non aeque bene VERHEYENIUS, qui interiorem mammaria intercoſtalem ſuperiorem facit, quae potius poſterior eſt. PETRI TARINI fere melior quam reliquorum deſcriptio eſt *anthropot.* T. II. p. 38.

Ejus arteriae ramos internos ſive thoracicos hic omittimus, alibi dictos, nempe thymicum, comitem nervi phrenici, qui magis ad phrenicam arteriam pertinet, mediaſtinos retro ſecundam, tertiam, quintam & ſextam coſtam natos, quorum infimus diaphragma etiam adit, quos omnes in T. *arter. pect.* deſcripſimus.

Princeps exteriorum ramorum non perpetuus eſt, qui ſenſim a clavicula extrorſum declinans, ſecundum pleuram deſcendens, hinc recipit inſertos ſibi thoracicae primae & ſecundae ramos, inde ſurculos anaſtomoticos cum mammariae trunco habet. Vidi autem deſcendiſſe infra quartam, & ad ſextam coſtam usque. Alias mammaria continuo dat ſurſum ramum retro claviculam ad ſternothyreoideum, ſternohyoideum, maſtoideum & ſubclavium euntem alias omnium primo ſcaleno dat. Hunc ramum

Vi-

vidi, unico tamen exemplo, generaſſe ſupraſpinalem arteriam, quam thyreoidea edere ſolet, & quae ramum foramen nutritium ſcapulae ſub ſpina ſubeuntem dedit. Vidi non quidem tantum fuiſſe, ſed tamen ſecundum claviculam cum ramo ſubclavium adeunte acromialis arteriae anaſtomoſin habuiſſe Conf. *T. Thorac.* p. 24. Hunc ramum credo eſſe, quem TARINVS vocat *rameau qui paſſe ſous la clavicule* l. c. p. 38.

Dat porro mammaria in coſtarum *intervallo primo* ramos duos communicantes, qui cum Thoracicae primae ſurculis anulos abſolvunt, ſuperiorem & inferiorem primi intervalli. Hi rami craſſiores ſunt, qui a mammaria proveniunt, anguſtiſſimi medio fere loco inter ortum ex mammaria & inter ortum rami cum ipſis confluentis a Thoracica prima prodeuntis. Eorum unus etiam cum ſequentis intervalli ramo communicavit. Vide depictos T. I. OE. *a* &conf. *art. thorac. p.* 27. ad voces "*Primus ergo mammariae ramus.* Caeterum duos primos anulos inter mammarias & intercoſtales depinxit EVSTACHIVS T. XXVII. f. *v.* ad n. t. 21. ALBINI in arteriis venisque, in eo a nobis diverſus, quod manifeſto hos anulos non cum thoracicis, ſed cum intercoſtalibus univerit, ut ex arteria adparet. Reliquos ramos, procul dubio ſimiles anulos daturos, IDEM delineat, ad *p. q. r. s.* J. BENIGNVS WINSLOW in univerſum ramos mammariae cum thoracicis & cum intercoſtalibus inosculari obſervat n. 90, tum TARINVS l c. p. 39.

Inde ex eodem primo intervallo ramus emergit ex Mammaria in pectoralem, quem fere medium perforat, & cutem ſatis magnus adit, longe per tegumenta diviſus, & ramo thoracicae alaris alteriusve inſertus, reteque facit, quod cum reliquis mammae arteriis T. I. *lat. ſin.* a brachiali, & a mammaria natis, per intervallum ſecundum et tertium erumpentibus, varie commiſcetur. Haec ſuprema eſt arteriarum mammae. Vidi magnam fuiſſe, & reliquis potius majorem. Expreſſa eſt T. I. *n.* et *deſcript. Thorac. in faſcic.* II. ad voces „ *Primi intervalli ramus.* Eadem etiam ſternum adit, tum ſuperficiali et ſubcutaneo ramo T. I. tum profundo *ib.* qui caveam thoracis reſpicit, et perinde ad cavi ſterni perioſteum dividitur. In ſterni parte ſubcutanea ramus iſte ſuperficialis cum arteriae acromii ſurculis, ſequentibus ſubclavium muſculum, et cum ramulis Thoracicae majoris inosculatur, et cum ſurculis arteriae mammariae ſodalis lateris alterius T. I. Ita in cava parte ſterni ramus profundior pariter retia cum ſodali lateris alterius perficit. Ramus iſte aliique ejus ſimiles, retro ſternum euntes, alias diſtinctos a ſuperficialibus ſuos trunculos habent, ex Mammariae trunco ſeorſim natos. Idem rami, qui ſternum et ſubcutanei et profundi adeunt, ſemper et cum proxime ſuperioribus et cum proxime inferioribus trans appendices coſtarum arcus habent, tum anteriores tum poſteriores. Alias duae in hoc intervallo propagines fuerunt, ſuperior cum prima intercoſtali inosculata ſub coſta prima, inferior et ſuper ſecundam et infra eam coſtam.

In *ſecundo intervallo* Mammaria ramum dat T. I. 3. perficientem anulum ſuperiorem cum Thoracica prima, et alterum 4. qui inferiorem anulum ejus intervalli abſolvit, et qui etiam ſurculos ad ſerratum parvum mittit. Ab iſto ſuperficialis ramus 5. perforat pectoralem muſculum, atque mammam cutaneus adit admiſtus prioribus (in *deſcript. arter. Thorac eſt ſecunda ſub coſta ſecunda*). Idem ſurſum etiam per muſculum colli latiſſimum ramos emiſit, et ad claviculae ſedem et verſus axillam ramos ſparſit, atque in cute cum thoracica altera anaſtomoſin habuit. Haec nonnunquam princeps arteria mammae eſt. In eodem intervallo alter ſurculus ſternum adit T. I. 6. qui et in anteriori et in poſteriori ejus ſuperficie rete cum ſodali facit, et cum primo tertioque ramo emergente trans coſtarum epiphyſes anulos perficit, uti dixi. Alias duo ſunt hujus intervalli trunculi.

In *tertio intervallo* ſimiliter mammaria duas ad id intervallum arterias mittit, quarum ſuperior 7. T. I. in ora inferiori coſtae tertiae cum ramo miſto ex duabus thoracicis anulum abſolvit, inferior ſupra coſtam quartam, etiam cum ramo utriusque thoracicae inosculatur 9. In hoc intervallo alias unam 10. T. I, alias duas arterias reperi, quae perforato pectorali muſculo mammam adeunt, & quarum exterior O in eo corpore, cujus pectus in T. I. pictum eſt major inter mammarias fuit, cumque arteria brachiali in mammas eunte inprimis inſigniter inosculata. Sed etiam cum ramo intervalli primi miſta viſa eſt Conf. *deſcr. arter. Thorac.* T. p. p. 26. ad voces *Tertia majori ramo.* Vidi alias unum ſuperficialem ramum fuiſſe, & dediſſe anaſtomoſin inferiorem tertii intervalli cum thoracica altera, atque in triangulari ſterni muſculo deſcendiſſe ad intervallum quartum, ibique anulum ſuperiorem habuiſſe cum thoracicae alterius ramo intercoſtali, inferiorem cum intercoſtali quarti intervalli, cumque ramo inferiori propri trunci quarti intervalli. Hanc Mammae arteriam habet J. ERNESTVS WREDEN T. 12. absque proprio loco vero nominat, arteriolas ad mammam, adipem, cutemque euntes I. B. WINSLOW n. 89.

Ad usque hanc coſtam tertiam arteria mammaria introrſum it, inde extrorſum declinat, quod TARINVS etiam obſervat l. c. Utcunque expreſſi T. I.

In *quarto intervallo* unus quidem ramus 12. T. I. oram inferiorem coſtae quartae ſequitur, donec, prioribus ſui ſimilibus major, inosculetur Thoracicae ſecundae ſurculis. Etiam alterum ſimilem inferiorem 13. ejusdem intervalli

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 304 sur 543

ſuper coſtam quintam euntem truncus dedit. Vidi etiam dediſſe ramum inferiorem tertii & utrumque quarti intervalli. Ejus ſurculus eſt, qui pectoralem perforavit, atque ſe cum reliquis mammae arteriis miſcuit *p.* T. I. *dextr.* Hunc vidi omnium mammae ramorum principem veniſſe ad papillam, cum reliquis mammae arteriis inosculatum. Eſt *quarta ſub coſta quarta* p. 26. *deſcr. arter. Thorac.* Vidi ex eodem intervallo praeter iſtum ramum alium etiam veniſſe ſurſum ad mammam, & huic & alteri a tertio intervallo inſertum. In eodem intervallo mammaria arteria ad ſternum ſimiliter ramum dat, qui & anterius & poſterius rete in perioſteo ſterni facit major iſte, late per ſternum regnans, ut tres adeo hujus iutervalli rami non infrequentes ſint.

In hoc intervallo naſcitur ſaepe *ſuperior Phrenica*, quae pericardii partem inferiorem & mediaſtinum, ſed inprimis diaphragma adit, magno ramo dextrorſum & ſiniſtrorſum fiſſo, & paſſim majori phrenicae a Mammaria natae quam dicemus inosculato. Eſt ramus 3, 4, 5, 6, iconis arteriarum Thoracicarum in faſcicul. II. *Phrenico pericardiacus* p. 29. not. 14. ib. ubi HENSINGII etiam ſimilem obſervationem excitavi. Ea alias inferius & ad ſextam coſtam, diverſa tamen a trunco Mammariae phrenico magno oritur. Haec ipſa eſt, quam vidi perforaſſe diaphragma, cui ramos miſit ad latus ſiniſtrum laminae dextrae mediaſtini, & deſcendiſſe in partem hepatis gibbam, ad terminum poſteriorem ligamenti ſuſpenſorii, atque cum arteriis hepaticis cyſticisque ex hepate erumpentibus communicaſſe.

In quinto intervallo Mammaria ramum jam majorem mittit 14. T. I. incumbentem triangulari ſterni, cui ſurculos dat, & inosculatum ramo intercoſtali infra coſtam quintam; et alium inferiorem 15. T. I. ejus intervalli adhuc grandiorem, cujus varii etiam ſurculi erumpunt ad ſuperficiem pectoris, muſculos intercoſtales et obliquum deſcendentem q. Habuit etiam anaſtomoſin cum mammariae ramo anulum faciente inferiorem quarti intervalli. Alias omnium maxima fuit inter mammae arterias, et inferiorem papillae partem petiit, ſuperioribus primi et tertii intervalli varie inosculata Conf. p. 26. *deſcr. arter. thorac.* ſub vocibus: *Quinta ſub coſta quinta.*

In *ſexto intervallo* aut paulo ſuperius aut demum ſub ſeptima coſta, ut in *deſcr. arter. Thorac.* p. 29. retro appendicem coſtae ſextae, truncus mammariae ramum edit, qui ad cartilaginem enſiformem accedit T. I. 37. & muſculum rectum abdominis. Is dat ramum ad diaphragma, aliumque ad cartilaginem, quam dixi, cum ſodali lateris alterius irretitum. Inde deſcendit in lineam albam, & peritonaeum, ſuper umbilicum, & in partem anteriorem ligamenti ſuſpenſorii, ſurculis ſuis inosculatur cum ramis arteriae hepaticae, aliis quidem ex foſſa umbilicali venientibus, aliis venae umbilicalis ſodalibus, & cum ramis umbilici arteriae, quae ab epigaſtrica eſt. Vidi magnam hanc anaſtomoſin fuiſſe, maxime in dextro latere, cum in ſiniſtro potius phrenica cum hepatica coiret, & carnes ſepti transverſi perforaret. Haec eſt, quam dixi ſub quinta coſta ad ligamentum ſuſpenſorium iviſſe. Eſt ubi major ramus eſt, qui cum vena umbilicali ad hepar venit, ad ſiniſtrum ejus venae parietem. Haec etiam arteria eſt, quando foramen in ſterno reperitur, quae ex eo foramine deſcendit. Ejusmodi foramen VESALIVS, uti notiſſimum eſt, deſcripſit, & ſternum perforatum in Baſileenſi academia dedicavit.

Sub eo ramo aliquando alius ex trunco ramus oritur, per triangularem muſculum euns, qui anulum facit inferiorem ſexti intervalli cum intercoſtali conjunctus. Pene e regione ad ſeptimam coſtam, aliquando tamen infra quintam, alias ad ſextam, Mammaria grandem & trunco aequalem & nonnunquam majorem emittit ramum *muſculophrenicum deſcr. arter. Thor.* I. p. 26. n. 1. 2. & T. 17. An eum voluerit EVSTACHIVS, quando ramum majorem ſub s exprimit T. XXVII. f. 12. non equidem dixerim. Extrorſum is ramus declinat cum triangulari ſterni, cui ramos dat, tectus appendicibus coſtarum, & in hoc exemplo, quod inprimis deſcribo, in ſexto & ſeptimo intervallo aliquamdiu nudus. Primos ſurculos dat pericardio, inosculatos ramulis natis a comite nervi phrenici venientibus. Ejus etiam muſculophrenici ſurculi ſunt, qui anulos ſexti ſeptimi, & nonnunquam ſuperiorem aut utrumque etiam octavi intervalli anulum cum intercoſtalibus efficiunt, ipſis intercoſtalibus grandiores T. I. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Solent ii rami oriri, ubi coſtae a ſe invicem diſcedunt. Edunt iidem ſurculos erumpentes ad cartilagines coſtarum, aliosque ad muſculos inpoſitos rectos, & ad adipoſam telam T. I. *dextr.* u. qui cum ſurculis intercoſtalium infra ſextam ſeptimamve coſtam erumpentibus varie inosculantur & irretiuntur. Alios autem ramos IDEM truncus inſignes ad diaphragma edit 18, multis locis, ad inferiora coſtae ſextae, & ex ramis abſolventibus intercoſtales anulos, & ex inferiori intervalli ſeptimi. Ii magni rami anteriora ſepti transverſi adeunt, & in ejus carnibus cum ramis poſterioribus a phrenicae ramo transverſo anteriori ortis, varie inosculantur. Ad transverſum etiam muſculum abdominis ſtatim ab ortu, muſculophrenici ſurculi eunt, ſuper coſtam ſeptimam, unde etiam minores ramuli ad ligamentum ſuſpenſorium tendunt, & infra eam ſeptimam coſtam alius ramus, qui retro rectum muſculum ad ejus transverſi tendinem tendit. Deinde infra coſtam octavam alius ſurculus naſcitur,

tur, qui cum aliis ramis trunci ſui communicat, ut cum ſuperiori intervalli octavi: deinde alius ſupra nonam. Iſte ramus recipit intercoſtalem inferiorem ejus intervalli, & una in transverſum muſculum exit, atque cum ſuperiori arteria noni intervalli in eo muſculo anaſtomoſin habet, ad ortum appendicis coſtae decimae. Hi ſurculi cum adſcendentibus ſurculis ab Epigaſtrica & cum deſcendentibus a mammaria abdominali anaſtomoſes habent. Hic ipſe finis ad coſtam decimam rami muſculophrenici eſt: alias ſuperius & ſupra octavam coſtam hunc ramum in transverſo abdominis finitum eſſe vidi. Vidi etiam ramum Muſculophrenicae magnum profundum, diverſum a mammariae trunco, retro rectum muſculum deorſum iviſſe, qui peritonaeo & tendini transverſi dedit, & cum lumbalibus in eo transverſo communicavit, & in ligamento ſuſpenſorio, & ipſe, & prius nata altera phrenica a mammaria, retia fecit cum arteria hepatica, Is eſt *alter ramus in transverſo & recto deſcr. art. Thor.* p. 26. Verum is ramus non perpetuus eſt.

Vidi ſub iſto muſculophrenico a mammaria ſub coſta octava adhuc ramum iviſſe ad ſeptum transverſum, & muſculum cognominem, inosculatum prioris ſurculo, & tum demum ortum fuiſſe ramum cartilaginis enſiformis, quem diximus. Alias prior diaphragmatica minor ad ſextam, altera major ad octavam coſtam nata eſt, & illa anulos ſexti intervalli, haec ſeptimi, cum intercoſtalibus perfecit.

Truncus internae mammariae, tectus cartilaginibus coſtae (ad 16 & 26. T. l.) quintae, ſextae & ſeptimae, deſcendit inter coſtas & transverſum muſculum, ad abdomen, & ſub coſta octava emergit, fultus transverſo muſculo. Hoc vocat *Diaphragma perforare* J. E. WREDEN, minus tamen commode, ramosque habet ad ſeptum transverſum T. 12. Similia fere HEISTERUS reliquit *comp. anat.* p. 157.

Edit denuo mammaria *ramum externum* T. l. 28. trunco parem, aut majorem, per transverſum musculum ad obliquum deſcendentem & rectum euntem *deſcr. Art. Thor.* p. 29. Idem etiam ad coſtarum perioſtea ſurculos dat, intercoſtalibus inosculatos, & ſub nona coſta anuli ſpeciem cum intercoſtali ejus intervalli in transverſo muſculo abſolvit.

Truncus profundior Mammariae rectior, inter rectum & transverſi tendinem deſcendit, ad umbilicum fere, & anaſtomoſes fecit intervalli ſeptimi & octavi cum intercoſtalibus, deditque ſepto transverſo, & infra coſtam octavam & nonam anulum cum intercoſtali ejus intervalli abſolvit. Ejus ramus anaſtomoticus cum Epigaſtrica etiam ſurculos dat (T. l. 29.) venae umbilicali & ligamento ſuſpenſorio, qui cum hepaticis ramulis uniuntur. In linea etiam alba lateris dexteri rami cum ſiniſtris ſurculis anaſtomoſes faciunt. Plures autem ejusmodi anaſtomoſes eſſe, & perpetuas, toties confirmavi, ut nullus metus erroris ſupereſſe queat. Conf. WINSLOWUM n. 90. Exiguas autem eſſe, & in phyſiologicis nullius momenti facile conceſſero CLARISSIMO LIEUTAUD.

Denique eodem etiam loco cum mammaria, & Thyreoidea inferiori provenit arteria *intercoſtalis ſuperior*, quae hactenus nonnihil ad nos pertinet, quod arteriam edat, quae in primo intervallo cum Thoracica minori anulos facit. Verum rectius alias dicetur, cum reliquis intercoſtalibus. Prodit autem exterior paulum & poſterior, quam mammaria ☲ T. *art. Thyr. inf.* l. & T. *corp. tot ſin.* male interiori loco picta a VERHEYENIO.

Subclavia eodem fere loco, non tamen perpetuo, ex angulo quidem inter thyreoideam inferiorem & truncum, ad nervum ſextum & medullam ſpinalem ramum edit, quem cum cervicalibus & dorſalibus repetemus. Indicatus eſt T. l. ad Σ Diaphragmaticam vero aliquam ſuperiorem ibi oriri, aut thymicas, aut mediaſtinas, uti HEISTERUS, WINSLOWUS aliique ſcripſerunt, ego rariſſimum eſſe credo, qui nunquam viderim.

Inde ſubclavia arteria ſcaleno primo anterius inpoſito tegitur, dumque eo tegitur (T. *Thyr. inf.* ad Ψ T. *corp. tot. utr.* T. l. utrinque) & ſcaleno ſecundo inſidet, auctore WINSLOWO nomen ſubclaviae deponit, & aliud *Axillaris* indicit n. 25. 121. quem virum plerique ſequuntur. Mihi, ſi omnino aliqua diverſitas nominis locum habet, haec ſedes ejus modi videtur, ut nondum ſubclaviae nomen induere, & longe minus exuere poſſit: nam extra eum demum alterum ſcalenum arteria ſubclavia clavicula tegitur, non transverſa, ſed ut tamquam ponte tecta, quem ad angulos valde inaequales ſecat, retro claviculam deſcendat. Nuda ergo ultra ſcalenum primum porrecta, deſcendit oblique ante primam coſtam, ſub oram exteriorem ſecundi ſcaleni, & dat nonnunquam ibi ramos aliquos ad coſtam primam & ſcalenum lateralem atque nervos brachiales T. l. i. Ibidem etiam ramum aliquando emittit, quem dixi *Thoracicam primam* p. 28. *art. thorac.* ad coſtam primam & ſerratum magnum & intercoſtalem, a ſequentibus diverſum, et qui nonnunquam ſuperiorem anaſtomoſin utramque primi intervalli, et alteram et primam ſecundi facit cum Thoracica prima vulgari, quam continuo deſcribam, cum et ea adeſſet, & alia thoracica altera conſueta. Hunc ramum etiam WINSLOWUS habet, ſaepe tamen abeſt.

Alias *profunda cervicis arteria*, diverſo trunco ab intercoſtali ſuprema oritur, et tunc eam pro diverſo ramo ſubclaviae arteriae haberi oportet; exterius quam Thyreoidea nata, retro ſcalenum alterum. Eſt O. T. *Thyr. inf.* Solet autem ultra ſcalenum provenire.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 306 sur 543

Ad pollicis etiam diſtantiam a vertebralis arteriae origine truncum arteriae ramum ad trapezium ſecundum oram claviculae & ad infraſcapularem dediſſe vidi. Dat etiam ea ſede, aut communi e trunco cum cervicali aut ſeorſim, ſaepe omnino Dorſalem arteriam.

Deſcendit interim ſubclavia a media clavicula, ſemper dignior *axillaris* nomine, magis magisque declivis, ad ſerrati primi interiora, ante coſtam primam & ſecundam T. *Thyreoid. inf.* l. N. N. T. *corp. ant. utr.* T. l. utrinque. A coſta vero ſecunda & inſertione ſcaleni alterius, truncus ſubclaviae a corporis trunco ſecedit, & ſecundum infraſcapularem declinat T. *corp. ant.* huic interpoſita & ſerrato majori.

Eadem etiam in ſede, ſecundum infraſcapularem eundo, educit quatuor ſibi vicinas arterias *Thoracicas externas*, quas ſollicite deſcribemus, *ſupremam, & longiorem, Thoracicam humerariam, alarem*. Vide expreſſas in T. l. & obiter in T. *corp. ant. tot.* Alias tres ſunt, & humeralis eumdem truncum cum majori thoracica habet. Alias prius quam reliquae Acromialis ſive Thoracica humeralis provenit. Alias vidi, Thoracicam primam, acromialem & ſcapularem inferiorem ſolas adfuiſſe, a qua Thoracica longior oriretur, & non rarum eſt, deficere alarem. Alias, & nunc maxime coram, ſex omnino arterias dignas vidi, quae Thoracicae externae dicerentur. Semper autem ea longior quaecunque exterior, prima breviſſima eſt. Tales Thoracicas vulgo unicam, alteramque a ſcapulari habent ab ipſo retro VESALIO. Primus J. LEONCENA praeter acromialem quatuor omnino, uti nos, truncos praeparavit in eo corpore, ad quod icon ſaepe citata ſculpta eſt, quorum unus ſcapularis fuiſſe videtur. Sed in ſceleto ejusmodi rami non valde adgnoſcuntur. Caeterum ſcriptores omnes, etiam nuperrimi, a noſtris obſervationibus in his thoracicis differunt, & oportet maximam varietatem naturae eſſe.

Mammaria vera comes imi marginis muſculi pectoralis hic etiam oriri viſa eſt, ſub alari. Inter majores praeterea thoracicas parvi ramuli nervos brachii adeunt, & inter ramum acromialem & mammalem ramus ad proceſſum coracoideum, ad ortum bicipitis & coracobrachialis & os ipſum venit T. ll. f. 2. μ inosculatus aliis ad coracoideum proceſſum ramulis, & thyreoideae ſupraſcapularis ſurculis, qui per hilum coſtae ſuperioris ſcapulae eunt, tum arteriae acromiali. Idem dat inſerto ibi ſerrato minori, & coracobrachiali minutos ſurculos.

Ipſas autem Thoracicas nunc minutius deſcribemus. *Thoracica prima* T. l. *l.* plerumque inter thoracicas id nomen meretur, ex naſcendi ordine, nonnunquam tamen altero demum loco naſcitur. Diverſa eſt ab exiguo ſurculo ad ſcalenum & primam coſtam eunte, cujus memini. Haec noſtra *Thoracica prima* eſt *in musculos anteriores thoracis delata* VESALII p. 487. *tab. 1. arter.* L. VIDI VIDII l. c. & *Thoracica ſuperior* SPIGELII l. c. p. 190. plerisque nuperis eo nomine dicta. EUSTACHIUS expreſſit T. XXV. γ ALBINI *Mammaria externa* dicta eſt MOLINETTO *diſſ. anat. Pathol.* L. V. c. 5. p. 238. & GRAMBSIO T. IV. Expreſſit utcunque icone COWPERUS ad 22. & anaſtomoſin etiam cum altera Thoracica videtur adjeciſſe. Sed eam anaſtomoſin in DRAKIANO opere omiſit. Eſt *Thoracica ad primam ſecundamque coſtam* RAV. *amphith. Zootom. p. 103.* An una *thoracicarum ulteriorum* quas nominat WALTHERUS p. 16? Huc refero *thoracicam tertiam* WINKLERI n. 6. & TARINI p. 42. niſi alaris eſt.

Orta ſuper coſtam ſecundam & ſuper ſerratum minorem T. *corp. ant. ſin.* dat ſtatim ſurculum ſuperficialem ad coſtae primae oram inferiorem, inosculatum ſequenti. Dividitur pene continuo. Uno trunculo adſcendit per intercoſtalis externi ſuperficiem, tecta ſerrato minore, cui ramos dat. Dat ramum transverſum intervalli primi inferiorem, inosculatum mammariae T. l. p. 1. Alius ſurculus ejusdem retrorſum it s. T. l. in ſerrati magni dentem ſupremum, & inſeritur intercoſtali majori, quam prior, anaſtomoſi. Idem ramus alium ramum retrorſum ſub coſta prima edit, inosculatum in intercoſtalis primae ramum ſuperiorem *n* T. l. Alium antrorſum ſub eadem coſta mittit *o.* qui recipit primo loco dictum ſuperficialem ſurculum hujus Thoracicae, & inſeritur ramo mammariae internae, ſub coſta prima orto. Denique ſurculus hujus rami it ad ſcalenum primum & lateralem, & coſtam primam, varie inosculatus cum ramo proprii trunci primo loco dicto, qui coſtae primae orae ſuperiori proſpicit.

Truncus Thoracicae, de qua agimus, deſcendit infra coſtam ſecundam, inter ſerratum magnum & parvum, quibus ramos dat; edit ibi ramum in ſerratum magnum, qui longam anaſtomoſin habet cum magna alari arteria, quam ſcapularis inferior generat. Eum reſectum depinxi. Dat porro ramum retrorſum euntem (z) cum ora inferiori coſtae ſecundae, & cum ora ſerrati ſuperioris, inosculatum intercoſtali ejus intervalli, alium antrorſum *x*, qui vel ſolus, vel miſtus ramo ſequenti, ſequitur oram inferiorem ejus ſecundae coſtae, & inosculatur mammariae ramo.

Deſcendit porro per intervallum ſecundum, dat ramum retrorſum ſequentem oram ſuperiorem coſtae tertiae, qui ſerrato primo dat, & inosculatur intercoſtali. T. l. α. Dat alium antrorſum in marginem etiam ſuperiorem coſtae tertiae β, qui unitur cum ramo thoracicae alterius. Edit inde ramum ſuperficialem, inter pectoralem & ſerratum parvum deſcendentem, ſatis nonnunquam longum, & aliquando ex ipſo principio arteriae natum. Eum reſectum pinxi.

Dat

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 307 sur 543

Dat ramum ſub coſta tertia retrorſum euntem, inosculatum intercoſtali ε T. l. et alium antrorſum euntem T. l. γ ſub eadem coſta, qui ſuperius cum mammaria ſuper coſtam tertiam, & inferius cum eadem ſub eadem coſta tertia unitur. Is trunculus altero ſurculo pectoralem adit & cutem.

Inde dat inferiores intervalli tertii tam anteriorem ζ quae mammariae inosculatur, quam poſteriorem η quae intercoſtali: utramque ſupra coſtam quartam. Hic alias deſinit, conſumta in inferiori intervalli tertii anulo. Imo in inferiori ſecundi intervalli parte finitam vidi.

Quando longius noſtra thoracica producitur, dat porro intervalli quarti ſuperiores arterias, tum poſteriorem T. l, ſ quae intercoſtali occurrit, tum anteriorem, quae nonnunquam cum ramo Thoracicae alterius conjungitur, & una Mammariae inſeritur, alias ipſa mammariam edit.

Inde a ſuperiori ramo intervalli quarti ſurculus, ut ſaepe ſolet, in inferiorem ejus intervalli quarti ab intercoſtali natam deſcendit, & hic finis eſt hujus primae Thoracicae T. l.

Vidi ſoli dediſſe intervallo ſecundo, cum alia perexigua prima eſſet. Alias dedit ſecundi intervalli inferiorem cum intercoſtali anulum, & ſub tertia coſta cum thoracica altera communicavit, utrinque & retrorſum & antrorſum. Alias ſoli ſecundo intervallo proſpexit. Alias ſolum ſuperiorem anulum intervalli primi perfecit cum mammaria, utrumque vero cum intercoſtalibus; alias ad inferiorem, uti dixi, anulum intervalli tertii deſcendit. Alias, & nunc coram, duobus truncis naſcitur, utroque ad coſtam primam prodeunte. Primus adiit coſtam primam, ſubclaviumque muſculum, & inosculatus eſt ramo primo Mammariae, qui ſub coſtam primam prodiit. Eadem arteria dedit in primum intervallum ſurculum, qui primum anulum primi intervalli cum mammaria perfecit.

Alter trunculus, qui pro Thoracica prima fuit, major, magno ramo ivit retrorſum ad primum dentem ſerrati ſuperioris. Dedit etiam inter externum & internum intercoſtalem primi intervalli ramum, qui ſecundum anulum primum ejus intervalli cum mammaria perfecit. Eadem utrumque anulum poſteriorem cum intercoſtalibus abſolvit.

Thoracica altera major ſive *longior* ⊙ T. l. plerumque diſtinctus truncus eſt. Vidi tamen (T. *corp. tot. ant.*) fuiſſe ex arteria circumflexa ſcapulae natam. Videtur apud LEONCENAM inter ſcapularem truncumque brachialem exprimi. Hanc eſſe *mammariam* J. JAC. RAUII probabile fit, cum aliam Thoracicam tantum duabus coſtis proſpicientem huc non videatur referri poſſe. Hanc etiam ſuſpicor eſſe HEISTERI *Mammariam externam*. In WALTHERI deſcriptione non ſatis adgnoſco quam velit Vir Cl. Nam cum unum cadaver deſcribat, neque fines vaſorum ultimos habeat, aegre ejus verba intelliguntur. An *Thoracica maxima* EIUS? p. 17. Haec aut prior eſt *artere Thoracique ſuperieure* breviter WINSLOWO dicta, & cum humerali thoracica conjuncta. Eſt *thoracica ſuperior* B. A. WINKLERI n. 3. qui ad ſextam coſtam usque iviſſe vidit, & ei alarem adnumeravit. Idem nomen eſt apud TARINUM p. 41. *Thoracica ſuperior* ſive *Mammaria externa* eſſe videtur VIRI Cl. I. G. ROEDERERI p. 10. etſi non penitus reſpondet. Noſtra enim ad latiſſimum, coracobrachialem & bicipitem non venit, niſi forte humeralis thoracica huic adnumerata eſt a Cl. noſtro Sodali.

Thoracica ergo altera noſtra dat ramum unum glandulis ſuperioribus alae. Ibi etiam vidi dediſſe ramum ad papillam & mammam, cum alia mammali arteria, a mammaria interna nata, inosculatum. Per ſerratum etiam majorem dedit ramum ad quartam coſtam usque deſcendentem. Ibi etiam profundum ſurculum edit, ſub coſta ſecunda, bifidum λ qui etiam fini ſerrati minoris ſurculum dat. Ejus unus ramus recipit ramum thoracicae primae, ut dixi t. l. & una efficit ſolitum anulum cum arteria mammaria in intervallo ſecundo ſuperiorem t. l. 3. Ibi vidi ramum hujus arteriae, tectum ſerrato majori, facientem duplicem anaſtomoſin ſub coſta prima, & utroque anulo cum ramo intercoſtali ejus intervalli coiviſſe. Haec autem anaſtomoſis plerumque ad primam thoracicam pertinet.

Alter ramulus ſequitur oram coſtae tertiae ſuperiorem, recipit ſibi inſertum alium ſurculum ϰ ϰ proprii trunci, ſtatim dicendum, & una inſeritur Mammariae in ora ſuperiori coſtae tertiae λ. λ. 4.

Truncus pergit in ſerrato magno ad coſtam tertiam, dat ibi ramum T. l. v. retrorſum, cui inosculatur ſurculus thoracicae primae, & cum eo parrem circuli inter coſtas abſolvit. Alium anteriorem edit, quem modo *alterum ſurculum* dixi ϰ ϰ cui inſeritur ramus miſtus ex Thoracica prima & ſecunda ex y & λ, & circulum intervalli alterius inferiorem cum mammaria abſolvit. λ. λ. 4

Inde alius ramus rami ejusdem ϰ ϰ antrorſum it, recipit modo dicti ſurculi ramum miſtum cum ſurculo ex thoracica prima & ſecunda conpoſito, qui infra coſtam tertiam annulum cum mammaria abſolvit, intervalli tertii primum μ. μ.

Idem trunculus hactenus dictus anterior thoracicae alterius pergit ad coſtae quartae oram ſuperiorem, & unum ramum edit ſuperficialem, ad originem ſerrati minoris, in icone reſectum, alterum profundum, qui in ea ora cum mammaria circulum efficit, inferiorem intervalli tertii.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 308 sur 543

Truncus Thoracicae alterius pergit deſcendere, dat ſerrato parvo magnoque in quo incedit, reſectos ramos, dat ramos duos ad coſtam quartam, tectos ſerrato magno retrorſum euntes. Earum utraque ſuae coſtae oram legit, & inſeritur Thoracicae primae, uti dictum eſt, tum in parte inferiori intervalli tertii, tum in ſuperiori quarti. In eo ergo intervallo anuli fiunt a ramis ex intercoſtali in Thoracicam primam, ex ea in alteram, inde in mammariam euntibus. Alio ibidem ſurculo anteriori deſcendit ante coſtam quartam, & oram inferiorem ejus coſtae legens anulum cum Mammaria ſuperiorem perficit intervalli quarti *p. pp* 12. Et porro ſuper coſtam quintam anulum intervalli quarti inferiorem abſolvit poſterius *v* & anterius *v v.* 13. Et hic in iſto cadavere & in aliquot aliis finitur, niſi velis minimos ramulos, qui trans coſtam quintam cum anulo ſuperiori intervalli quinti de more parvas anaſtomoſes habent.

Alias aliter ſe habuiſſe vidi, cum haec arteria magna eſſet, & ad oram internam ſerrati minoris naſceretur. Dedit ſtatim duos ramos. Primus, ſtrae fere deſcriptioni ſimilis, tectus ſerrato minori huic dedit & pectorali magno, & cum intercoſtalibus atque mammariis anulos anteriores & poſteriores ad quartam coſtam usque perfecit, ubi cum ſequente ſe conjunxit. Iſte dedit arcus cum mammariis & intercoſtalibus duorum intervallorum ſupremorum. Alter ramus major longiorque, perinde parvo ſerrato tectus, dedit huic & glandulis alaribus, dedit arcus anaſtomoticos utrosque tertii et quarti intervalli, & infra ſextam coſtam deſiit, recepit autem ſub quarta ramum prioris, & cum mammaria conjunctam fecit anaſtomoſin.

Alias etiam duos ramos dediſſe vidi, quorum unus intervallo ſecundo & tertio, alter quarto & ſuperiori quinti proſpexit. Alias dedit arterias communicantes tertii, quarti & quinti intervalli, & in ſexti ſuperiori anaſtomoſi deſiit. Alias dedit in tertio intervallo utrimque & cum mammaria & cum thoracica prima ſuperiorem & inferiorem anaſtomoſin, & perinde in quarto intervallo tum cum mammaria anteriorem, tum cum intercoſtali poſteriorem, utrumque deinde ſuperiorem dedit anulum quinti intervalli, antrorſum & retrorſum, & trans coſtam quintam, cum intercoſtali & mammaria conjunctos ſurculos dedit. Alias anaſtomoſin fecit inferiorem interiorem intervalli primi, & ſuperiorem utramque ſecundi cum mammaria, & inferiorem, & utramque tertii, & utramque quarti, & trans coſtam quintam, uti primo loco dixi, in anulum mammariae ſe inſeruit, ut in quarto tamen intervallo ramus arteriae thoracico-ſcapularis cum hac ipſa thoracica altera conveniret, & cum intercoſtalibus ſolitas anaſtomoſes faceret.

In cadavere quod coram eſt, duo iterum pro thoracica altera trunci adfuerunt, uterque in coſta ſecunda natus. Eorum prior ſingularis certe cum dente primo ſerrati majoris magnum ramum retrorſum miſit, ad infraſcapularem usque, qui alias ex trunco ſubclaviae provenire dictus eſt. Is ergo ſecundum coſtam ſuperiorem ſcapulae verſus angulum ejus ſuperiorem ivit, inque ſerratum majorem exiit, idemque habuit in ora ſcapulae anaſtomoſes & cum dorſali ſuprema & cum ramis aliis infraſcapularibus hic proprio trunco natis. Idem trunco ſuo deſcendit trans intercoſtalem externum ſecundi intervalli; dedit hic ramum ad eum muſculum in eo intervallo, aliumque extrorſum ad ſerratum grandiorem. Perrexit tectus dente tertio ſerrati, dedit in ſecundo intervallo anulum cum ſequente thoracica tum inferiorem, utrumque retrorſum cum intercoſtali. Porro deſcendit trans coſtam tertiam & quartam, dedit anulos omnes quatuor intervalli tertii, duos nempe anteriores, cum ea thoracica, quam continuo dicemus, & duos cum intercoſtali. Sub coſta quarta dedit anulum ſuperiorem poſteriorem, & ipſa demerſa recepit alarem, atque cum ea fecit anulum inferiorem quarti intervalli. Dedit etiam anulum poſteriorem inferiorem hujus intervalli, & trans coſtam quintam inſerta eſt in intercoſtalem quintam ſuperiorem duobus ramis. Alter truncus dedit anulos intervalli ſecundi anteriores & poſteriores cum Mammaria & intercoſtali, duplices, ut ſaepe ſolent, unum in ſuperficie intercoſtalis externi, alterum in ſuperficie interni. Trunco ſuo tecto coſta tertia venit in tertium intervallum, & utrumque ibi anulum cum mammaria, utrumque etiam cum proxime prius deſcripta Thoracica altera fecit, ut dixi.

Infra hanc thoracicam anaſtomoſes anulique duplices intercoſtales hinc a truncis intercoſtalibus, inde a mammariae, quos diximus, ramis fiunt, & ab ejus trunco phrenico. Caeterum ſurculos iſtos, qui anulos faciunt, coſtasque ſequuntur, utrisque intercoſtalibus dare, & multis deſcendentibus truuculis ſuperiorem & inferiorem uniri, dudum ſcripſi *de art. thor.* p. 27. ad verba *Eorum ramorum*, & addo eos anulos fere ſemper duplices eſſe, minores in ſuperficie intercoſtalis externi, majores fere in ſuperficie interni intercoſtalis.

Thoracica humararia, quam ab acromio voco *Acromialem*, perpetua & ſemper ſatis inſignis, adparet inter Deltoidem & pectoralem T. I. *x. dextr. lat.* orta inter coſtam ſecundam & proceſſum coracoideum; ad oram interiorem ſerrati minoris. In *Tab. Corp. tot. ant. ſin.* etiam adparet, & in T. IV. H. in T. III. T. Haec eſt arteria ad humeri cum ſcapula articulum VESALII

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 309 sur 543

L. III. p. 487. *Tab. ant.* & *Humeraria altera* SYLVII l. c. p. 386. VIDI p. 136. *Scapularis externa* SPIGELII cum citet VESALIUM p. 190. An ſit EUSTACHIANUS ramus T. XXV. β T. XXVI. 15? in tanta brevitate non dixero. Icon LEONCENAE aliquid ſimile habet. *Muſcula* eſſe videtur I. IAC. RAUII p. 103. Eſt *une qui deſcend contre le muscle Deltoide & le grand pectoral avec la veine cephalique* WINSLOW n. 124. Eſt *thoracicae inferioris ramus ſuperior* B. A. WINKLERI *de arteria brachii* p. V. n. 4.

Dat ſtatim ramum profundum ad ſerratum majorem ſuperiorem, ejusque primos duos dentes, a quo nonnunquam oritur anaſtomoſis cum aliqua ſupremarum intercoſtalium, ſub coſta prima. Dat etiam nonnunquam ramum trans claviculam ad muſculum maſtoideum, perioſteon claviculae, cutemque.

Inde ad oram ſuperiorem ſerrati minoris edit ramum retrogradum cum ſubclavio muſculo ad pectoralem, qui ſecundum claviculam hujus muſculi originem ſequitur. Ejus ramuli ſunt, qui perforato pectorali claviculam adeunt, inosculati ramis ſuperficialibus primi intervalli a mammaria natis, & thyreoideae ſcapularis ramo ſuperficiali, etiam dicto, ſerratum majorem adeunti. Alii perforato pectorali cutem adeunt. Is ramus venit ad usque articulationem claviculae ſternalem, ibique cum ſuo ſodali alterius lateris & cum primi intervalli ramo, a Mammaria nato, anaſtomoſes habet.

Inde truncus arteriae acromii deſcendit inter deltoidem & pectoralem conf. T. *later. dextr.* dat ramos utrique & cuti, perforato paſſim deltoide. Dat ramulum ſecundum proceſſum coracoideum demerſum, inosculatum axillaris ramo ad eum proceſſum eunti, quem diximus. Dat ramum ſummis glandulis alaribus retro ſerratum minorem T. *corp. ant. ſin.* Alium mittit retrogradum ad pectoralem, alios ad deltoidem, alium ad ſubclavium, qui trans eum muſculum legit claviculae longitudinem, ad eum muſculum & ad deltoidem, & inosculatur & ramo primo ſubclavio jam dicto, & trans claviculae articulationem anaſtomoſes habet cum ſuperficialibus ſcapulae a Thyreoidea natis. Alium porro ad claviculam mittit nutritium *lat.* 1. T. *dextr.*

Alium edit *circumflexum*, cujus unus quidem ramo ſuperficialis eſt ſecundum oram deltoidei T. l. U. qui in ejus ſuperficie ad Acromion venit. Ejusdem truncus tegitur deltoide, ſecundum ortum ejus muſculi a clavicula & ab acromio. Ramum edit profundum ad proceſſum coracoideum, adque ſummam capſulam articulationis cum humero, & multos ſurculos deltoidi, ejusque faciei ſpectanti os humeri, ibique duplicem circulum arcumve facit cum circumflexa poſtica humeri, cumque arteria emergente infra ſpinam ſcapulae a Thyreoidea. Edit etiam ramum ad claviculae articulationem cum acromio, & ad claviculam, & acromion, etiam in eo ipſo inosculatum ſuperficiali ramo a ſcapulari Thyreoideae nato, & per trapezium advenienti. Finitur ultimo relegens ſpinam ſcapulae in anaſtomoſin, quam cum ramo emergente ſcapularis a thyreoidea facit, inter eam ſpinam & muſculum infraſpinalem.

Truncus reliquus hujus *Acromieae* dat ramum cutaneum ſatis magnum inter cutem & deltoidem, ſodalem venae cephalicae, in ſummo pene humero terminatum, dat aliquot ramos ſerrato minori, alium in deltoidem ejus oram legentem interiorem, alios duos in pectoralem, quorum unus etiam ſurculum proceſſu coracoideo mittit, & inſertis ibi coracobrachiali & bicipiti.

Truncus ultimus inter partem coſtalem & clavicularem pectoralis deſcendit, & in eum muſculum conſumitur.

Ab aliquo eorum ramorum, pectoralem & ſerratum minorem adeuntium, vidi ſemel ramum ſub coſta prima cum mammaria communicaſſe, anulumque cum ea ſuperiorem perfeciſſe. Legi etiam in adverſariis meis, aliquando dediſſe ramos quatuor ſupremis intercoſtalibus, atque adeo thoracicam primam alteramque generaſſe, quibus tunc quidem nondum nomina inpoſueram.

Alaris, ultima Thoracicarum T. l. b. plerumque diſtinctus truncus eſt. Hi ſunt exigui rami in glandulas axillae VESALII, VIDI. Eſt tamen ubi nulla fuit, ejusque loco arteria ſcapularis magna varios glandulis ſodalibus ramos dedit. Alias ſingularis ſed ultima & infra infraſcapularem demum in latiſſimo dorſi provenit T. II. f. 2. & tunc ramum primarium Mammae dediſſe vidi. Ad glandulas caeterum alares numeroſos ramos dat, quae glandulae hinc coſtas ſecundam, tertiam, quartamque & ſerratum magnum habent, inde infraſcapularem T. *corp. tot. ant. ſin.* & ſub eo latiſſimum dorſi, ante ſe ſerratum minorem. Longa ſerie deſcendunt ab ipſa clavicula deorſum ad finem inferiorem ſcapulae. Numerus incertus, major eſt quam vulgo lego.

Alios ramos alaris arteria mittit ad minorem pectoralem, & eo perforato ad majorem, ad ſerratum magnum, & ſub ora octavae coſtae ſuperiori manifeſto in intercoſtalem ejus intervalli inſeritur. T. l.

Alias grandem hanc arteriam alarem reperi, multo numeroſioribus ramis. Nempe orta ad coſtam ſecundam, dedit ſtatim ramum utrique pectorali, quorum utroque tegitur. Deſcendit inter glandulas alares, hisque multos ramos exhibet. Emittit ramum ad pectoralem & ſerratum minorem, qui fine ſuo pectoralem conſcendit, inque cellulo-ſitate ſub mamma inosculatus eſt ramo infra coſtam quartam emergenti. Deinde dedit ſuperficialem ramum ad dentes ſerrati majoris tertium quartumque, facit anulum inferiorem tertii intervalli ſuperiorem, cum mammariae ramo ſuperficiali ejus intervallo, & finitur in quarto intervallo, ſuperiori ramo a Thoracica altera nato inſertus.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 310 sur 543

Truncus hujus arteriae deſcendit ultra, dat in quarto intervallo ad dentes ſerrati majoris ramum, inosculatum trunco arteriae Thoracicae ſecundae, cumque ea facit anulum inferiorem quarti intervalli, & ipſe denique truncus finitur in cutem & ſerratum ſuperiorem & coſtam ſeptimam, uti diximus inosculata.

Truncus ſubclaviae, vel axillaris, pergit deſcendere, dum dat thoracicas, atque inſiſtit infraſcapulari muſculo (EUSTACH. T. XXV. ad I. G. ALBINI) ad cujus imam oram nervi tres ultimi colli ipſam amplexantur (T. II.). In eo itinere & nerveo plexui ramum dat, & ramum grandem infraſcapulari ſummo, ſecundum oram ſuperiorem ſcapulae procedentem, qui non raro in ſerratum etiam majorem T. II. F. l. ejusque partem ſupremam excurrit. Is ramus etiam levatori ſcapulae dat, & inosculatur trans coſtam ſuperiorem ſcapulae ramo ſuperficiali arteriae dorſalis ſcapulae, a Thyreoidea natae. Ejus ſurculus venit ad oram internam ſuperioris coſtae ſcapulae, & uno ramo cum nervo per ſulcum ejus coſtae, qui hilus vocatur, alio autem ſuper ligamentum, eum hilum perficiens, venit in ſpatium ſuperſpinale, & cum thyreoideae ramis, ſuperſpinalem muſculum adeuntibus, conjungitur, uti dixi. Alter ejus trunculi ramus deſcendit ad imam ſcapulam, ſuperficialis, per infraſcapularem, & ſurculi ejus rami penetrant infraſcapularem, & legunt oram coſtae ſuperioris ſcapulae, habentque circa finem ejus coſtae ſuperioris anaſtomoſes cum dorſalis ſupremae ramis, per foramina ſerrati ſuperioris advenientibus, & cum ſequentibus etiam ſcapularibus. An iſte fuerit *ſcapularis inferior* WINKLERI? Vix certe a ſcapulari poſſum ſeparare, & deſcriptio a mea recedit.

Deinde vel ab axillari arteria, vel ab ejus ramo, quam *alarem* diximus, ramus alius major infraſcapularem adit, infra priorem, tum in ejus carnem conſumtus, tum in perioſteum, qui per cavam partem ſcapulae excurrens, multis locis cum dorſalis ſupremae ſurculis, per ſerratum ſuperiorem advenientibus, unitur, & circa angulum inferiorem cum ramis ſcapularis internae arteriae, tum in ſcapula, tum in dorſi latiſſimo.

Ibi etiam, vel ante vel poſt eum ramum, ſurculus iviſſe viſus eſt ad pectoralem majorem & minorem, etiam cum modo dicto inosculatus. Alium ibi vidi ad bicipitem iviſſe, aut ad coracobrachialem, aliosque minores ad infraſcapularem. Alium ad glandulas alarum & pectoralem, & convexitatem infraſcapularis muſculi veniſſe vidi. Haec eſt nonnunquam, quae ſequens oram pectoralis muſculi, cui ſurculos dat, plerumque unam ex principiis mammae arteriis producit T. *pectoris fin.* Eam arteriam dixi in T. *art. Thor.* p. 28. tum WINKLERUS n. 7. Alias eadem infra circumflexas demum naſcitur, ubi truncus tereti majore fulcitur, communi cum alari trunco T. II. f. 2. alias ad cutem ſolam humeri & ad Mammam it.

Sed inprimis ad oram inferiorem muſculi infraſcapularis arteriam maximam truncus edit, quam *ſcapularem inferiorem* aut *infraſcapularem* voco T. II. f. 2. ☧ T. I. *dextr. s.* Ea nonnunquam, ut in corpore picto T. *corp. tot. ant.* jam inter Thoracicas naſcitur, ſuperius, in infraſcapulari tamen muſculo, ſub thoracica prima, communi trunco cum thoracica longiori, quam ex ortu ſuo generat, ut ſtatim ab ortu ad quatuor prima intervalla, ad intercoſtales, ſerratum magnum, parvum, glandulasque alares ſurculos mitteret, tum alium ad infraſcapularem & ſerratum minorem (ib.) & tunc demum finderetur in circumflexam & in muſcularem. Alias & plerumque inferius T. I. T. ad oram infraſcapularis inferiorem naſcitur T. II. f. 1. T. IV. M. T. V. inter teretem majorem & infraſcapularem, grandis & inter ramos ſubclaviae maxima, & paulo trunco minor. Hujus ramus ſcapularis videtur eſſe *arteria in cavam Scapulae regionem* VESALII p. 487. IACOBI SYLVII p. 38. 6. *ſcapularis interna* SPIGELII p. 190. Bene cum utroque grandi ramo exprimitur ab EUSTACHIO. T. XXV. ГГ ALB. Haec eſt *der erſte unter den muſculum rotundum minorem.* I. ERNESTI WREDEN T. 16. qui etiam ramum infraſpinatum habet, & ad ſuperſpinalem infraſcapularem, teretemque & latiſſimum ſurculos. Eſt *Infraſcapularis* RAUII l. c. *Scapularis interna* L. HEISTERI. WALTHERUS hanc arteriam fuſe deſcripſit cum nomine *Thoracicae maximae* p. 15. cujus rami ſunt *ad humerum pertinens* (circumflexa poſterior); *ſcapularis anterior*, quae & anteriori & poſteriori faciei ſcapulae proſpicit, & *pectoralis lateralis* ſive ramus ad latiſſimum. Duas niſi fallor facit WINSLOWUS, *Thoracicam inferiorem* n. 125. ſive ramum ad ſerratum & latiſſimum, quam etiam ſeorſim utique vidi naſci, & *ſcapulaire interne* n. 127. paulo aliter tamen quam in meis experimentis. Eſt *Thoracicae inferioris ramus inferior* WINKLERI, *l'inferieur du Thorachique majeur* TARINI p. 42. Duos etiam facit truncos Cl. ROEDERERUS *Thoracicoſcapularem*, quae coſtam inferiorem ſcapulae legit, & latiſſimum adit, & *ſcapularem inferiorem*, qui ramus eſt ad dorſum ſcapulae circumflexus p. 10. Saepe omnino producit circumflexam poſteriorem humeri, ut in T. IV. M. N. T. II. f. 2. F. Alias autem eam non generat T. *corp. poſt. utrimque.* Ubi eam dat, ſtatim prope principium edit.

Ramulus autem ab ipſa origine adit infraſcapularem, ut Q. T. IV. ϒ. T. II. f. 11. & *e* T. V. & per eum ad capſulam articulationis, atque in ſcapulae facie anteriori, prope caput humeri inosculatur cum propagine rami ſui infraſcapularis p. T. II. f. 2. Is ramus nonnunquam, ut in T. *corp. tot. ant. dextr.* proceſſum coracoideum & ei inſertos muſculos adit. Alium etiam non perpetuum ibi ſurculum edit, qui cum margine ſuperiori latiſ-

ſimi

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 311 sur 543

simi dorsi venit ad humeri caput, finem musculi infrascapularis, sulcumque bicipitis, in quo cum ramo humerariae, aut Profundae adscendente surculo coit, & minorem quamdam circumflexam anteriorem efficit.

Dat porro scapularis magnum ramum deorsum ad infrascapularem nudamque scapulam, & teretem minorem, & longum extensorem. r. T. V.

Inde secedit plerumque ramus *muscularis* insignis, quem statim dicemus alias propriam originem habere. Ejus surculus ingens dat ramos ad infrascapularem, teretem majorem, & serratum superiorem T. ll. f. 2. H T. *corp. p ſt ſin.* & glandulas alares, & latissimum dorsi T, *corp. tot. ant. ſin.* & infrascapularem denuo, infra ortum teretis majoris. Deinde latissimum dorsi adit idem T. V. Λ & serratum superiorem M. T. ll. f. 2. T. V. Δ. Θ & in serrato, longissima descendit T. *corp. tot. poſt. ſin. & ant. ſin.* in quibus musculis grandibus ramis finitur T. lV. V. X. Y. Ejus trunci surculi in infraspinalem redeunt, ramis circumflexis ad dorsum scapulae inosculati. Idem etiam glandulas aliquas scapulae ramis adit, & trunco suo per serratum majorem descendens sub ora octavae costae superiori ultimo inseritur intercostali ejus intervalli.

Alius ramus circumlegit angulum imum scapulae T. ll. f. 1. dat tereti majori, minori serrato, periosteo scapulae, & cum ramo interno baseos scapulae magnum circulum in serrato magno facit T. ll. f. 2. O. Ramus, qui ad latissimum descendit, videtur esse *propago Thoracis lateri exporrecta* VESALII l. c. & M. *tab. arter. Thoracica altera* SYLVII. *Descendens per latus thoracis* VIDI. *Thoracica inferior* SPIGELII p. 190. Ramus ad latissimum & ramus ad serratum majorem exprimitur ab EUSTACHIO T. XXV. utrinque absque literis, idemque *Thoracicus* est MOLINETTO l. c. p. 238. Eadem LEONCENAE ramus longissimus esse videtur. Est *Thoracica reliqua* sive *pectoralis lateralis* WALTHERI p. 16. *Thoracique inferieure* n. 125. WINSLOWI, ut ex ramis ad teretem infraspinalem, latissimum & serratum majorem adparet. *Thoracicae inferioris ramus ſerrato magno latiſſimo &c. proſpiciens* WINKLERI n. 4. *Thoracico ſcapularis* ROEDERERI p. 10. Diximus etiam proprio trunco provenisse, qualem coram videmus. Nascebatur ultima thoracicarum, supra scapularem tamen. Descendit inter costas & infrascapularem, misitque multos ramos huic & serrato superiori, & latissimo dorsi, & tereti majori, et circa angulum scapulae in serratum majorem. Cum Dorsali suprema amplissimam in eo musculo anastomosin habuit. Ramis suis infrascapularem adeuntibus coiit cum ramis circumflexae anterioris. Aliis, qui latissimum adibant indeque teretem majorem, habuit in angulo scapulae anastomoses cum Dorsali scapulae a thyreoidea nata.

Alter ramus, aut truncus nonnunquam primus *internus ſcapulae* dato ramo infrascapulari T. lV. G. & uno alterove nonnunquam capiti humeri, dat ramum insignem tereti majori, & alium tereti minori, & ramum ad longi extensoris cubiti partem dorsalem, qui cum musculo longo ad capsulam articulationis cum humero ρ T. ll. f. 2. venit, & inosculatur ramo alicui ex primis musculum infrascapularem adeuntibus 7. ibid. & cum ramis infraspinalibus a Thyreoidea natis. Idem surculus dat cavae scapulae ramum.

Alii rami trunci scapularis anterioris duo, aut plures, magni omnino, eunt extrorsum versus basin scapulae, tecti infrascapulari, inserti arteriae baseos interiori T. ll. f. 2. k. l. o. Earum suprema T. ll. f. 2. O. orta nonnunquam ex eodem rrunco, qui summus dorsum adit, *nutritiam interiorem* sub ortu processus coracoidei satis grandem producit X. T. ll. f. 2. Eadem emittit ramulos versus hilum costae superioris euntes, inosculatos cum Thyreoideae ramo cum nervo adveniente. y. C. T. ll. f. 2. alias natos a ramo infrascapularis musculi p. 14. Alii rami eunt versus capsulam articulationis humeri, tecti infrascapulari, in eum musculum & eam capsulam articulationis p. q. r. T. ll. f. 2. Alius processum coracoideum adit, cum variis ejus processus arteriis ab axillari & ab acromiali natis anastomosibus exiguis juncta. Caeterum scapularem istam habet EUSTACHIUS breviter in utroque latere T. XXV. expressum. Est *ſcapularis anterior* WALTHERI p. 16. *ſcapulaire interne*, quam pro proprio trunco habet WINSLOWUS, ramosque ad infraspinalem etiam dicit. Eadem est *ſcapularis inferior* ROEDERERI.

Ejusdem porro arteriae ramus alius insignis T. ll. f. 11. h. b. sequitur inferiorem costam scapulae & originem teretis majoris, e regione infrascapularis, dat ramum alium infrascapulari, tectum ad faciem internam scapulae ib. m. quem priori enumeratione comprehendi, & cum arteria baseos comite, & cum prioribus ramis scapularis inferioris varie inosculatum, & ipse porro sequens costam inferiorem una cum fine teretis majoris inseritur eidem arteriae baseos scapulae i. K. V. & aliis ramis infrascapularem adit, cum eadem arteria varie mistus, in dorso vero hujus anguli scapulae cum arteriis imis salibus proprii trunci junctus. Alias haec arteria major est, & ipsa constituit arteriam comitem baseos scapulae adscendentem, & dat ejus nutritiam. Aliquando etiam ibi vidi in canali osseo incessisse, iterumque exivisse ad infraspinalem. Dat eadem non raro ramos glandulis alaribus inter teretem minorem & infrascapularem.

Sed truncus praecipuus arteriae hujus inferioris paulo post, quam modo dictum ramum dedit, dat alium emergentem inter musculos ad cutem a. T. ll. f. 2. et p. T. ll. f. 3. cujus surculus ad teretem majorem longum & cutem, alius vero ad infraspinalem et teretem minorem et deltoidem it. Talis est ramus EUSTACHII ad 2. T. XXIV. Ipsa sequitur costam inferiorem scapulae T. ll. f. 2. b. e d. dorso quam prior propior T. *poſt. ſin.* dat ramos tereti minori et majori T. lV. f. 2. e. l. c. et T. *poſt. ſin.* et ipsa denique in dor-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 312 sur 543

ſum ſcapulae venit, tecta infraſpinali, inferior, quam magna infraſpinalis R. T. II. f. 3. T. *corp. ſin.* Emittit ramos aliquos verſus angulum inferiorem, inosculatos cum ramis arteriae, quae baſin ſcapulae ſequitur S.S. T. II. f. 3. aliis autem cum ramis infraſpinalibus a ſequente trunco natis unitur h. ib. Conſumitur inprimis in perioſteum & infraſpinalem, tum in teretes & ſeratum majorem T. *corp. poſt. ſin.* Dat etiam alias ultimum ramum in partem cavam ſcapulae ad utrumque teretem. Habet etiam in infraſpinalis ſuperficie anaſtomoſes, tum cum inferioribus ramis ſuperſpinalis a Thyreoidea, tum cum intercoſtalis quintae propaginae T. *corp. tot. poſt. ſin.*. Hunc etiam ramum exprimit h. T. V. Ramos ad ſpatium infraſpinale inferius habet EUSTACHIUS T. XXIV. Cl. ROEDERERUS p. II. &c.

Ramus denique primarius hujus arteriae, *circumflexus* (conf. V. T. II. f. 3. & f. T. II. f. 2. & R. T. IV. T. *corp. poſt. utrinque*) idem venit ad dorſum ſcapulae, infra ortum muſculi longi cubiti, inter teretem minorem, coſtamque ſcapulae inferiorem, cui ramos dat, inosculatos S. T. IV. Y. T. II. f. 3. ramis aliis ad longum etiam ad usque teretem minorem & infraſpinalem exeuntibus. Hanc *dorſalem ſcapulae* EUSTACHIUS exprimit T. XXIV. dextr. ad t. y. & ortum T. XXV. utrimque. Magnos porro dat ramos toti cavitati infraſpinali T. *corp. poſt. dextr.* Eorum *unus major reliquis* g. T. II. f. 3. verſus ſpinam ſcapulae incedit contra baſin reflexus, tectus musculo cognomine, & habet anaſtomoſes modo dictas cum ramo dorſali imo ſcapulae h. T. II. f. 3 & cum arteria a Thyreoidea infra ſpinam decurrente inſignem anulum perficit. Ab eadem *nutritia dorſalis* ad radicem ſpinae naſcitur T. *poſt. corp. dextr.* quae alias a thyreoidea provenit. Habet etiam B. A. WINKLERUS n. 5. Habet eadem anaſtomoſes cum ſequente ramo proprii trunci.

Alter nempe ſuperior truncus hujus dorſalis ſcapulae circumflexae adſcendit in valle inter cervicem ſcapulae & reliquum os T. II. f. 3. Z. T. *corp. poſt. ſin.* dat numeroſos ramos cum infraſpinali muſculo ad capſulam articulationis cum humero euntes T. II. f. 3. a. a. dat ramum ſuperficialem ad ſpinam ſcapulae T. II. f. 3. C. cujus unus ſurculus eam extrorſum ſequitur, inosculatus cum arteria ſuperficiali Thyreoideae f. p. T. II. f. 3. tum arteriae modo dictae ſcapulae infraſpinali T. II. f. 3. x. Idem ad acromion etiam & deltoidem & cutem venit, & trans ortum acromii habet anaſtomoſin cum ramo ſuperficiei propiori arteriae ſuperſcapularis a Thyreoidea natae, qui ſuperſpinali incumbit. Truncus ipſe tectus acromio T. II. f. 3. b. d. e. venit in ſpatium ſuperſpinale, & partim eum muſculum adit e. T. II. f. 3. & perioſtea vicina, partim luculentiſſimam habet anaſtomoſin cum arteria ſuperſpinali a Thyreoidea nata, aut a ſubclavia T. II. f. 3. ad. m. T. *corp. poſt. ſin.* Saepe major eſt, qua parte a ſcapulari naſcitur, minorque a thyreoidea deſcendit, & tunc multi ſpatii ſuperſpinalis rami, quos thyreoideae adſcripſimus, ad noſtram pertinent. Alias haec anaſtomoſis parva eſt, & multo major Thyreoidea, ut nunc video. Quandoque haec arteria communi trunculo nata eſt, cujus alii rami cavam partem ſcapulae adierunt, alii dorſum, quorum unus & cum ramo primo circumflexae poſticae adeunte longum extenſorem anaſtomoſin habuit, & eam cum Thyreoidea.

Ad imam fere oram infraſcapularis muſculi eodem pene loco arteria axillaris duas arterias *circumflexas* edit, *anteriorem* parvam, *poſteriorem* majorem.

Circumflexa poſterior alias unice humero dicata, alias ſcapulam altero trunco adit, uti diximus T. IV. T. V. & T. II. f. 2. Ex ſcapulari etiam deducit EUSTACHIUS T. XXIV. u. x. &c. Eam credo eſſe *der zweyte unter das os humeri* quod ramos ad deltoidem adtinet (ſuperſpinalem autem per errorem admiſtum fuiſſe credo) J. ERNESTI WREDEN T. 16. *Ad humerum pertinens* WATLHERI l. c. p. 16. huc videtur referri debere. *Humerale* WINSLOW n. 129. manifeſto haec eſt. *Humeralis major* ſive *Arteria deltoidis* CHRISTIANI EHRENFRIED ESCHENBACH *anat. Beſchr. des menſchl. Körp.* n. 1130. *Circumflexa humeri ulnaris* WINKLERI n. IX. *Circumflexe cubitale* TARINI p. 42. *Humeralis* ROEDERERI p. II. huc omnino ſpectant. Alias & plerumque diviſi ſunt ſcapularis & circumflexae trunci, & tunc ſuper oram ſuperiorem teretis majoris naſcitur. Vide *T. corp. poſt. dextr. & ſin.* Utcunque oriatur, habet in univerſum eam directionem, ut ſub capite oſſis humeri, in vallecula inter teretem majorem, longum extenſorem & brevem & teretem parvum, adpareat, porroque inter partem capiti proximam, & inter inpoſitos oſſi muſculos, inprimis deltoidem circumflectatur Conf. T. II. f. 2. *F. T.* V. & inprimis T. *corp. poſt. dextr.* Sodalis eſt rami nervei circumflexi. Non raro generat profundam humeri *Tab. corp. tot. poſt. ſin.*

Rami ejus varii ſunt, & nonnunquam circumflexam anticam generat, ut aliquoties vidi, plerumque tamen ab ea diſtinctum truncum habet, unice vicinum. Dat continuo aliquando ramum capſulae articulationis et nervo ſocio. Alium aut ſoli tereti minori, aut huic et brevi extenſori. Alias primo coracobrachiali, tum ſedi nudae humeri ad finem pectoralis usque ſurculum mittit, unde ramus ad ſulcum bicipitis venit, qui cum ramo deſcendente anterioris circumflexae coit, idemque nutritiam ſuperiorem edit. Iſte vero ramus plerumque ad Profundam humeri pertinet. Deinde ramum mittit ad longum extenſorem, et cum eo hinc quidem ad partem ſuperiorem infraſcapularis muſculi it & ad capſulam articulationis humeri, ubi anaſtomoſin cum primo ramo arteriae ſcapularis inferioris habet, tecto infraſcapulari *T. II. f. 2.* Exprimitur is ramus *T. poſt.* Inde eadem ad convexam partem ſcapulae venit, et

coit

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 313 sur 543

coit cum ſuperiori ramo dorſalis ſcapulae natae ex arteria ſcapulari majori. Ramos ad extenſores habet WINSLOW. n. 129. Alias dedit primo, dum longo tegebatur, huic & latiſſimo et brevi, qui ramus cum dorſali humeri communicavit, deinde tereti magno et parvo, et cum ejus inſertione capſulae articulationis, qui ramus pro proxime deſcripto eſt.

Pergit circumflecti inter teretem majorem & caput humeri *T. corp. poſt. ſin.* dat tereti K. T. V. et longo tectus extenſore pergit, atque nunc etiam deltoide tegitur, ſuper extenſorem brevem. l. c. Dat ramum inſignem muſculo longo, qui perioſteum etiam humeri adit ſuper brevem extenſorem, inosculatus cum ramo profundae q. Ad longum et brevem pinxi T. *corp. poſt. ſin.* Inde ſcapularem inferiorem nonnunquam edit, ad infraſpinalem ſcapulae. Ibi in perioſteo adipeque huic inpoſito cum humeri profunda arteria non minimam anaſtomoſin habet *T. corp. poſt. dextr.* WINKLER n. XI. Ramum ad longum habet EUSTACHIUS T. XXIV.

Inde oritur magnus ramus multifidus. Ejus ſurculi multi adeunt deltoidem (*T. corp. poſt. ſin.*) longum extenſorem, infraſpinalis inſertionem, capſulam articulationis, et habent anaſtomoſes cum ramis, qui cum infraſpinali eunt, natis a ſcapularis inferioris ramis dorſalibus *T. corp. poſt. ant. dextr.* Ejus etiam ramus cum ora teretis minoris, cui dat, venit ad originem teretis minoris, et infraſpinalis, et cum aliquo ramo Thyreoideae ſub ſpina ſcapulae emergente unitur. Hujus ſurculi etiam foramina epiphyſeos ſubeunt, et tuberoſitatem majorem. lc. cit. WINSLOW n. 129.

Pergit circumflecti inter humeri ſedem, quae ſub infraſpinali eſt, et deltoidem. Dat denuo nonnunquam extenſori brevi, et ramum etiam cum brevis ora ad os humeri deſcendentem. Dat ſuper brevem, magnum ramum unum alterumve in puteolos nutritios epiphyſeos, et ad infraſpinalem, quo tegitur, conf. *T. poſt. ſin.* Ii ſurculi cum ramis magnis ſuperficialibus, inpoſitis ſuperſpinali, et ortis ab arteria Thyreoidea communicant. Inde *alium* mittit longe et late regnantem ad tuber humeri, cui inſeritur infraſpinalis, et ad iſtum etiam muſculum, inſertum ramis dorſalis inferioris ſcapulae. Ab eodem ramo ſurculus deorſum it, per aliquot fibras muſculi brevis T. V. *l.* ad ſupremam partem humeri, et inosculatur ramo ſequenti, tum in capite humeri alteri ramo adſcendenti cum ſulco bicipitis, ex aliquo ramorum circumflexae anterioris nato.

Reliquus truncus pergit circumflecti inter os humeri et deltoidem, *T. corp. poſt. ſin.* dat denuo ramum perioſteo, ſub capite humeri, inosculatum priori, uti continuo dixi, et ramis inferioribus humeralium natis a Profunda, aliisque a ramo trunci humeralis, qui ſub ima inſertione coracobrachiali naſcitur. Et denique magnis ramis in deltoidem terminatur, quorum aliqui eo perforato cutem adeunt T. V. m. ſuprem. EUST. v. T. XXIV. Vidi ab hoc trunco ramum eum, quem alias aut profunda dat, aut humeraria, ortum eſſe, qui in longum & brevem & in caput flexorium humeri ivit, & ibi anaſtomoſin habuit cum arteria recurrente ulnari.

Circumflexa anterior oritur eodem fere loco, quo poſterior, nempe ſub imo margine muſculi infraſcapularis (T. IV. a T. III. ♆) ſuper teretem magnum (ib.) ſuper latiſſimum dorſi, & nonnunquam inferius, infra imam oram latiſſimi: ſemper autem minor eſt, quam poſtica, & nonnunqnam perexigua. Eſt ubi ex poſtica communi trunco prodiit. Eſt ubi inſigniter ſuperior eſt, quam poſterior, quod quater lego me vidiſſe. Alias vidi etiam ex ſcapulari natam eſſe. WINSLOWUS primus de ea egiſſe videtur ſub nomine *une petite artere qui va en ſens contraire* n. 130. *Humeralis minor* ESCHENBACH. n. 1131. *Circumflexa humeri radialis* WINKLER n. XII. *Circumflexe radiale* TARINI p. 43. Migrat inter bicipitem & infraſcapularem ſuper ſummum brevem *T. corp. tot. ant. dextr.* tegitur coracobrachiali, bicipite, deltoide, dat nonnunquam ſtatim inſignem ramum, qui inter infraſcapularem & latiſſimum dorſi ſe demergit, dat utrique, & ortum extenſoris longi cubiti adit. Dat porro ramum infraſcapulari notabilem, a quo ſurculi profundi in perioſteum veniunt T. IV. b. ſurſum verſus infraſcapularem & deorſum verſus dorſi latiſſimum euntes. Dat ramos ad foramina epiphyſeos nutritia, & circa oram anteriorem teretis magni habet etiam anaſtomoſin cum primo ramo Profundae, qui coracobrachiali tegitur, & cum ramo denique humerariae, qui proceſſum coracoideum adit. Dat nonnunquam ibi ramum inſolitum, qui inter brevem & brachialem internum ad medium humerum deſcendit, & Profundae inſeritur. Dat alium ramum infraſcapulari, inosculatum (T. IV. d.) ſurculis ejus ſuperficialibus, quos generant ſcapulares circumflexae, alium ſub infraſcapulari, alium ad perioſtea & epiphyſeos foramina T. IV. c. c. & *T. ant. corp. dextr.* Mittit aliquem parvum ſurculum bicipiti, & alios nonnunquam parvos extenſori brevi, tereti majori, perioſteo, capſulae articulationis ſuper brevem, longo, quinque vel ſex ſurculos, aliumque deorſum euntem ad longum extenſorem, coracobrachialem, deltoidem & caput humeri, ad ſedem externam latiſſimi, qui inosculatur cum ramo tecto coracobrachiali profundae humeri conf. *T. ant. corp. dextr.* Reſectus eſt T. IV. f. & utcunque expreſſus *T. ant. dextr.* Alii rami eunt ad capſulam articulationis & tuber, cui inſeritur infraſcapularis.

Truncus vero, poſt ſurculos datos ad anteriorem vaginam bicipitis, demergit ſe in ejus tendinis ſulcum (T. IV. ad C.) & uno ramo adſcendit, recepto trunco ſecundi rami ſui (T. IV. d.) inferioris, in capſulam arti-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 314 sur 543

culationis. Dat ramos inosculatos ſuperioribus ſurculis, natis a ſuperficiali ſcapulae, Thyreoideae propagine. Alio ramo ib. *e.* emergit ad humeri tuber, cui inſeritur ſuperſpinalis & infraſpinalis, & multis ramis circumflexae poſterioris inſeritur, WINSLOWO etiam monente n. 130. & WINKLERO, & TARINO. Deorſum vero cum ſulco bicipitis mittit ramum inosculatum ramo eidem a Profunda orto, cujus cum priori ſurculo circumflexae anticae conjunctionem diximus *T. ant. corp. tot.*

Vidi eodem loco, quo Axillaris arteria anteriorem circumflexam dedit, etiam ramum unum longum ad longum extenſorem & cutem miſiſſe, alium ad bicipitem utrumque atque ad finem latiſſimi, cujus ſurculus ſulcum bicipitis adiit, & in eo tum ramo circumflexae anterioris deſcendente, tum ramo profundae ſe inmiſit.

His truncis editis arteriam, quae axillaris fuit, jam *humerariam* vocamus. Incedit ea ſecundum teretem majorem conjunctum ſecundum latiſſimo & ejus inſertionem internam (T. lll. EUSTACH. T. XXV.) inde in brachiali interno ad interiora bicipitis T. lll. *T. corp. tot. ant. ſin.* ita ut ſenſim a termino brachii ſcapulae propiori, in angulo cum ea acuto poſito, declinet ad partem mediam humeri. In eo ipſo latiſſimo dat ramum nonnunquam, quem alias Profunda generat, tectum coracobrachiali & bicipiti, cui ſurculos exhibet, comitemque tendinis teretis majoris & latiſſimi, qui inter deltoidem & teretem adparens, datis utrique & coracobrachiali ſurculis, venit in ſulcum bicipitis, communicat hinc cum ramo profundae adſcendente, inde adſcendit ad caput humeri & capſulam articulationis, inosculatus circumflexae anticae, duobus vero tribusve ramis in deltoidem finitur. Secundum etiam faciem poſteriorem teretis et latiſſimi, communicat cum circumflexa anteriori, tum deorſum cum profunda. Habet WINKLERUS n. 15.

Dat ramum longo extenſori cubiti multifidum, qui etiam coracobrachiali et brachiali externo ſurculos mittit. Longo extenſori dedit T. IV. et T. llll. Z.

Dat ramos duos bicipiti, quorum unus ad cutem exit. Vide *T. corp. tot. ant. ſin.* quod ipſum de priori ſurculo praedicavimus. Alium tectum terete majore ad eum, et ad perioſtea humeri anteriora, aliosque ad bicipitem, ad coracobrachialem. *T. corp. tot. ant.* unum duosve et cutaneum edit, cujus ſurculus cum mediano nervo deſcendit.

Sub ima vero ora tereti majoris, digito fere ſub circumflexa anteriori, edit *profundam humeri* T. IV. h. T. lll. et *T. corp. ant. ſin.* cujus plerumque unus truncus eſt, alias duo ſunt.

Profunda humeri nonnunquam a ſcapulari naſcitur *T. corp. ant. ſin.* ad finem inferiorem teretis majoris, et alias a circumflexa poſtica venit, ut *T. corp. ant. ſin. & dextr.* EUSTACH. T. XXIV. v. u δ ε. ζ. η. θ. & apud J. E. WREDEN T. 16. huc enim refero ramos ad brachialem externum longum brevemque. Plerumque ſingulari trunco provenit, et non raro duobus T. IV. h. et m. *T. corp. ant. ſin.* omnium ramorum in humero natorum maxima. Eſt *propago ſecundum poſteriorem humeri ſedem* VESALII p. 487. T. *tot. corp.* o. Rem, et ipſam literulam habet VIDIUS. Eſt *ramus inſignis ad cubitum extendentes* IACOBI SYLVII p. 386. *Socia quarti nervi brachii* COLUMBI p. 180. Ab EUSTACHIO in T. XXIV. utrinque exprimitur. A LEONCENA pingi videtur, ſed obſcure, uti remotis muſculis neceſſe eſt. Paulo melius VERHEYENIUS delineat, qui grandiorem prioribus auctoribus pinxit F. l. cit. ramos autem neglexit. Ramus ad longum et brevem DIONISII p. 604. *demonſtr.* IX. Pro duobus deſcribitur a WINSLOWO *rameau particulier qui deſcend en ſe contournant en arriere* n. 134. *& autre rameau qui ſe porte de dedans en dehors* n. 175. Utrumque autem cum ad condylum externum producat, ad profundae ramum radiaeum uterque pertinet. *Une branche aſſez conſiderable qui ſe porte obliquement vers ſa parte poſterieure* VERDIER *abregé de l'anat. du C. H.* Ed. ll. T. ll. p. 341. 341. & BARBAUT *angiologie* p. 401. WINKLERUS duos truncos facit, *dorſalem humeri primam*, cui cum recurrente radiali anaſtomoſin tribuit, et *ſecundam*, quam utique etiam eodem trunco oriri vidit n. 16. et quam pro ramo ulnari in muſculos terminato habeo. TARINO ſunt *dorſale ſuperieure de l'humerus* et *inferieure* p. 43. 44. Eſt *unicus exterius repens*, cujus anaſtomoſes cum radiaea ſubinde, et ſubinde cum nutritia nominat Vir Cl. c. c. SCHMIEDEL *de varietat. vas. magni plerumque momenti* n. 8. p. 12.

Provenit ad imam oram teretis majoris cum latiſſimo conjuncti T. lll. et T. *corp. anter. utrinque* T. V. p. & continuo ſe inter brevem longumque extenſorem abſcondit T. *corp. ant. ſin.* Deſcriptionem primo proponemus, in qua truncus unicus eſt, quod mihi frequentius videtur.

Ramus *primus* grandis it ad muſculum extenſorem longum & ad brevem *T. corp. paſt. ſin.* qui idem nonnunquam ſub ramo coracobrachialis muſculi demum oritur, quales rami alias etiam plures ſunt. Iſte ramus cum circumflexa poſteriori notabilem nonnunquam anaſtomoſin habet, qualem etiam vidi natam in extenſore brevi T. V. q. l. nam ad brevem ſolum alias is ramus abit. Ad longum extenſorem euntem habet EUST. T. XXIV. ζ. θ. Alias primus ramus tendinem latiſſimi adit, & coracobrachialem & bicipitem.

Pergit truncus longi ſodalis extenſoris, inter eum brevem & latiſſimum, & dat perpetuum ramum, tectum bicipite brevi & coracobrachiali, cui ſurculum dat, & ipſe perioſtea humeri ſub latiſſimi dorſi inſertione adit, & inosculatur ramo humeralis proxime ſuper nutritiam orto, brachialem internum adeunti. Refectus eſt T. *corp.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 315 sur 543

corp. poſt. dextr. expreſſus autem T. *corp. tot utrinque.* Ab eodem etiam ramo ad tendinem teretis majoris atque latiſſimi ſurculus it, & ſecundum ejus inſertionem cum ramo trunci, tecto coracobrachiali, quem diximus, & cum ramo circumflexae anterioris, uti diximus inosculatur, alio vero deſcendente cum coracohyoideo unitur cum ramo humerariae infra profundum ad finem hujus muſculi eunte. In deltoidem terminatur fere imum p. p. T. V. denuo cum ramo humerariae majori ſuper Profundam nato inosculatus. Aliquando etiam ramum ſurſum dat cum ſulco bicipitis euntem, quem proxime ſequens trunculus nonnunquam emittit, inosculatum ramo vel circumflexae anterioris, vel humerariae, nato ſub ea circumflexa, uti dixi, & alium ſurſum mittit ad bicipitem ſurſum in ejus tendinem, & alium ad latus alterum tendinis pectoralis, unde ſurculi perioſteum humeri adeunt, & cutem, ipſeque tectus bicipite venit in finem deltoidis & pectoralis, & initium brachialis interni, ad pectoralem cutemque conſumtus.

Ramus Profundae major multifidus proxime natus, non perpetuus, dat ſtatim ramum bifidum etiam coracobrachiali tectum, & emergentem in perioſteum, bifidum. Unus ſurculus adſcendit, & habet anaſtomoſin unam cum primo ramo circumflexae anterioris, ut dictum eſt: alius ramus it in ſulcum bicipitis, & denuo cum eodem circumflexae anterioris ramo coit, ut perinde narravimus T. *corp. ant. dextr.* Idem cum ramo alio humerariae arteriae multas conjunctiones inferius habet. Ejus ſurculus nonnunquam eſt retrograda *nutritia ſuperior humeri T. corp. hum. tot. ant. dext. & ſin.* quae alias vicino loco ſeorſim ex profunda provenit T. V. t. WINKLER n. 15, alias a ramo huic analogo arteriae humerariae WINKLER n. 14. Hujus rami trunculus alias praeter commune coracobrachialis & bicipitis caput, etiam longum extenſorem ſub latiſſimo, & deltoidem et brachialem interdum adit. Alias duorum horum ramorum loco, quos dixi, unicus adeſt truncus, quod credo frequentius eſſe.

Inde Profunda dat longo brevique, & inter brachialem externum et brevem circumflectitur T. V. ad 10. circa os humeri, comes nervi radialis, recepto quando adeſt ramo deſcendente circumflexae anterioris. Dat iterum ramum inſignem. Is mittit ſurſum ſurculum ad perioſtea humeri, inosculatum ramo circumflexae poſteriori eunti ad perioſteum, et ad tendinem teretis magni *T. corp. poſt. dextr.* aliamque majorem cum circumflexa poſteriori anaſtomoſin habet ib. Is ramus etiam inter brevem extenſorem humeri et os erumpit, et ſurſum ramos mittit, etiam inosculatos cum ramis circumflexae poſterioris perioſteum adeuntibus, venitque in finem deltoidis, et cum ramo arteriae humeralis ſub imo coracobrachiali nato anaſtomoſin habet. Etiam hunc ramum vidi nutritiam humeri dediſſe. Dat etiam in eo itinere ramos alios incerto numero ad brevem extenſorem inprimis et ad perioſteum, adque brachialem internum et in nervum brachialem, cutemque iviſſe.

Et nunc arteria profunda plerumque dividitur, niſi dudum duo trunci diſtincti fuerunt. Vide *T. corp. poſt. dextr.* et T. V. u. et p. Sedes diviſionis eſt in concurſu brachialis interni et externi, in parte nuda ima humeri, qua nervus radialis tranſit, ad oram poſteriorem brachialis externi Ramus hujus diviſionis *major* magis *radialis*, magis ſuperficiei vicinus, *communicans*, p. T. V. inter brevem extenſorem, cui aliquot ramos exhibet, v. v. T. V. et os emergit, ad dorſum ejus oſſis, dat ſedi nudae humeri, cui inſidet, multos ſurculos (T. *corp. poſt. dextr.*) remittit in perioſteo ramum immiſſum alicui priorum, venit ad brachialem interiorem, inque lineam aſperam humeri, interque eum deſcendit & externum T. V. cui magnum ramum dat aut plures w. w. T. V. Ipſa inſigni ramo in ſuperficie anteriori muſculi interni erumpens it ad cutem *T. poſt. dextr.* inque ipſa cute proxime dicendo ſequenti inosculatur. Idem ramus deſcendit cum ſupinatore longo, & huic & ſummae cubiti cuti dat, & cum recurrente radiali parvas in capite extenſorio anaſtomoſes habet.

Truncus autem hujus arteriae ſequitur lineam aſperam humeri, atque in condylo extenſorio cum arcu quidem anaſtomotico brachiali plerumque facit arcum poſteriorem humeri in limite epiphyſeos T. V. ZZ. a quo arcu rami eunt in foveam poſteriorem humeri & glandulam ibi poſitam HAVERSII. Iſte ramus radialis profundae ab EUSTACHIO exprimitur T. XXIV. „ & ad usque ſupinatorem brevem deducitur. Anaſtomoſes nominat WINSLOW n. 135. 136. pingit PETRUS PAULUS MOLINELLUS de *Aneurysmate* T. I. f. 2. P. M. T. II. f. 2. P. N. f. 3. p. Z. Hanc enim eſſe intelligo, cum a radiali ſit, & truncus continuo ſub ea ſede naſcatur, qua nervi arteriam ſubclaviam conplectuntur. Alias haec conjunctio cum arcu profundo exigua eſt, & reti ſimilior.

Deorſum vero productus idem truncus tectus bicorni, cum radiali recurrente, quae tegitur bicorni β T. V. majorem omnino anaſtomoſin, & cum interoſſea poſtica nonnunquam alias anaſtomoſes habet T. *poſt. tot. dextr. ſin.* Habet etiam in perioſteo coniunctiones cum arteria a humeraria per brachialem internum adveniente. Inter ſupinatorem longum & brevem dat denuo ramum cutaneum, qui in dorſo extenſorii tendinis cum recurrente ramo arteriae radialis, multas anaſtomoſes habet, & hic ſaepe ultimus finis ejus eſt.

Ramus *inferior* magis ulnaris, profundior & brevior, nonnunquam proprius truncus eſt, ut in plerisque noſtris figuris T. *corp. ant. utrinque* & T. IX. *u.* T. V. plerumque tamen ramus prioris *T. corp. poſt. dextr.* Eſt *dorſalis ſecunda humeri* WINKLERI n. 16. Deſcendit inter

 com-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 316 sur 543

communem extenſorem cubiti, & brachialem externum, dato utrique ramo, dat ramum ad coracobrachialem, alium ad longum extenſorem, qui in ejus ſuperficie cum ramo humerariae, in brachiali interno orto, anaſtomoſin habet. Alius inter brevem & os humeri exit in dorſum & deltoidem, ſub cujus fine in brachialem internum et cutem terminatur. Alius ex ſupremis ſurculus adit coracobrachialem, & trans oram brachialis externi, cui ramos dat, deſcendit, & pergit verſus cubitum, ibique in cutem erumpit, ſequentibus cutaneis inosculatus. Plerique autem extenſorem longum cubiti adeunt,

Trunculus ipſe minor profundae deſcendit porro inter brevem & brachialem externum, dat utrique, et per iſtum ramos, et brevi denuo, rectior idem et ſemper in medio fere dorſo, inter communem extenſorem et os humeri, & plerumque in hunc muſculum & in multos ramos arcuimi humeri dorſali immiſſos finitur, alias duos in ipſo ramos diſtinxeris. *Unus* ſurculus longe in brachiali externo deſcendit ad cubitum usque, cumque ramo anaſtomotico brachialium conjungitur, atque praecipuis ramis ſuperficialis fit T. *poſt. dextr.* reliquis in ſuo muſculo manet. *Alter* medio oſſi propior, dat varios ramos nudo perioſteo, cui incumbit, & venit ad condylum extenſorium, & cum arcu brachialium communicat ad 2. T. V. aut cum ulnaris ſurculo, ſecundum condylum ulnarem humeri adveniente. Sed alias deeſt.

Alias & plerumque, ut dixi, unicus omnino, profundae truncus eſt, qui dato ramo illo multifido & anaſtomotico ad coracobrachialem T. *corp. ant. dextr.* anaſtomoſibus cum circumflexa poſtica conjuncto, ſenſim circa humerum convolvitur, dat aliquot ramos brevi muſculo & longo T. *ant. dextr.* atque brachiali externo ib. inter longum & brevem circumflectitur eum nervo radiali ib. dat iisdem, dat aliquot etiam brachiali interno, adparet inter hunc & brevem, *T. corp. tot. ant. dextr.* tum inter brevem cum & ſupinatorem longum & bicornem, atque ita ad condylum extenſorium per lineam aſperam humeri extenſoriam deſcendit. Alias praeter hunc perpetuum ramum, alius profundae humeri adeſt, ſive fuerit comes brachialis externi proprio trunco nata ε. T. V. quam etiam deſcripſimus, ſive arteria ſodalis extenſoris longi & brachialis externi. *T. corp. hum. ant. dextr.* Earum alterutra facit ulnares anaſtomoſes poſticas, uti profunda radiales poſticas efficit.

Truncus arteriae humerariae ſequitur coracobrachialem, magis radialis T. V. inter 6. & p. inter nervum magis radialem, & venam magis ulnarem, flexuoſa, maxime ubi repleta eſt Conf. iconem P. P. MOLINELLI T. I. f. 2. Sub Profunda producit ramum ad finem muſculi coracobrachialis & perioſteum humeri atque internum brachialem. Ab eo ramo etiam vidi ramum longe cum longo brevique deſcendiſſe ad utrumque muſculum. Et ad brachialem externum exiguus ramus etiam cum ramulis recurrentis ulnaris miſtus T. V, u. u. ζ. exit.

Alius notabilis, dat ſurculum trans os humeri & deltoidem, qui in ejus fine inosculatur cum ſurculo, coracobrachialem adeunte profundae; alium longo muſculo extenſori, alium deorſum per unionem brachialis externi cum longo extenſore, pene ad flexum cubiti usque mittit. Eum ramum omnino vidi ad eum flexum veniſſe, & cum recurrente ulnari luculentam feciſſe anaſtamoſin T. V. ε. atque cum ea perfeciſſe arcum poſteriorem humeri. Paulo minor eſt, uti in T. IV. exprimitur k. n. in *T. corp. tot. ant. ſin.* atque longo dat & brachiali interno & cum anaſtomotico convenit. Iſta propago nuper etiam magna, cum nervo cubitali, cui longum ramum dat, pene ad cubitum deſcendit, inosculata, maxima anaſtomoſi, arteriae communicatoriae, quae utrumque muſculum brachialem adit. In eodem corpore lat. dextr. etiam exprimitur anaſtomoſis cum ulnari. An haec *un troiſieme qui deſcend vers le condyle interne* WINSLOW p. 136. *magnus ſatis ramus* WINKLER n. 17. Aliquid huic fabricae ſimile pingit ALEXANDER MONROUS in *Edimburg. eſſ.* T. II. *Tab.* II. f. 4. ubi arteria ſatis alto loco ab humerali orta in ulnarem in flexu cubiti ſe inmittit.

Sub hoc demum ramo vidi mammae arteriam comitem nervi pectoralis natam fuiſſe, quae eadem per cutem humeri longe & late dividitur.

Truncus humeralis porro in medio humero ramum ad longum mittit, unde ſurculus in brachialem externum it. Vide g. *T.* IV. Tales etiam picti ſunt a. 2. *T.* III. Vel ad longum brevemque ramum dat *T. corp. poſt. ſin.* Alius ibi oritur, qui uno ſurculo ſurſum ad coracobrachialem & deorſum ſurſumque in ſingulum caput bicipitis venit *T. corp. ant. ſin.* conf. *T.* V. & *T.* III.

Et ita arteria brachialis ſenſim ad anteriora erepit, donec inter duos brachiales muſculos internum & externum pergat deſcendere. Dat ramum ad finem coracobrachialis retrogradum, inosculatum in nudo oſſe ſuper brachialem internum, & cum Profundae coracobrachiali dato ramo, & cum humerariae ſurculis deltoidem adeuntibus. Alias hunc ramum Profunda generat T. IV. o.

Alium bicipiti jam conjuncto multifidum unum pluresve, alios longo extenſori mittit.

Inde *nutritia* vera humeri ſub imo coracobrachiali, cui etiam ſurculum dat, ad ejus muſculi latus radiale in confiniis brachialis utriusque, ut ſolet, ex trunco nata eſt, ramoſa tamen. Unus ramus brachialem externum adiit, hinc cutem. In eo brachiali communicat cum arteria a humerali, quam diximus brachialem externum adire, nata proxime ſuper nutritiam. Alter profundior bifidus tectus eſt interno brachiali,

dedit

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 317 sur 543

dat huic ramum descendentem ad bicipitem usque, & ipse venit in deltoidis finem, atque denuo inosculatur cum ramo Profundae, adeunte deltoidem & coracobrachialem. Haec anastomosis alias ad alium ramum humerariae pertinet, perinde adeuntem brachialem internum. Duo vero rami nutritiae, nam duo hic fuerunt, & duos aliquoties vidi, duobus valde vicinis locis in os humeri descenderunt, ut medullam adirent. Alias unica nutritia est, in linea ducente ad condylum flexorium, inter brachialem internum externumque nata. Alias nutritia propago rami est, qui *altera profunda* vocari potest, quem diximus cum anastomotico brachialium ramo coire, & qui inter brachialem externum & internum descendit. Is in iis exemplis dat inter utrumque nutritiam, & ramum sursum mittit Profundae inosculatum in sulco, per eam arteriam facto, dat idem bicipiti & interno brachiali, duosque iterum interno ramos, & cum eo descendit, inque cutem et externum consumitur. Alias iste descendens ramus nutritiae cum externo brachiali descendit ad flexum cubiti, & cum ramo brachialis externi in condylo flexorio inosculatur, imo in exemplo is ramus anastomoses cum recurrente ulnari fecit. Iste ramus vel locum tenet rami ε T. V. qui una non adest, vel etiam una cum eo reperitur, eumque ipso in condylo insertum recipit. Nutritiam expressi T. IV. p. in situ relictam, T. *corp. tot. ant.* resectam. Est *rameau qui s'enfonce dans l'os du bras* n. 137. WINSLOWI. *Nutritia* WINKLERI n. 18. Sub ea nutritia nonnunquam altera nutritia sequitur, aeque magna.

Sub nutritia magnus ramus comes nervi cubitalis abiit in brachialem internum, sed externum magis, inque communem extensorem cubiti. Ejus surculi in periosteo & cum Profundae ramo ex superficiali nato, uti diximus, anastomosin habuit, & cum ramo circumflexae posterioris deltoidem adeunte, & cum ramo anastomotico brachialium. Alias vidi eo loco ramum non parvum iviſse ad latus ulnare in brevem extensorem, qui cum ramo Profundae altero anastomoses habuit unam alteramve. Alius sub eo ad brachialem internum bicipitemque ramus ivit. Tales ad bicipitem duos, ad brachialem internum quatuor numeravi v. T. IV. β. β. γ. T. *corp. ant. sin.* EUST. T. XXV. passim penetrantes ad periosteum. Alium ibi retrogradum ad utrumque brachialem ire vidi, magis tamen ad internum, & iidem in periosteo cum anastomotica brachialium anastomosin habere.

Alius profundus ad radialem sedem humeri exeuns, tectus brachiali interno, ad eum musculum & supinatorem longum, & bicornem, atque in periosteum it, magnis ramis inosculatus anastomotico ramo profundae, T. *corp. ant. sin.* sursum vero cum ramo humerariae, qui imum coracobrachialem & sulcum bicipitis adit, & deorsum cum recurrente radiali communicat. Alias ramum grandem ad brachialem internum euntem vidi, & ad anteriorem partem condyli flexorii cum arteria recurrente ulnari luculentam habuisse anastomosin T. IV. p. t. Caeterum vel iste ramus profundus brachialis interni musculi, vel alius ad eumdem musculum missus, periosteo etiam dat, & per eam membranam ad capsulas articulationis ulnae & radii venit. Idem fere semper arcum anteriorem humeri prope epiphysin, efficit cum arteria anastomotica brachialium, obliquum fere & declinantem, cui inseruntur varii surculi arteriae recurrentis ulnaris & radialis.

Sub eo ramo brachialis interni musculi natus est *anastomoticus* ramus communis utrique brachialium musculorum, interni & externi, perpetuus & notatu dignus, ob conjunctiones varias, quas cum arteriis inferioribus habet.

Exit versus sedem humeri ulnarem in medio fere brachiali interno, ad paucos supra articulationem digitos T. *corp. tot. utrinque.* T. IV. *u.* Primum expressus est a COWPERO T. *append.* BIDL. III. ad 25. ut ex anastomosi cum recurrente ulnari adgnoscitur, tum apud DRAKIUM l. c. & in explicatione Tabulae LEONCENAE ad *. Credo esse *branche qui va a la partie interne & inferieure du bras* DIONIS p. 604. Anastomosin cum cubitali huc refero, quam I. ERNESTUS WREDEN dixit T. 16. ad n. 21. 22. Pro ea porro numero *rameau qui fournit des ramifications au muscle ancone interne* n. 138. WINSLOWI, licet nimis multos ramos habet, qui communicant, inprimis n. 139, 140. Tres ramos WINKLERI n. 19, 20. & 21. huc refero, ob anastomoses cum recurrentibus, aut ipsi visas, aut ex WINSLOWO citatas, cum omnes ad condylum flexorium ire, omnes ad dorsum humeri aut brachialem externum tendere scribat. Tres eos ramos, ut fere omnia, habet ex WINKLERO TARINUS p. 45. Hic ramus est, quem ALEXANDER MONROUS expressit *Medical Essays of a Society at Edimburgh* T. II. tab. 2. f. 1. ε ut ex situ ulnae vicino intelligitur. Verum in eo omnino a Cl. VIRO nobis est dissentiendum, quod in radialem recurrentem G. eam anastomosin deducat, id enim & situs ratio vetat, & repetita experimenta nostra.

Ramus autem, quem nunc dicimus, fere ab ipso ortu suo multifidus est. Dat statim ramulum ad glandulam conglobatam, quae bicipiti inponitur; dat nonnunquam ramum statim in extensorem longum, qui cum ramo Profundae communicat; dat ramum periosteo adscendentem inter utrumque brachialem. T. *corp. tot. ant. dextr.* Dat porro ramum magnum in sublimem, pronatorem teretem T. *corp. tot. ant. sin.* & brachialem internum, inque condylum flexorium, qui trunculo suo tegitur brachiali interno, cui ramum mittit *x. y.* T. IV. & alium edit superficialem, anastomoticum anteriorem, qui cum arteria ex recurrente ulnari in superficie

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 318 sur 543

brachialis interni unitur, inter eum & pronatorem teretem, cui furculum dat Z T. IV. Idem furſum euns cum brachiali interno, facit anaſtomoſin illam longam cum trunco comite cubitalis nervi. Idem perforato brachiali interno in perioſteo habet anaſtomoſin cum ramo arteriae radialis recurrente, & cum radiali, & cum profunda articulari ab ulnari nata. T. *corp. hum. ant. dextr.* Venit etiam in capſulam articulationis cubiti. Altera etiam anaſtomoſis profunda cum ramo recurrente radiali, & cum ramo jam dicto brachialem internum adeunte, adeſt tecta brachiali interno, in parte cava condyli flexorii T. *corp. tot. ant. ſin.* Dat idem ramus ramulum ſodalem nervi cubitalis, inosculatum ramo recurrentis ulnaris, & in condylo flexorio habet anaſtomoſin cum trunco proprio, ipſique etiam flexorio capiti furculos dat, & nudo condylo trans originem pronatoris teretis, cui furculos dat, etiam in cutem terminatos. Haec omnia de uno ramo anteriori vera ſunt, aut de trunculis plusculis, qui unum ſupplent.

Trunculus ipſe perforat expanſionem ligamento ſimilem, quae duos brachiales ſeparat, & ex humeri linea aſpera cubitali exit T. *corp. hum ant. dextr. ſin.* uno majori, aut pluribus minoribus ramis. Venit in brachialem externum *w. w.* T. IV. Dat ipſi duos ramos, ramumque multifidum ad condylum flexorium, ad cutem & perioſtea condyli flexorii, ubi communicat aliquot furculis & profundis & ſuperficialibus cum ramis interoſſeae emergentibus. Alius ramus ejusdem anaſtomotici furſum communicat cum ramis truncorum aliorum brachialem externum adeuntium, natorum a Profunda vel ab humeraria, & ad perioſteum partis poſterioris humeri venit.

Trunculus ipſe porro anaſtomoticus tegitur extenſore cubiti, jam in unum muſculum conjuncto. Habet anaſtomoſes parvas cum ramo magis ulnari ſive profundiori, ex Profunda humeri nato T. *corp. tot. poſt. dextr.* Alius ramus majusculus plerumque in condylo flexorio humeri ad latus tendinis extenſorii, & cum ipſa recurrente ulnari T. V. *n.* & inprimis cum ramo inſigni interoſſeae recurrentis T. *poſt. corp. lat. dextr. & ſin.* una aut duplici anaſtomoſi convenit.

Pergit ipſe porro truncus transverſim ſuper flexionem cubiti, inter extenſorem & perioſteum, & facit *arcum dorſalem humeri poſticum*, cum arteriae profundae humeri ramo communicante ſive ſuperficiali, fere perpetuum T. *corp. tot. poſt. utrinque* T. V. Emergit usque ad condylum extenſorium, facit rete cum Profundae ramo breviori, & cum ramulis Profundae, ex ramo ſuperficiali natis, & cum ramo aliquo humerariae, brachialem internum adeunte. Cum arteria vero radiali recurrente conjungitur majuscula anaſtomoſi, quae trans principium extenſoris communis & ulnaris advenit T. *tot. corp. dextr. & ſin.* Ea anaſtomoſis deſcendit in vallecula inter olecranon & condylum extenſorium humeri. Solet adeo hic truncus cum omnibus recurrentibus communicare, prima & inſigni anaſtomoſi ſecundum condylum flexorium cum ulnari; altera ſaepe etiam magna cum interoſſea ad latus radiale tendinis extenſoris tricipitis, tertia in condylo extenſorio, & cum Profunda, & cum radiali recurrente.

Alii ex hoc dorſali arcu rami muſculos extenſores adeunt, alii capſulam articulationis, & olecranum, & condylum extenſorium, & in cavitatem, quae olecranon recipit, deſcendunt, & ad glandulam Haverſii poſteriorem atque perioſteum eunt, alii furſum ſuper eam foveam in perioſteum humeri veniunt T. *poſt utrinque* T. V. Humeri adeo arteriae poſteriores ſunt ab iſto trunco, & a ramo utroque profundo, & a circumflexa poſteriori. Vidi deſuiſſe aliquando arteriam iſtam anaſtomoticam, & ejus loco arcum poſteriorem natum fuiſſe ex ramo multo ſuperiori brachialis externi, & ex profundae trunco, caetera ſoliti ſimilem T. V. Z. Z. Nunquam autem deſunt aut poſteriores anaſtomoſes majores, aut anteriores minores T. *corp. tot. poſt. dextr. & ſin.* T. V. Illae poſteriores ſunt, ad radium quidem, inter Profundam & interoſſeam recurrentem miſtam T. V. v. v. β. T. *corp. tot. poſt. dextr.* vel illam ſolam T. *corp. hum. ant.* & inter radialem recurrentem. Ad ulnam anaſtomoſes ſunt inter anaſtomoticum brachialium T. *poſt. dextr.* aut ramum ſodalem brachialis externi T. V. ε aut inter eum ramumque a nutritia deſcendentem conjunctos T. *corp. tot. ant. dextr.* & inter recurrentem ulnarem T. V. n. Z T. *corp. tot. poſt. dextr. & ſin.*

Anteriores anaſtomoſes flexionis cubiti ſunt ulnaris quidem, inter anaſtomoticum brachialium & ulnarem recurrentem T. *corp. tot. ant. dextr.* Radialis vero inter arteriam brachialis interni breviorem T. IV. v. t. & longiorem v. v. T. *corp. tot. dextr.* & inter radialem recurrentem T. IV. ε. ε. T. *corp. tot. dextr. ant.*

Unicam anaſtomoſin ulnarem COWPERUS habet, primusque monuit *ibid.* & in *Phil. Trans.* n. 280. eam unicam efficere, ut bis ligare arteriam humeralem neceſſe ſit, quod anaſtomoticus is ramus, ſuper aneurysma ortus, per inferiora ſanguinem ſurſum ad vulnus mittat; ſatis autem magnam pinxit. Paulatim increvit inventum, ut & radialis anaſtomoſis adderetur, ab eodem COWPERO in icone LEONCENAE, a WINSLOWO, a GARENGEOTO *operat. de Chir.* III. p. 249. a P. PAULO MOLINELLO aliisque. Prima vero ſtamina novi inventi reperio apud RIOLANUM qui ex ſua & Cl. PIMPINELLII chirurgi obſervatione, cum ſanguis ligata arteria humeraria tamen erumperet, ad anaſtomoſin arteriarum cum venis concluſit, quae erat utique ſanguinis ex recurrentibus vaſis in truncum humeralem redeuntis effluxio (*reſponſ. ad Harvey de circul. ſang.* p. 52, 53. inter *ejusd. opuſcula anatomica* Paris 1652.

12.

12. edita) Res ipſa etiam aliis obſervata eſt, ut Cl. MONROO *Edimb. eſſays* IV. n. 17. Haec autem eadem arteriarum unio facit, ut arteria brachialis tuto ligari poſſit, neque funeſta gangraena cum vulgaribus chirurgis metui debeat, (OEHM. *Feld Chirurg.*)

Minores alias anaſtomoſes omittimus, quae ſuperius quidem in perioſteo poſteriori a Profundae ramo medio, & in anteriori ab arteriis humerariae brachialem internum adeuntibus, & ab anaſtomotica, inferius autem a radiali & ulnari recurrente anterius, ab ulnari vero & interoſſea poſterius naſcuntur.

Sub eo anaſtomotico ramo aliqui adhuc rami brachialem internum adeunt, quorum unus etiam pronatori longo ſurculum dat, & cum radiali recurrente in ipſo muſculo communicat T. *corp. tot. ant. dextr.* & *r.* T. V. Alii ad pronatorem teretem eunt T. *corp. ant. ſin.* Alius ibidem nonnunquam grandis naſcitur paulo ſupra condylum flexorium, ad flexorem radialem, brachialem internum, brevem & cutem euns, qui cum Profunda anaſtomoſin habet, & articulationem etiam & perioſtea imi humeri adit. Nonnunquam recurrens radialis ante diviſionem humerariae naſcitur T. *corp. hum. ant. dextr.*

Inde truncus humerariae, fultus ſemper interno brachiali, nonnunquam hic pulſans, VESALIO obſervante p. 487. dat huic muſculo ramum, etiam ad ſupinatorem longum euntem, & inosculatum ramulo ad eum muſculum a radiale venienti, tum pronatori tereti & huic atque brachiali interno, & in eo ipſo ad latus pronatoris teretis fere *arteriam radialem* tamquam ramum edit, quae naſcitur ad latus radiale tuberculi radii, cui magnus tendo bicipitis inſeritur, ut omnino e directo trunci ſit T. *corp. ant. ſin. & dextr.* Sub radiali nonnunquam etiam interoſſeam a truncо, non ab ulnari oriri vidi.

Edita radiali arteria humeralis, jam recepto nomine *ulnaris* arteriae, *Cubitalis* nunc accuratius dicenda eſt. Grandior plerumque radiali, nonnunquam tamen minor, directione vero mutata, ab humeraria naſcitur e regione recurrentis radialis in brachiali interno, & novum nomen fert, poſtquam ab ea radialis receſſit. Haec eſt humilior arteria, cujus pulſum negat GALENUS percipi *de admin. anat.* L. III. c. 8. *Ramus, qui ulnae exporrigitur* VESALII p. 488. S. in figura, *inferior* SYLVII p. 39. *Quod reliquum cubiti longitudinem ſequitur* COLUMBI p. 181. Expreſſit EUSTACHIUS T. XXIV. utrinque & COWPERUS l. c. 27. omnesque ipſi digitales ramos adpinxit, excepto pollice. Arcum IDEM volae non habet, ſed in DRAKIANO opere idem utrinque adjectus eſt. Primus minorem, quam radialis, fecit, & ſolis digitis minoribus proſpicere ſcripſit ANTONIUS MOLINETTUS *diſſ. anat. path.* L. V. c. 5. p. 238. Habet etiam LEONCENA, non valde commodam iconem. Eſt *rameau interne* DIONIS p. 604. qui nihil ſuper VESALIUM habet, & *cubitalis* I. E. WREDII T. 16. *Internus* RAUH valde male deſcriptus p. 103. huc facit, cui ramos ad duos digitos minores unice tribuit. *Cubitalem inferiorem* vocat CHESELDEN *anat. of hum.* T. 27. & ei arcum ſuperficialem totum manus cum omnibus arteriis digitorum tribuit. *Cubitale* WINSLOWI n. 144. ſeqq.

Demergitur ex trunco ſecedens, ut ligamento interoſſeo propior fiat, in brachiali ſemper interno, tecta pronatore terete, cui & capiti flexorio, & nonnunquam ulnae nutritium ramum dat, aliumque emittit profundum, tectum brachiali interno. Is unum ramulum dat ad eum muſculum & capſulam articulationis, inosculatum arteriis ab arcu anteriori humeri natis. T. *corp. hum. ant. dextr.* Adit etiam perioſtea ulnae. Cum anaſtomotico brachialium fere arcum facit, cui etiam a recurrente radiali ſurculi ſe inmittunt T. *corp. hum. ant. dextr.* & rami ab arteria, quam humeraria paulo prius brachiali interno dedit. Vidi hunc ramum a dorſali cubiti ſupremo natum eſſe, quem continuo dicam. Alias a recurrente ulnae oritur T. IV. *μ. μ.* Truncus ipſe hujus rami nonnunquam inter radium ulnamque ſummam emergit ad dorſum usque, & eſt *interoſſea poſterior ſuprema* T. IV. T. *T. corp. tot. poſt ſin. & dextr.* Emergit inter radium & imum olecranon, anconeo tectus, dat ramum deorſum extenſori communi digitorum, unde ſurculus ad capſulam articulationis radii redit, & pulchram habet anaſtomoſin cum ramo alterius interoſſeae ſuperioris. Tales rami ſunt *v. v.* T. IV. Aliam vero unionem in ſupinatore brevi cum fine poſtremo recurrentis radialis perficit, quae huic ſupinatori datur *T. corp. tot. dextr.* Dat eadem multos ramos anconeo muſculo, qui etiam ad cutem erumpunt *T. corp tot. dextr.* multosque olecrano, cum recurrentis ulnae ſurculis inosculatos *φ. φ.* T. IV. *T. corp. tot. ſin.* Eadem finditur ad olecranon pene ſummum. Unus ramus abit ad extenſorem longum & olecranon *T.* IV. *T. corp. tot. ſin.* alter trans capſulam articulationis incedit, & communicat aliquoties cum ramis miſtis ex arcu dorſali profundo & ex recurrente radiali T. *corp. tot. ſin. & dextr.* T. IV. *β. γ. γ.* T. *corp. tot. ſin.* Haec repetentur ad arteriam interoſſeam, cum plerumque hic ramus aut ſub diviſione interoſſeae ab ulnari naſcatur, aut ad interoſſeam pertineat. Ea interoſſea vel e regione recurrentis ulnaris vel inferius etiam prodit, dum truncus ulnaris ſub tuberculo radii & tendine bicipitis pergit, tectus pronatore terete & toto capite flexorio, donec ad latus ulnare flexoris ulnanuda adpareat conf. T. III. inter *d. ſuperius & inferius T. corp. tot. ant. ſin.* Naſcitur autem ad ſummum flexorem pollicis. E regione recurrentis ulnaris etiam ad ſupinatorem brevem radiumque & inſertionem teretis & bicornis ramus non minimus prodit v. T. IV. qui ſurſum etiam ad capſulam articulationis radii cum ulna & humero venit, & etiam duos vidi, quo-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 320 sur 543

rum alter ſupinatorem brevem, flexorem pollicis longum, & nervum medianum adiit.

Inde ipſa *recurrens ulnaris* ex jam ſeparata arteria ulnari naſcitur, & quidem infra primos ejus ſurculos T. IV. *ν.* T. *corp. hum. ant. dextr.* Primus expreſſit COWPERVS T. III. *append.* BIDL. ad 25. aliquid etiam habet VERHEYENIUS l. c. Eſt *une petite, qui ſe jette en dedans* WINSLOW n. 145, qui etiam anaſtomoſes ejus cum humeralibus habet. *Recurrentis* nomen WINKLERUS refert, & anaſtomoſes tres dorſales, & rete volare n. 28. quod videtur pertinere ad ramum frequentius proprium & primitivum arteriae ulnaris, brachiali interno tectum. Alias autem ex ipſa diviſione ulnaris arteriae & radialis, alias e regione interoſſeae inferius quam radialis, idem recurrens provenit, perpetuus, & ob nobiles anaſtomoſes ſuas memoriae dignus. Omnium primo nonnunquam dat ramum nutritium ulnae, qui profundum flexorem perforat, & perioſteon ulnae adit, & canalem medullae, retrogradus. Alias non nutritium quidem, ſed ramum tamen profundum mittit, ad articulationem humeri radiique & brachialem internum T. IV. *μ.* deinde dividitur. Primus ramus ſuperficialis T. IV. *θ* adſcendit trans originem brachialis interni, perforato nonnunquam ſublimi, inter eum & profundum, & contra proprium ortum redit, tectus pronatore terete, cui & flexori profundo ramulum dat, inter flexorem ulnarem profundum, & proceſſum humeri flexorium, quibus omnibus ſurculos mittit, & cuti, deinde inter eum condylum atque brachialem internum. Ibi, ſi omnino arteria aliqua communicans inter humerariam & ulnarem in venae ſectione laedi poteſt, quae CHESELDENII obſervatio eſt. l. c. p. 187. hanc arteriam pertundi conjicio. Dat brachiali interno & flexori ulnari ramos, & nervo cubitali ſurculum, inosculatum anaſtomoticae brachialium, quae & ipſa ſurculum huic nervo dat. Dat ſublimi, cutique, & per ſublimem ad palmarem longum ſurculum mittit, & uno ſurculo in vallecula inter brachialem internum & flexorem radialem inosculatur cum ramo deſcendente anaſtomoticae brachialium T. IV. λ. z. T *corp. ant. dextr.* Is ramus communicans dat etiam ſurculos pronatori tereti, ſublimi, flexorique radiali.

Alter ramus recurrentis ulnaris profundus T. V. *θ.* cum tendine flexoris longo pollicis, trans ortum flexoris profundi, tectus toto capite flexorio T. IV. *θ θ.* 41. cui ramum dat, adſcendit inter olecranon & condylum flexorium T. V. & dat aliquot ramos nervo cubitali, niſi prius eos emiſit. Dat etiam ramum profundum, qui circumit ulnam, tectus profundo flexore & flexore ulnari, & extenſore ulnari, quibus omnibus ramos dat v. g. in T. IV. *θ.* T. V. λ. λ. inprimis autem perioſteo ulnae ſub olecrano & condylo flexorio humeri T. *corp. ant. dextr.* Is ramus profundus in parte cava ejus condyli anaſtomoſin habet cum ſurculo anaſtomoticae brachialium, tectam brachiali interno T. *corp. ant. dextr.* Idem in perioſteo humeri imi, qua brachiali interno tegitur, anaſtomoſes facit cum ramo anaſtomoticae brachialium, qui idem perioſteum transverſus ſuper articulationem cubiti percurrit. Dat porro flexori ulnari *θ. θ,* T. IV. & ſublimi, & ramum in ſublimem & profundum edit, inſertum ſurculis rami anaſtomotici brachialium, & rete facientem; alium flexori ulnari, & magnum ſurculum, unum pluresve, ad olecranon, inſertum alicui ramorum ab interoſſea ſuperiori venientium T. *corp. tot. ſin.* Dat porro ramum profundum ad perichondria condyli flexorii, & in foveam ſuper articulationem cubiti poſteriorem, inosculatum ramo anaſtomoticae brachialium, qui in eamdem foveam venit. Hic ramus, aliique ejus ſimiles, olecrani faciem, quae ſpectat articulationem cubiti adeunt, ad radium ejusque cum humero connexionem. Inde ramum dat longo extenſori, in cujus ſuperficie rete facit cum ramo eodem tendente Profundae humeri, & grandem cutaneum alium, & ramum qui per capſulam articulationis it, atque idem anaſtomotico brachialium inſeritur, quae eſt princeps anaſtomoſis hujus ſedis T. *corp. poſt dextr. & ſiniſtr.* vel loco anaſtomoticae ſaepe dictae cum ramo certe coit, qui cum brachiali externo ſuperior deſcendit T. V. ε T. *corp. hum ant dextr.*

Trunco vero ſuo recepto ramo inſigni recurrentis ab interoſſea, duplici, uno in tendine extenſoris, altero in ipſa capſula articulationis, & tendine tecto, per vallem inter condylum humeri flexorium & olecranum adſcendit, ibique cum ramo Profundae breviori et profundiori, & cum anaſtomoticae brachialium ramo, dato capſulae articulationis humeri anaſtomoſin habet. Haec anaſtomoſis, tecta capite extenſoris longi, alias in ramum longum arteriae humerariae it, qui ſolitarius eſt, neque a Profunda provenit T. *corp. tot. ſin. ant.* Alias ramus recurrens dici poteſt uno ſurculo inſeri arteriae aut anaſtomoticae aut ſociae brachialis externi, aut denique arteriae communi brachialis utriusque, & altero trunculo inflecti, arcumque efficere poſteriorem humeri, qui cum profundae principe trunco exprimitur T. V. Z. Z. Anaſtomoſin aliquam habet COWPERUS l. c & I. LEONCENA, & I. E. WREDEN, & GARENGEOT T. III. p. 249. & Cl. SCHMIEDEL l. c. 12. quando de ramo recurrente ait, inſerto ulnari arteriae, In ipſo condylo vero flexorio noſtra recurrens rete facit, quod cum ramo alio humerariae ſequente brachialem externum, & dante brachiali interno, anaſtomoſes habet, quem ſuo loco citavi.

Sub recurrente vidi ortam fuiſſe radialem nutritiam, longe deſcendentem per flexorem pollicis. Imo ipſa recurrens radialis ibi orta fuit. Sed ea in ſede etiam nutritia ulnae nonnunquam pro-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 321 sur 543

provenit, ρ T. IV. partim flexori profundo impensa, & partim ad ulnam redeuns. Sed ea alias & plerumque inferius ab interossea nascitur.

Etiam ramus propaginis interosseae analogus, qui ad imum cubitum descendit, nonnunquam hic oritur super interosseam, qui perforat ligamentum ejus nominis, inter extensorem ulnarem & communem, dat ramum in anconeum, inosculatum ramo interosseo supremo, & flexori radiali, & cuti prospicientem, trunco vero descendit, dat extensori communi & ulnari, & dorsali cubiti more solito supra carpum inosculatur.

Caeterum in icone III. expressi arteriae humeralis habitum ad venas, quae in vulgari sectione aperiuntur, quarum venarum profunda una G. T. III. arteriae vicina & ulnae propior est, altera profunda vero, etiam sodalis arteriae, magis radio vicina jacet. Remotior ad ulnam distat Basilica H. Deinde anterior incedit mediana a basilica K, & arteriam decussat, ut in exemplo cum sodali cephalica in ipsa arteria conjuncta fuerit L. Porro trans arteriam incedit huic a basilica natae medianae subjectus nervus medianus 10. & proximus trans venam se conjicit tendo radio propior bicipitis. Periculum ab hoc tendine nullum; a subjecto nervo ingens in sede ulnae propiori est, & majus adhuc ab arteria retro venam eunte in parte medio cubito propiori, minuitur autem periculum, quo inferiori loco & radio propiori vena secatur, cum ibi neque nervus, valde nunc remotus, neque arteria percuti possit, quam quidem cautelam chirurgis, minores venas, & maligne conspicuas secantibus, non credo inutilem fore. CHESELDENIUS hanc arteriae venaeque viciniam etiam expressit *anat. of hum. body* Edit. VI. T. 28. Majus utique periculum est, si arteria ante venam processerit, ut BERNARDINUS GENGA observavit *anat. Chir.* p. 271. aut ad latus venae basilicae jacuerit, ut apud COWPERUM *append.* ad BIDL. T. III. n. 70. Utrumque ipse factum vidi.

Data interossea pergit ire ulnaris ad cubitum, tecta capite toto flexorio, ut nudam fuisse rarum sit, quod vidit Cl. VERDIER *abregé d' anatom.* T. II. p. 343. Dat statim ramum flexori pollicis incumbentem, longum, comitem nervi mediani, cui ramulum dat, & flexori radiali, perque hunc palmari, & sublimi, exque isto denuo palmari. Is est, qui in sublimi cum ramo radialis arteriae flexorem pollicis & sublimem adeunte inosculatur. Idem alias ramus unice retro sublimem longe descendit, eo tectus, per superficiem profundi flexoris, & utrique ramos dat. Eum esse credo, quem tectum flexore sublimi aliisque, ramo arteriae radialis inmitti WINKLERUS scribit n. 38.

Proximus, & alias eodem trunco natus, alius surculus adit flexorem pollicis & profundum, qui etiam sublimi ramos mittit. Hujus truncus, tectus summo flexore pollicis, profunde demergitur, & ulnae *nutritia* fit, quae paulum, ut canalem osseum subeat, sursum flectitur. Ramus ejus per periosteum ulnae longe descendit, aliis periostei ramis inosculatus T. *corp. tot. ant. dextr.* Alias, uti dixi, haec nutritia superius a trunco oritur, quam interossea T. IV. π. 6. & plerumque ab interossea ipsa.

Inde ramum magnum flexori profundo cubitalis mittit, sublimi tectum, qui cutem etiam adit. Surculos mittit flexori ulnari & nervo cubitali. Talis est T. IV. τ. T. *corp. tot. ant. sin.* Pergit descendere, recta nunc & iterum nuda, inter cutem & profundum flexorem, ut sublimem hinc, inde flexorem pollicis adjectum habeat. Tres inde sublimi ramos dat, unumque eo musculo tectum in flexorem ulnarem, qui nervo cubitali surculum mittit, et ad dorsum venit in extensorem ulnarem cutemque. Ex sublimis ramulis aliqui surculi ad palmarem penetrant.

Ulnaris autem arteria nervum cognominem in medio cubito adtingit, et in profundo ad ulnare latus sublimis ire pergit, inter eum sublimem et flexorem ulnarem carpi T. IV. 4. Dat ramos varios sublimi, et alterum nervo cubitali & profundo flexori, inosculatum sequenti T. IV. 3. ad 55. & alium tectum flexore ulnari ad dorsum, ad cutem, nudamque ulnam, ibi ramis interosseae posticae insertum. Iter ejus flexuosum, ut in radiali est, quod recte monuit WINKLERUS n. 38. not. *a.* Inde alios surculos dat sublimi, quorum aliquis fere ad pronatorem quadratum anastomosin habet cum ramo radialis arteriae, alius flexorem profundum adit, tectusque flexore ulnari ad cum & extensorem ulnarem, & ad nudam ulnam it, fere imam T. IV. 3. inosculatus interosseae, & sequenti dorsali ramo, vide T. V. n. n. T. IV. 55. & 5.

Dorsalis manus a cubitali ad imam ulnae sedem in ipso quadrato, ad unciae distantiam super os pisiforme, tecta flexore ulnari ad dorsum se conflectit, mediocris omnino arteria T. II. f. 7. 10. T. IV. 5. T. *corp. tot. ant. sin.* EUSTACHIUS expressit T. XXV. ad 6. ALBINI. WINKLERUS vocat "*unum qui coronam quasi circa caput inferius ulnae facit* n. 39. Ea dat statim ramum ad periostea ulnae, inosculatum cum interosseae arteriae ramo eodem, qui etiam cum ramo radialis oram servante pronatoris quadrati inosculatur, vel cum aliquo superiori ramo ulnaris flexori profundo & ulnari dato T. IV. 5. & 55. T. V. *n. nn.* Dat etiam flexori ulnari T. *corp. ant. dextr.* Trans ulnam minores anastomoses habet cum ramo ulnae proximo posticae interosseae, vel cum ramo longo communicante inter primam & ultimam interosseam dorsalem T. V. 12. Inferius etiam edit ramum ad articulationem radii cum carpo. Inde alium ramum dat ad ligamenta articulationis, inter ulnam & os pisiforme atque triangulare, inosculatum alteri ramo cubitalis arteriae eamdem sedem adeunti vide 7. 10. T. II. f. 7. T. V. inter n. & β. Alium etiam in anteriora ejus articulationis mittit, & ad os pisiforme

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 322 sur 543

transverſo non minimo ramo inosculatum interoſſeae anterioris ſurculo conf. T. ll. f. 7. 10. 11. 15. In unciformi etiam oſſe unitur cum ramis ultimis cubitalibus interoſſeae dorſalis T. *corp. tot. ant. dextr.* Alios ad tendines flexoris ulnaris & ſublimis, alium ad os piſiforme, & ad tendinem flexoris ulnaris, & cuti aliquos, & alium ad os cuneiforme, triangulum & piſiforme mittit, qui etiam cum retrograda altera carpi communicat.

Trunculus hujus arteriae ſequitur abductorem digiti minimi T. IV. et articulationem carpi cum metacarpo digiti minimi, cui etiam ramum dat, ad perioſteum ejus cutemque ipſius hujus metacarpi longitudine, qui unitur cum uno duobusve ſurculis arteriae radialis advenientibus, & ante & retro, tendinem extenſoris ulnaris T. V. e. T. *corp. poſt. dextr.* & in oſſe metacarpi ejus digiti inosculatur ramo ex dorſali interoſſea tertia T. *corp. poſt. dextr.* T. V. Z. emergente, cum qua circa tendinem extenſoris ulnaris non minimas anaſtomoſes habet, a quibus aliquot rami ad tendinem extenſorium minimi digiti & ad cutem eunt.

Sequitur porro latus ulnare digiti minimi T. V. c. c. T. *corp. tot. ſin.* recipit inſertum ſibi ramum interoſſeae volaris quintae, ſociae ſexti et ſeptimi interoſſei, circa finem metacarpi quinti circumeuntem ad latus ulnare minimi, unum duosve omnino T. V. dd. dd. T *corp. tot. ſin.* T. ll. f. 7. aliumque nonnunquam ramum a communione radialis et ulnaris arteriae natum w. et eſt porro arteria *dorſalis ulnaris minimi digiti* T. *tot. corp. ſin.* quae in ejus primo oſſe cum primis arteriae volaris ejus digiti ramis commiſta deſinit.

Ramus vero alius hujus arteriae dorſalis, junctus cum carpea a radiali nata, et cum perforante ultimi intervalli ſuperiori Z. T. IV. dat interoſſeam dorſalem tertii intervalli, incumbentem muſculo externo interoſſeo ultimo, recipit etiam inferiorem perforantem ejus intervalli T. V. et inosculatur tum majori trunco ſuo furcae, a qua minimus et quartus digitus ramos ſuos habent T. V. ff. T. *corp. ſin.* tum minoribus ſurculis arteriis ad dorſum digiti ſui euntibus, ab ulnari quarti et a radiali quinti arteria natis, uti ubique interoſſeae dorſales ſolent. Haec inſertio etiam deſcripta eſt in hiſtoria arteriae radialis.

Totam arteriam dorſalem, quam ſolet cubitalis dare, ſemel vidi ab interoſſea in ora ſuperiori pronatoris quadrati natam eſſe. Nam aliis in cadaveribus conſtanter a cubitali fuit.

Edita arteria dorſali ulnaris truncus dat ramum tendinibus flexoriis, qui miſtus ſurculis, a radiali et interoſſea natis, ad manum pergit. Egregius arcus fuit in corpore, unde T. *ant. corp. ſin.* picta eſt, factus a radiali & ulnari in ſummo quadrato, cui inſerebatur interoſſea. Aliter paulo ſe habuit T. IV. ♆. An is eſt, quem inferiori loco, valde gandem pinxit ILL. TREWIUS l. c. Alias iſte ramus eſt primus trunculus dorſalis rami arteriae ulnaris. Eſt *rameau qui deſcend entre le flechiſſeur du pouce* WINSLOW n. 152.

Incedit porro truncus cubitalis per faciem cuti propinquam ligamenti armillaris, inter os piſiforme & ligamentum armillare T. lll. e. e. & aliquando per canalem quaſi armillaris ligamenti ejus nonnullis fibris tectus, quo refero verba WREDII *durch ein da befindlich ligamentum annulare.* Rectius WINSLOWUS ſcripſit *par deſſus le ligament* n. 153. Dat ibi ramum oſſi piſiformi cutique, alium eidem oſſiculo profundiorem, & abductori digiti minimi T. IV. ♆. Eum ramum vidi circumflexum circa ortum metacarpi minimi veniſſe in volam, & inſertum fuiſſe arcui profundo volae, in intervallo medii quartique digiti. Eſt *Rameau a l'hypothenar du petit doit* WINSLOW n. 153. Dat etiam quadrato volae, & exiguos ſurculos armillari ligamento, ſimilibus ramis arteriae Radialis inosculatos. Eorum aliquem vidi majorem fuiſſe, atque in cavam ſedem carpi veniſſe, & conjunctum cum ramo aliquo perforantis primae arcum non minimum inſolitum carpi perfeciſſe.

Dat ramum ſub oſſe piſiformi ad oram ſuperiorem metacarpei muſculi, ad hunc muſculum & ad palmarem quadratum et abductorem minimi digiti & flexorem parvum T. lll. r. euntem trans eum abductorem, inſertum in arteriam digiti minimi ulnarem, & cum arteria dorſali a cubitali nata inosculatum in capſula articulationis digiti minimi cum metacarpo, uti proxime dixi. Edit hic alias arteriam ulnarem minimi digiti T. *corp. tot. dextr. ant.* quae etiam metacarpeo, abductori cutique dat, & quae alias alio modo naſcitur. Hic ramus non perpetuus eſt.

In cadavere, unde picta eſt T. *ant. corp. dextr. & ſin.* dedit ſecundum oram metacarpei ramum ad eum muſculum & articulationem metacarpi cum digito minimo, qui ramus iterum inſertus eſt in ulnarem minimi *ib. lat. ſin.* & cum ea communem truncum fecit.

Edit porro ad finem interiorem ligamenti armillaris, & ſub ora metacarpei, magnam propaginem *cubitalem manus profundam*, 6. T. ll. f. 7. T. lll. 5. T. IV. 9. quae demergitur inter minimi digiti muſculum abductorem & metacarpeum. Pro profunda habeo *Rameau qui s'avance vers le pouce entre les tendons des flechiſſeurs & les baſes des os du metacarpe* WINTSLOW n. 153 WINKLERO eſt *alter transverſa via ad oſſis ſubrotundi ſedem in arcum profundum volae abeuns* n. 39. Ab eo ramo, tecto metacarpeo, inſignes ſurculi erumpunt ad cutem, palmarem brevem, abductorem & flexorem minimi digiti & metacarpeum. Is hic ordo fuit. Ramus profundus ivit ad carpum inter os piſiforme & cuneiforme ad perioſtea oſſis utriusque T. ll. f. 7. Ramus alius adiit originem abductoris digiti minimi & os piſiforme; alius majusculus ad abductorem ejus digiti venit, & per ejus fibras inosculatus fuit ramis dorſalis a cubitali natae maxime cubitalibus, vide

T. ll

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 323 sur 543

T. II. f. 7. 6. 10. T. IV. 8. Dedit porro ramum emergentem quadrato et cuti: dedit ramum in abductorem minimi digiti insignem T. III. *u.* alium flexori parvo cutique *ib.* alium, qui circum capsulam articulationis inter os triangulare et metacarpum circumiit, et ramo cubitalis arteriae dorsalis unita est.

Trunculus tectus fuit musculo flexore parvo, dedit huic et metacarpo, et uno ramo sequens os metacarpi digiti minimi fecit unam anastomosin cum radialis arteriae ramo profundo inter os metacarpi quartum et tertium T. II. f. 7. 4. Dedit porro metacarpeo, dedit denuo ossi cuneiformi, metacarpeo, et duobus denuo ramis inserta est ramo profundo arteriae radialis, sive arcui volae, cum quo digitalem quarto quintam constituit. Hi duo rami profundae comprehenderunt nervum profundum ab ulnari natum. Eorum unus exiguus fuit T. II. f. 7. 0. alter ingens & notabilis *ib.* Hic ergo profunda a cubitali nata tribus locis cum Radiali juncta est, uno solito loco, altero ad constituendam arteriam quinto quartam, tertio in arteriam ulnarem minimi.

Alias unica, et frequenter quidem, est propago circumflexa profundae, quae circa flexorem parvum, inter eum et metacarpeum redit versus pollicem et arcum volae profundum perficit T. IV. 8. in quo corpore conjunctio ita facta est, ut ex ea hinc perforans superior ultima, inde interossea ultima nasceretur.

Alias ramus hujus profundae oritur legens oram metacarpei et flexoris minimi, is dat abductori minimi, et flexori et metacarpeo, et uno surculo inseritur ramo interosseo volari ultimo ab arcu volae nato, alio ramo fit *perforans ulnaris inferior minimi*, et cum ejus ramo dorsali unitur, declinans ad dorsum, circa metacarpeum minimi digiti. Tales rami picti sunt T. *corp. post fin.* Reliquus truncus superficialis post aliquod intervallum secedens a profunda II. T. IV. datis surculis ad musculos tres digiti minimi, et ad vaginam flexorem, fit *arteria ulnaris minimi digiti* T. III. *η. η.* T. *corp. ant. fin.* T. IV. II. de qua dicetur cum ulnaris historiae fine.

Alias haec arteria profunda demergitur inter metacarpeum & abductorem minimi, dat superficiei abductoris, dat flexori parvo magnum ramum, dat alium metacarpeo, qui inter hunc & abductorem emergens ad dorsum manus venit, & anastomosin habet cum interosseo ultimo. Eadem in interosseo septimo finditur, & uno ramo coit in arcus volae radicem alteram, altero perforat ad basin digiti minimi, & concurrens cum dorsali perforante inferiori, ex ulnari nata, abit in ramum profundum sive medium interossei septimi, dantem metacarpo &c. In eo cadavere altera radix arcus profundi dum se demersit, dedit secundum metacarpeum huic & septimo interosseo ramum interosseum ulnarem primum, & recepit ramum prioris modo dictae profundae. Sed etiam aliae varietates reperiuntur, ut in T. *corp. ant. fin.* ubi unus primarius ramus profundae arcum volae profundum perficit, alter redit in arteriam ulnarem digiti minimi prius natam Alias a profunda oritur arcus profundus volae, & arteria prima interossea ultima volaris sodalis interossei septimi, a qua nascitur perforans inferior ulnaris ultima; deinde interossea ultima media, & ipsa sodalis ossis metacarpi minimi. Alias ab hac profunda orta est superior intervalli ultimi, & interossea septimi interossei, a qua perforans inferior sive ulnaris minimi digiti nata est & perforans inferior radialis minimi, denique interossea quarti digiti, a qua pariter perforans inferior ulnaris digiti quarti provenit.

Id in ea varietate tamen constans videtur, ut adsit cubitalis *profunda*, & ea circumflexa inter metacarpeum & flexorem parvum in radialem profundam inferatur, ramulis ad musculos minimi digiti datis.

Altera profunda ab ulnari nonnunquam in medio metacarpo digiti minimi, ut prior in principio, nascitur proxime post priorem, & proxime communem arteriam digiti minimi quartique, & circa oram metacarpi quinti flectitur, dat ramum in flexorem parvum minimi digiti, inter eum & abductorem ejus digiti in ejus musculi ortum, ubi inosculatur cum retrograda altera, ab arcu carpi profundo nata aut ab interossea volari, & cum ea abit in dorsalem ulnarem minimi digiti. Haec est altera radix arcus profundi volae, non perpetua.

Alias eo loco, data profunda arteria, cubitalis truncus facit arcum volae ramo *l.* T. II. f. 7. qui dat tertio lumbricali, & quarto, & tendinibus flexoriis, & transit per laqueum duarum radicum nervi mediani, atque fit digitalis medio quarta, ad utrumque eum digitum divisa. Alter ibi ramus denuo dividitur, & ejus unus surculus sequitur os metacarpi quartum, recipit radicem a prima profunda, & dat lumbricali quarto articulationi medii digiti cum suo metacarpo, & fit digitalis quarto quinta *π.* l. c. Alter ramus ejus divisionis recipit alterum ramum profundae inter metacarpeum & flexorem minimi natum, dat superficiales flexori parvo & abductori, & fit ulnaris digiti minimi *φ.* Hanc fabricam hactenus paulo prius descripsimus.

Porro eodem fere loco cum profunda, & nonnunquam communi trunco T. IV. ad 9. T. III. 5. oritur a trunco ulnari arteria *digitalis ulnaris minimi*, quae socia est abductoris ejus digiti, dat metacarpeo, & abductori, & cuti, & quarto lumbricali, & inosculatur tum ramo paulo prius ex trunco cubitalis nato, tum in articulatione prima digiti minimi ramo nato ex divisione trunculi interossei, qui septimum interosseum comitatur, emergenti ad latus ra-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 324 sur 543

diale abductoris minimi. Ejus ramulus oritur ad finem ossis metacarpi minimi, & anastomosi facta cum radialis sive arcus profundi interossea volari ultima socia sexti septimique interossei, circumflectitur circa ejus ossis articulationem cum suo digito inter metacarpeum & interosseum septimum, atque inosculatur dorsali minimi digiti ulnari a cubitali orto.

Edita arteria hac ulnari digiti minimi truncus cubitalis ultra flectitur versus radium T. III. ab 5. T. II. f. 7. 3. EUSTACH. T. XXV. utrinque. Dat arteriam *digitalem*, quae dividitur in *arteriam volarem radialem minimi digiti*, & in *arteriam ulnarem quarti digiti*. Dat autem T. III, α. statim ubi nata est, & prius quam findatur, ramum lumbricali quarto tertioque & tendinibus vicinis flexoriis T. *corp. ant. dextr. fin.* Huic etiam lumbricalis quarti ramo inseritur ramulus profundus, ab interossea volari natus, aliquando ita magnus, ut aeque pro trunco, quam ramus ab ulnari nunc dictus haberi possit. Dat etiam idem ramos articulationibus digitorum cum metacarpo vicinis & vaginis flexoriis. Truncus vero digitali, quem dixi, ramus interosseus profundior inosculatur. Ab hac furca oritur nonnunquam ramus dorsalis digiti quarti & quinti, emergens secundum ossis metacarpi quarti latus ulnare, inosculatus principio arteriae radialis minimi digiti, cujus surculi etiam adeunt vicina duo ossa metacarpi, eorum cum digitis articulationes, & parvum digitum, & ei arteria interossea dorsalis ultima inseritur. Inde in principio digitorum finditur cum ipsis arteria, & fit, uti dictum est, radialis minimi γ. T. III. & ulnaris quarti β. *ib.*

Truncus cubitalis edito eo ramo emittit nonnunquam surculum retrogradum ad flexorem sublimem lumbricalem primum, adductorem, flexorem parvum pollicis, et periostea cavi carpi, qui ibi cum aliquo ramo arcus radialis sive profundi anastomosin habet. Ipse vero truncus versus pollicem sensim declinat, recipit insertum sibi ramum a radiali anastomoticum primum. T. *ant. fin.* quando duo sunt anastomotici. Edit arteriam, T. III. ζ et τ T. II. f. 7. T. *corp. fin.* quae lumbricali tertio quartoque dat, a qua radialis quarti arteria θ et *ulnaris arteria media* ι oritur, et cui saepe inseritur ramus profundus interosseus. Eadem dat duos ramos lumbricali tertio, et secundo etiam et quarto, et articulationibus cum metacarpo digiti medii et vaginis, quales ramos expressi T. III. et cuti et denuo lumbricali tertio unitam propaginem surculo profundi arcus. Alias hanc arteriam ab arcu profundo natam vidi, ut nihil daret arteria ulnaris, nisi digitalem quarto quintam et arcum superficialem volae. Plerumque tamen ab eo arcu, et adeo ab ulnari arteria nascitur.

Ramum eo loco ad lumbricales duos priores nonnunquam mittit, et recipit nunc ulnaris plerumque secundum ramum anastomoticum a Radiali arteria, quando duo sunt, sive unicum, quando unus est. Hic est *arcus superficialis volae* expressus T. III. et T. II. f. 7. et T. *ant. corp. fin.* et ab EUSTACHIO primum ostensus T. XXV. *dextr.* cum in sinistro latere nullum pingat. Hunc superficialem volae arcum unice notum habuerunt veteres, et ipsi tribuerunt digiti maximi indicisque utrumque et medii radialem arteriam, ut VESAL. p. 489. T. *corp. tot.* Q. SYLVIUS p. 39. omissa tamen anastomosi cum radiali. COWPERUS vero apud IACOBUM DRAKE ad utramque nostram fabricam paratam iconem habet, in latere quidem sinistro uno trunco inter digitalem ab ulnari quae digitum quartum adit, et radialem simplicem arcum, in latere vero dextro duplicem ab arteria superficiali, ut videtur, ex radiali unum, et alterum a trunco pollicari ortum, utrumque in arteriam indicis inmissum. VERHEYENIUS ita hunc arcum exprimit, ut ab arteria pollicari radialis propagine duo rami cum ulnari coeant 5. 8. Semicirculum vocat ulnaris cum radiali conjunctae I. E. WREDEN T. 16. Describit I. B. WINSLOW ad 155, 157, 158 et vocat *arcade palmaire*, ejusque ultimum ramum fecit ulnarem indicis. Pingit etiam Cl. HEISTERUS *de vulnere gravissimo arteriae curalis*, et huic arcui omnes ramos digitales, etiam ulnarem pollicis tribuit, neque cum radiali aliter, quam in pollice conjungit. Aeque amplum facit Cl. SCHMIEDELIUS, et in ulnari latere indicis cum arcus profundi volae propagine conjunctum pingit, et alteram cum radiali pollicis arteria unionem addit. WINKLERUS totidem, quot COWPERUS, ipsi ramos tribuit, cui est *arcus volae superficialis*.

Huic eiiam arcui debetur, quod arteria radialis adeo tuto absque periculo gangraenae aut debilitatis ligari possit, ut ex duplici mea et nupera observatione constat. Neque ego tridui intervallum effluxisse vidi, donec pulsus rediret, ut ILL. HEISTERO contigit *de vulner. arter. crur.* n. 49. aut sex-septimanarum, quibus elapsis demum Cl. VIR THOMAS SCHWENKE pulsum restitutum vidit, quem forte pulsum simplicius non novae, sed repletae per ulnarem arteriae radiali tribuisset.

Ex eo nunc arcu surculus it alias ad primum lumbricalem, abductorem pollicis et cutem, aut ad lumbricalem tertium, et tendinem flexoris sublimis, alius ad lumbricalem secundum et primum, etiam inosculatus ramo emergenti ab interossea volari, qualem ex trunco natum jam dudum diximus, et retrogradum alium l.c. pictum, inosculatum ramo misto ex interosseo, ex radiali et ulnari, veniente ad carpum cum flexoribus. Dat idem adductori pollicis et ligamentis cavi carpi.

Alias ramus unus alterve non magnus arteriae cubitalis, e regione rami digitalis medio quarti ad lumbricalem primum it, alius ad secundum, alius ad flexorem pollicis parvum et abductorem, et opponentem, qui inosculatur ramo communicanti

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 325 sur 543

nicanti arteriae Radialis, neque alius tunc eſt arcus volae. Idem arcus ſolet dare tendinibus flexoriis ſublimis & profundi retrogradum ramum, inosculatum iis, quos dixi a radiali, ulnari & interoſſea confluere.

Etiam alio modo duplicem arcum vidi, unum in radialis ramum ſuperficialem volae, alium in arteriam ulnarem pollicis, hunc minorem, dantemque ramos lumbricalibus & pollicis abductori, & ſurſum cum flexoribus inosculatos ramis a radiali deſcendentibus.

Et nunc recepta arteria ſuperficiali a radiali arteria, truncus ex ea & ulnari miſtus pergit, & dat ramum digitalem comitem lumbricalis alterius, a quo ſurculus oritur ad lumbricalem ſecundum, vaginam flexoriam indicis mediique, capſulam articulationis, cutemque, primumve lumbricalem & adductorem pollicis. Ei inſeritur nonnunquam ramus inſignis, ab arcu profundo volae natus T. III. ξ. Eſt ubi ramus ab arcu volae minor eſt, quam ab interoſſea miſſus, ut T. *corp. ant. ſin.* Et paulo poſt is ramus, quem nunc dicimus, ex arcu ſuperficiali dividitur, fitque ramus *radialis medii digiti o.* T. III. & *ulnaris indicis π T. corp. ſin.*

Truncus vero ſuperficialis dat denuo ramum lumbricali primo, qui cum flexoris profundi tendine inſeritur ſequenti, aut cum interoſſea etiam communicat. Alium ad pollicis flexorem parvum & opponentem, inosculatum cum proxime prius recenſo ulnaris ramo, adeunte muſculis pollicis. Habet etiam anaſtomoſin cum arteria ſuperficiali radiali indicis. Alium mittit ad abductorem pollicis, emergenti a radiali ſurculo inosculatum x T. III. alium adductori, & tunc recipit ad oram adductoris pollicis primi oſſis cum metacarpo articulum T. *corp. ant. ſin.* arteriae radialis ramum magnum T. III. 3. T. II. f. 7. o. m. quem voco ulnarem pollicis, exque ea conjunctione fit truncus, qui dat, cum interoſſea plerumque junctus, *radialem indicis* & *ulnarem pollicis*, aut etiam ulnarem pollicis ſolam T. III. 4. quando radialis indicis a profunda eſt, ut T. III. & T. II. f. 7. aut ſolam radialem indicis, quando pollex ſuas arterias proprias habet T. *ant. ſin.*

Alias arcus volae primo ramo a pollicari, inter adductorem & os metacarpi pollicis emergenti, inſeritur, deinde denuo inosculatur cum uno ramo arteriae pollicis trunco, & altero arteriae radiali indicis a radiali natae.

Alias arteria ulnaris, dato ramo abductori & opponenti pollicis, duobus ramis inſeritur radiali majori, & altero minori ad oram opponentis cum ramo ejus pollicari. Aliquid ſimile habet VERHEYEN ad 8. 5. WINSLOWUS arcum volae vel in radialem pollicis terminari ait n. 157. vel dato ramo radiali indicis & ulnari pollicis in arteriam radialem n. 158. Alias omnino praeter ramum ſuperficialem arteriae radialis T. IV. 77. nihil recipit ulnaris arteria, & deſinit in ulnarem indicis ib. unice recepto ramo interoſſeo 55.

Alias arcus iſte volae unice dat digito minimo, & quarto, & medii lateri ulnari, inque hoc digito demerſus, cumque arteria radiali conjunctus, porro ita ad reliquos digitos principes ramos dat, ut ii radiali arteriae potius accepti ſint referendi, & arcui volae non ſuperficiali, ſed profundo, partique radialis arteriae T. *corp. ant. dextr.* & *T.* II. f. 7. Talem fabricam etiam vidit Cl. ESCHENBACH not. 6. ad 1139.

Alias arteriae cubitalis finis exiguus omnino, data arteria ſecundotertia, trans lumbricalem primum inſeritur arteriae radiali indicis, a radiali natae, neque alius tunc arcus volae ſuperficialis adfuit.

Ut autem intelligatur, quomodo ad digitos hae arteriae dividantur, unicum medium digitum pro exemplo proponam, non ignarus, multum eſſe in minutiis iſtis varietatis, quam taedioſiſſimum fuerit repetitu.

Ergo a trunco quidem in metacarpo oriri ſolent ramuli ad adductorem policis ex digitali trunco, proximo pollici, & lumbricali primo; ex altero trunco ad lumbricalem alterum, ex tertio ad tertium, & ex quarto ad quartum, ex omnibus autem prius iſti, quam truncus digitalis furcam fecerit, parvi ad tendines & nervos. Hos ſurculos etiam tangit WINSLOWUS n. 159. Deinde jam diviſo trunco alicujus digiti, ab eo vel radiali vel ulnari oriuntur quatuor quinqueve ſurculi ad primi oſſiculi ſedem cutemque & tendinem extenſorem, quorum unus majusculus eſt, qui ad tendinem extenſorem, ad cutem, ad perioſteum dorſale primi oſſiculi venit. Ab eo ſurculus trans tendinem, quem dixi, cum ſuo ſodali convenit T. V. & eidem inſeritur arteria perforans altera, & arteria interoſſea dorſalis ſui intervalli T. V. Y. Dat idem etiam in partem volarem digiti ramulos, qui in vaginam flexoriam veniunt, & cum ſodalibus trans eamdem uniuntur T. IV. 51. 17.

Inde magnus ramus ad finem primi oſſiculi multifidus naſcitur. Ejus unus ſurculus venit ad dorſum ejus oſſiculi, cutemque & ad tendinem extenſorem, & ad perioſteum denique, facitque ad epiphyſin oſſiculi primi cum ſodali ramo arcum, plerumque verſus unguem convexum T. V. ſaepe & alterum. Alter ſurculus volaris ad vaginam tendinis flexorii it, et ad tendinem perforati, proxime articulationem, & ad eam ipſam. Hic etiam volarem arcum cum ſui ſimili efficit T. IV. 58. An expreſſus in tabula COWPERI apud DRAKIUM T. XX. in manus dextrae digito minimo?

Inde alius ramus paulo ultra articulationem ſecundi oſſiculi cum primo venit ad tendinem perforantem, ejusque vaginam, & ad perioſteum oſſiculi ſecundi. Arcum ab eo profundum expreſſi in digitis *manus dextr. corp. tot. ant.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 326 sur 543

Proximus alius ad perioſteum venit, & per intervallum tendinearum columnarum muſculi perforati longe decurrit per tendinem perforantis.

E regione hujus dorſalis rami alius in epiphyſi prima oſſiculi alterius arcum cum ſodali facit, & dat capſulae ejus articulationis, & tendini extenſori T. V. fl. prius. Porro in medio oſſiculo ſecundo magnus ramus naſcitur, qui uno ſurculo ad dorſum it, & trans tendinem extenſorium habet anaſtomoſin cum ſodali T. IV. fl. fl. *alterum*, & alium tectum eo tendine. Idem perioſteo & capſulae articulationis parvas propagines mittit. Alter ſurculus volaris eſt, & arcum cum ſodali habet, ſuper articulationem ſecundi oſſiculi cum tertio T. IV. 53. 60. 19. & in tribus digitis *manus dextrae corp. tot. ant.* magnosque ramos dat tendini perforantis, inosculatos prioribus ejus tendinis arteriolis.

Inde ſuccedit arcus dorſi digiti T. V. c h. ungui vicinus, a quo ramus profundus ad perioſteum volare etiam provenit. Ex eo arcu ramuli recti in cutem ungui ſubjectam exeunt. E regione naſcitur magnus arcus parabolicus, ſaepe duplex, volaris, pulpae tactili miſtus, cui ſurculos exhibet T. IV. 54. 61. 64. 20. T. *corp. ant. dextr. ſin.* in pollice & aliis digitis ſaepe duplex 48. Hunc COWPERUS in omnibus digitis expreſſit, ſed apud DRAKIUM demum, non in priori editione, & deſcripſit I. B. WINSLOW n. 185. & HEISTERUS *de art. crur. vuln. peric. in ic.* Et in univerſum praecipui arteriae alicujus digitalis rami ſolent eſſe duo vel tres ad primum oſſiculum, ad alterum duo, & arcus ad unguem in tertio oſſiculo. Omitto multos ramos cutaneos digitis datos, qui inter ſe irretiuntur, & ad tendines extenſorios etiam aliquid ſurculorum mittunt.

Ulnari ramum ejus, interoſſeam ſubjiciemus. *Interoſſea* ergo arteria brachii ab EUSTACHIO primum expreſſa eſt in iconibus, quas ipſe edidit T. VIII. f. 1. 2. ad T. & S. ALBINI, etſi non ſatis video, quare omiſſa ſit in f. 3. & 4. Venam etiam interoſſeam omnino ad S. & perforantem ſupremam ad T. deſignat, fuſius autem volarem in T. XXVI. dorſalem in T. XXIV. COLUMBUS eam expreſſit, dum tres arterias numerat, in quas finditur humeraria, & eam nominat, *quae penes ligamentum incedit, quod inter cubitum & radium eſt* p. 181. Ex cubitali ortam utcunque delineavit COWPERUS absque literula inter 26 & 27 tum apud DRAKIUM. VERHEIENIUS pinxit ad X. W. Eadem eſt *der erſte und fordere* WREDEN T. 16. Omnino non habet RAUIUS. Eſt *Interoſſeuſe interne* WINSLOWII. 151. cum externae proprium truncum tribuat. Rectius WINKLERUS communem interoſſeae & externae truncum facit n. 31. & ex eo TARINUS p. 47. Nonnunquam major, quam cubitalis, & a trunco etiam humeralis ſuper cubitalis ſeceſſionem oriri viſa eſt, quale etiam WINKLERUS exemplum habet n. 26.

Oritur ad ſuperiorem originem flexoris pollicis a radio nati, ſecundum latus ulnare brevis ſupinatoris, inter profundum & longum flexorem pollicis: aliquando etiam longius ab ea ſede, & propius ad ligamentum interoſſeum T. IV. 6. T. *corp. ant. dextr.* Maxima ejus pars alterne flexuoſa deſcendit cum vena nervoque in ligamento interoſſeo, inter flexorem pollicis & profundum, radio propior EUSTACH T. XXVI utrinque. Vidi ſtatim, poſtquam nata eſt, ramum dediſſe ad flexorem radialem, pronatorem teretem, ſublimem, profundum late ſparſum, cujus ſurculus per flexorem pollicis euns fuit *nutritia radii.* T. *ant. corp. dextr.* Alias, ut dicetur, ſerius ea nutritia provenit. Alius ex primis eſt ramus perforans ad perioſteum ſummi radii & ſupinatorem brevem exiguus. Inde ad flexorem pollicis, a ſummo radio ortum, & ad tuber radii, cui biceps inſeritur, ramum dat, qui inoſculatur ramo profundo arteriae humerariae, ſuper recurrentem ulnae nato, adeunti articulationem cubiti, & idem tuber, & perioſteum radii ſupremi, qui exprimitur in T. IV. *μ. μ.* Poſt eum ramum alias arteria *nutritia* nata eſt *ulnae*, alias ea omnino ſuprema fuit inter ramos, interoſſeae, alias a perforante ſuprema orta, inſerta mediae faciei cubiti radii obverſae; ejus ſurculi flexorem profundum adierunt, dat etiam nervo mediano longum ramum, qui pollicis flexori & profundo ſurculum mittit. Habet ab interoſſea natam nutritiam WINKLERUS n. 32.

Proxima eſt *perforans* T. *corp. ant. dextr.* T. V. τ. T. IV. ad 6. *poſterior* plerumque *ſuprema*, niſi ſuperiorem ipſa humeralis mittit, ſatis magna. Tales in univerſum perforantes numeroſae, ad octo fere, per ligamenti interoſſei foramina tranſeunt.

Suprema ergo trunco, praecipuo ſive *Recurrente* ſurſum, tecta Anconeo, in vallecula olecrani ad ejus radialem ſedem T. *corp. poſt. dextr.* & juxta ſupinatorem brevem adſcendens, dat utrique ſurculos, & flexori etiam ulnari, & extenſori communi, & ulnari, & extenſori digiti minimi T. V. v. v. & articulationi capitis radii, atque ipſi capiti. In ſupinatore brevi cum proxima perforante altera unitur. Trans condylum etiam extenſorium humeri & capſulam articulationis unum duosve ramos mittit, inosculatos cum recurrentis radialis ramo *β. δ. τ. ν. T. corp. poſt. ſin.* & una cum ea, aut cum profunda humeri unitur T. V. *β.* Z. T. *corp. poſt. ſin.* per eumdem condylum. Expreſſa eſt ab EUSTACHIO T. XXIV. ſuper *μ* ALBINI. Eſt *Recurrent* WINSLOWI n. 147. qui ejus anaſtomoſes habet. Pergit porro idem, & trans olecranon rete facit cum ramis recurrentis ulnaris T. *corp. poſt. ſin.* T. V. *χ. φ. φ.* & finem facit in tendine extenſorio cubiti, ubi

ali-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 327 sur 543

aliam cum arteria anaſtomotica brachialium muſculorum anaſtomoſin habet ad latus olecrani T. *corp. poſt. utr.* nonnunquam inſignem, ut in T. *corp. poſt. dextr.* Etiam ad cutem ramulis exit.

Contra ramus alter ſupremae Perforantis, etiam magnus, *deſcendens*, continuo inque ipſo inter radium & ulnam tranſitu ſecedit, it deorſum cum extenſore pollicis utroque ib. T. V. *T. corp. poſt. dextr.* atque extenſores ſequitur. Dat ramum ſurſum adſcendentem ſupinatori brevi T. *poſt. dextr.* cujus finem circumit, & extenſori communi digitorum, & primo ſive radiali pollicis extenſori, & bicorni, & ſupinatori longo, in quo cum recurrente ulnari notabilem anaſtomoſin habet. Dat alium ramum multifidum bicorni, dat ulnari extenſori, inde ramum inſignem, qui nonnunquam proprio trunco oritur, & ſeorſim ligamentum perforat, poſitum ad ſedem radialem extenſoris communis, in hunc, & brevem ſupinatorem, bicornemque & radium, qui inter eum ſupinatorem & initium radialis extenſoris pollicis deſcendit. Dat porro extenſori pollicis alteri ſ. ulnari, & extenſori cummuni, dat primo everſori ſ. radiali pollicis ramum, alteri ab interoſſea perforanti nonnunquam inosculatum *ω.* 3. T. *corp. poſt. dextr.* Sequitur extenſorem ulnarem ſub olecrano, cui ramos dat *ι. ι.* & in ima ulna, cui ſurculos mittit, magna fere ſemper anaſtomoſi inſeritur in interoſſeam poſteriorem manus T. V. 2. *T. corp. poſt. dextr.* Habet eam arteriam deſcendentem EUSTACHIUS T. XXIV. *μ* ſed absque anaſtomoſi. Haec eſt, de qua ſcripſit I. E. WREDEN *perciret gleich anfangs diemembranam ligamentoſam, und diſtribuiret ſich in die extenſores.* Eſt *interoſſeuſe externe* WINSLOWI, qui pro peculiari trunco deſcribit n. 147. ſeqq. Haec eſt *circumflexa ulnae* WINKLER n. 34. qui ramum recurrentem cum anaſtomoſibus deſcripſit, n. 36. quas etiam indicat R. I. C. GARENGEOT *oper. de Chir.* p. 249. Ramum *longe deſcendentem* habet etiam WINKLERUS, ſed tribuit Recurrenti n. 29. Hinc etiam facio *interoſſeam externam ortam ab interna & per foramina ligamenti juncta internae ramulis* Cl. SCHMIEDELII l. c. n. 8.

Alias haec ejus arteriae hiſtoria fuit: Adſcendit inter olecranon & radium, dedit ramum magnum extenſori longo, alium ulnari & communi extenſori, qui ipſe in condylo extenſorio minutas fecit anaſtomoſes cum profundae humeri ramis. Truncus vero tectus anconeo, cui dedit, adſcendit, erepſit ſecundum olecranon, & ramo arteriae humeri per brachialem externum deſcendenti magna anaſtomoſi inſertus eſt. T. V. *ϱ.*

Sed etiam deſcendens ramus interoſſeae ſupremae aliter ſe alias habet. Poſtquam enim extenſori ulnari ſurculum dedit, alter ramus ejus *radialis* deſcendit cum everſore primo pollicis, & dat huic & bicorni, & extenſori communi, & radii perioſteo, in quo cum arteriae interoſſeae aliis ſurculis unitur. Eſt ramus *ς* T. V. Ramus vero *ulnae propior* deſcendit inter ulnarem extenſorem & everſorem, atque extenſorem pollicis, & indicatorem, his ramos dat, & ſolitam habet anaſtomoſin in ima ulna T. V. 2. quam etiam WINSLOWUS deſcribit n. 149.

Cum adeſſet altera perforans ſuprema ab humerali, in alio exemplo, interoſſea ramo ſurſum miſſo per ſupinatorem brevem, primo inter ſupinatorem brevem & extenſorem digitorum communem anaſtomoſin cum ramo deſcendente ſupremae perforantis habuit, quorum utrique ſurculos dedit, & perioſteo ulnae ſub olecrano. Inde inter extenſorem communem & ulnarem pergens, dedit utrique, & anaſtomoſes cum aliis ramis interoſſeae quartae habuit, ſurculos etiam utrique pollicis extenſori & perioſteo nudae ulnae ſub olecrano dedit. Ejus inſignis etiam anaſtomoſis fuit prope imam ulnam ad ramum interoſſeae dorſalis imae, quae modo deſcripta eſt in *ſupremae* hiſtoria.

Sub ea interoſſeae propagine magnus ramus flexorem pollicis adire ſolet, cujus ſurculus inter eum & profundum natus ad usque quadratum venit, inosculatus in ejus originem cum ramo ibi nato. Talem habet VERHEYEN ad W.

Inde oritur ab interoſſea, tecta terete, magna *Radii nutritia*, ſurſum paulum flexa *τ.* T. IV. *T. corp. ant. dextr.* Ab ea etiam tereti & perioſteo radii rami accedunt, & ad profundum flexorem.

Hic etiam ſub interoſſea ſuprema primum plerumque oritur *nutritia ulnae*, quae flexorem profundum adit T. *corp. ant. dextr.* & perioſteum ulnae, & alias ſuper radii nutritiam oritur, uti monui. Habet etiam WINKLERUS n. 32. & addit ſe vidiſſe ab Interoſſea dorſali oriri n. 37.

Et pergit deſcendere interoſſea, profundo loco, hinc periculoſe vulnerabilis (monente I. ERNESTO HEBENSTREIT *anthropolog. forens* p. 567.) atque inde flexori pollicis, hinc profundo flexori ramos dat *T. corp. ant. dextr.* quorum illi etiam radii, hi ulnae perioſteum adeunt; Alium etiam majorem profundo alias dedit, & in ſumma ſede quadrati ramum ad radium, inſertum ramo arteriae radialis circumlegenti oram ejus muſculi *T. corp. ant. dextr.*

Altera perforans 3. T. V. T. *corp. poſt. dextr.* quando ſuprema ab interoſſea eſt, ut ſolet, ab ea divitur ſupinatore brevi, & infra ejus tendinem dorſum adit. Dat ramum Extenſori communi, communicantem cum ſuprema T. V. *ω* quem modo dixi, & extenſori ulnari, & minimi digiti extenſori, iterumque communi & ſupinatori brevi. Eadem trunco ſuo deſcendit cum extenſore ulnari, cui multos ramos dat, excurrentes in extenſorem digiti minimi et ulnarem & cutem, & everſorem primum pollicis, & interoſſeo ultimo dorſali inosculatur, quod alias verum eſt de ramo deſcendente interoſſeae ſupremae.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 328 sur 543

Duos vel tres hujusmodi truncos perforantes habet WINKLERUS n. 33.

Alius *tertius* perforans ad periosteа ulnae et ejus extensorem, ulnamque et cutem sequitur.

Alia *quarta* perforans minor sub priori ad extensorem communem et eversorem pollicis ramos dat, alio ad eversorem pollicis migrat & radium, & inosculatur sub pronatore terete in periosteo cum ramulo radialis arteriae, deorsum vero cum sequente, & in cutem terminatur. Eadem sursum ramum edit supinatori brevi

Hoc loco vidi *nutritiam radii* natam, de perforantium numero fuisse, nec anterius, sed posterius in dorsali sede radii ad exiguam a margine hujus ossis ulnari distantiam subiisse. Dedit idem surculus flexori pollicis.

Alia *quinta perforans* inter eversorem & secundum extensorem tertii intermedii pollicis it, ad utrumque & ad extensorem ulnarem, & ad nudam ulnam, atque sursum cum priori, quam secundam dixi, deorsum cum sequente, trans ulnam vero cum surculis nutritiae ulnae inosculatur, in ligamento vero interosseo, posterius cum ramo, qui inferior utrique pollicis extensori & indicatori ramum dat.

Alii exigui perforantes rami eversorem pollicis etiam, expressi T. *corp. post. dextr.* & nudam ulnam adeunt, inosculati priori quintae. Alius eumdem extensorem longum pollicis & radium adit. Alius it ad extensorem pollicis alterum & radii periosteum, alius ad extensorem communem & ulnarem & ulnam; et ortum indicatoris. Hic sursum in ligamento interosseo cum ea communicat, quam proxime dixi. Alius denuo ad extensorem pollicis alterum & communem extensorem & ad radium it, inosculatus proximo. Dat idem longum ramum extensori communi et alteri eversori pollicis sive ulnari, & periosteo radii, & cutaneus fit. Alius ramus venit ad ulnam & indicatorem. Alias duo pro isto sunt, sui similes. Alius multifidus ad extensorem communem & alterum pollicis et radium it, inosculatus priori, quem *denuo alium* dixi, deorsum vero sequenti in ipso radio majuscula anastomosi. Vidi alteram *nutritiam* minorem pene imo radio dedisse. Idem alias cum praecipuo trunco interosseo postico inosculatur T. *tot. corp. post. dextr.* Alios porro Interossea dat ramos minores, tres quatuor ad ulnam et indicatorem, quorum unus proxime super quadratum natus ulnam circumit, et inosculatur ramo dorsali arteriae ulnaris, et unum ad radium, inosculatum priori quem mulifidum dixi.

Et nunc finditur Interossea, ut inter duos ramos ora superior pronatoris quadrati intercipiatur T. II. F. VII. ad 14. Ramus *posterior* 5. 6. &c. T. V. solus dictus est WINSLOWO *elle percé le Ligament* n. 151. Eam breviter exprimit EUSTACHIUS v. T. XXIV. et L. E. WREDEN qui *perforare ad pronatorem quadratum, & membranam ligamentosam & ad carpi musculos & tegumenta ire* scribit. WINKLERUS *ramum* vocat, *qui ligamentum interosseum perforat* n. 32. Eo in ipso transitu dat pronatori quadrato, venit ad dorsum imi cubiti, tecta indicatore, cui aliquot ramos mittit. Majusculum etiam trans imum radium circa tendinem bicornis musculi surculum edit, multis ramis inosculatum cum surculis imis arteriae radialis, super ramum quadrati majusculum natis. Dat etiam periosteis radii, & inosculatur sequenti. Tales sunt 7. 7. T. V. et T. *corp. post. dextr.* Et porro dat indicatori, aut longo s. radiali pollicis extensori, aut utrique. Inde anastomosin insignem habet cum magna primaque interossea Q. T. V. *T. corp. post. uirinque.* Ramus, qui eam producit, adit extensorem ulnarem, ulnam imam, et alios minores ramos dat apophysi ulnae, inosculatos cum ramis cubitalis arteriae, proxime superioribus quam arteria dorsalis *T.* V. ad n. inferius. Omnes autem arteriae ab interossea ad ulnam euntes inter se anulos faciunt, et inosculantur cum ramis cubitalis arteriae, nudam ulnam adeuntibus, et in cutem etiam exeunt.

Alius ramus *T.* V. 6. adit imum radium, et tendines eo transeuntes bicornium, et armillas eorum ib. et ligamentum posticum carpi, inque sede ossis navicularis cum radiali arteria inosculatur in ramum, qui ab eadem os etiam naviculare adit. Alii sub eo sunt minores ad radium rami.

Pergit interossea posterior carpum tribus ramis adire, quorum unus ulnam, duo radium sequuntur. Hic aut truncus, aut ejus jam separati tres rami transeunt aut inter cutem et ligamentum armillare dorsale, aut omnino per aliquos quasi ejus ligamenti hiatus. Duo sunt *T. corp. post. dextr.* Vidi unicum truncum indivisum per sulcum radii extensori communi destinatum, perque superficiem ossis semilunaris & unciformis iviſse, & hinc ad ulnam circa os triquetrum ramulis dorsalis a cubitali natae arteriae se inmisisse, & una effecisse trunculum dorsalem minimi digiti, inde arteriae radialis ramis in osse magno, & denique uno ramo in dorsalem minimi digiti, altero per tendines extensorem, quibus dedit, in perforantem superiorem tertiam, tertio in superiorem perforantem alteram, & quarto se in superiorem perforantem primam carpi inmisisse. Verum haec ex alio corpore plenior historia est, quam dicam.

Ulnaris ramus interosseae dorsalis, sodalis extensoris carpi ulnaris, hic expressus T. V. ad β. dat ramum profundum ad articulationem carpi, inosculatum ramo medio proprii trunci T. V. & multis locis cum dorsalis a cubitali nati surculis, quos excitavi. Aliquando una & major arteria communicans adest e. β. T. V. T. *corp. post. dextr.* & una, quae cum ramo perforantis supremae

mae tertiae conjuncta, conſtituit ramum ulnarem minimi digiti *u* T. V. T. *corp. poſt. dextr.*

Ramus medius *interoſſeae dorſalis*, reliquis major T. V. iterum finditur, et uno ramo ulnae propiori ad os triangulare, facta anaſtomoſi cum interoſſea ulnari modo dicta, per ſuperficiem oſſis triangularis, et per cuneiformis dorſum incedit, tectus armillari ligamento, adtingit metacarpum, & uno majori trunco inſeritur perforanti tertiae ſuperiori T. V. ad c. T. *corp. poſt. dextr.* Trans oſſis metacarpi minimi digiti principium habet anaſtomoſin cum ramo arteriae primae profundae a cubitali natae, abductorem minimi digiti adeunte. Vidi produxiſſe perforantem primam hujus intervalli. Alio vero ramo longo F. T. V. per ſuperficiem metacarpi euns, dat cuti & tendinibus flexoriis, & recepta perforante inferiori intervalli ultimi œ *T.* V. inosculatur in ramum digitalem communem minimo & quarto digito ad œ. f. f. & *T. corp. poſt. dextr.* Multas habet anaſtomoſes cum ſequenti ſurculo proprii trunci. Hunc ramum vidi peculiari trunco proveniſſe, infra interoſſeam dorſalem, ab ultimo fine ligamenti interoſſei, dediſſe cutaneum ſurculum, inter cutem & armillam dorſalem deſcendiſſe, & inosculatum fuiſſe cum ramo arteriae dorſalis ulnari in metacarpi quarto oſſe.

Alter ramus medii rami interoſſeae dorſalis incedit, quando ſuperiori loco provenit, per radii perioſteum, inosculatus ibi cum ramulo a ſequente radiali ab interoſſea nata, dat magnum ramum ad articulationem carpi cum oſſe lunato, & ſuperficialem inosculatum ſequenti magis radiali ab interoſſea nato, cum ramo nempe 6. vel 66. Recipit ſibi inſertum ramum radialis arteriae dorſalis trans tendinem bicornis muſculi, & alium tectum eo tendine v. g. F. T. V. *T. corp. poſt. dextr.* tum alium ab arteriae interoſſeae dorſalis ramo, hoc ipſo loco dicto, ad os magnum nato, quem ſuperficialem dixi. Dat ramulos minores, dat interoſſeum ramum inter medium & tertium os metacarpi euntem, inſertum tum perforanti ſuperiori primae ejus intervalli x. T. V. T. *corp. poſt. dextr.* tum perforanti ſecundae T. V. *η.* emergenti ad principium digiti utriusvis, & una cum ea in furcam arterioſam medio quartam terminatur ad *α* T. *corp. poſt. dextr.*

Ramus tertius interoſſeae dorſalis, quem *radialem* dico, ſequitur imum radium & tendinem bicornis medii, habet majusculam anaſtomoſin cum arteria circumlegente oram Quadrati, a radiali nata, deſcendit per ſuperficiem ligamenti dorſalis multis ramulis, & uno majori & profundiori cum trunculo medii rami interoſſeae dorſalis conjunctus, alio cum dorſali radialis ulnari, communicat etiam cum primo ramo medii trunculi arteriae interoſſeae dorſalis, dat ſubcutanea retia. tendinibus etiam extenſorum proſpicientia, & inosculatur ramo cutaneo erumpenti inter digitum indicem mediumque, tum inter medium & tertium, nato a perforante ejus intervalli inferiori, quae anaſtomoſes non negligendae ſunt, & ſolent & ſuperficiales minores adeſſe, & profundiores atque grandiores. In T. V. hic ramus potius ad radialem arteriam pertinuit, quam ad interoſſeam. Vidi etiam in epiphyſi radii manſiſſe.

In univerſum anaſtomoſes interoſſeae cum arcu dorſali a Cubitali & radiali nato factas habet WINSLOWUS n. 151. Arcum vero & duplicem quidem, ſuperficialem & profundum WINKLERUS deſcribit, quorum iſte noſtro reſpondet, tendinibus extenſoriis tectus, ille nimis fere minutus eſt.

Ramus *interoſſeus volaris* minor, perpetuus, pergit tectus Quadrato T. IV. inter E & Ψ, deſertus ab EUSTACHIO ad principium carpi T. XXVI, a WINSLOWO omiſſus, dictus WINKLERO, qui neque anaſtomoſes cum arcus profundi volae ſurculis neglexit n. 32. Dat ea volaris interoſſea ramos ad ulnam & radium, unde inoſculationes fiunt hinc cum dorſali ulnaris ramo T. 2. f. 7. 15. 11. 10. T. *corp. ant. dextr.* inde cum ramo radiali nato in imo carpo & nudum radium adeunte T. II. f. 7. 16. T. *corp. ant. dextr.* tum cum ramo a radiali ſaepe citato, qui circumlegit oram pronatoris quadrati, denique cum ramo ejus adeunte tendines flexorios, unde inſignis ſatis trunculus ortus cum iis tendinibus ad manum it, & T. *corp. ant. ſin.* emergens pictus eſt.

Pergit ipſe truncus in carpi nudis ligamentis, miſtus ramo ab arteria ulnaris dorſali trunculo nato, adeunte articulationes ulnae cum piſiformi & triangulari oſſiculo, & cum alio ramo ejusdem ſurculo profundo, prope os piſiforme orto, & aliquando cum ramo ulnari arteriae ipſius nato in oſſe triangulari Ψ. T. IV. Facit in ligamentis carpi rete cum retrogradis ramis, ab arcu profundo volae natis 26. T. IV. Atque hic ejus arteriae finis eſt.

Caeterum non penitus omittere viſum eſt mirificam varietatem, quam ſemel omnino anno 1745. M. Septembri vidi. Ex ipſa fere origine arteriae interoſſeae ramus provenit, ſodalis mediani nervi, inter ſublimem & profundum flexorem, quorum utrique dedit, venitque cum ipſis ad latus radiale medii digiti & ulnare indicis, dedit ramum pollicis abductori, inoſculatum radiali arteriae pollicis, & una cum ea arteria ulnarem pollicis & arteriam radialem volarem indicis conſtituit. Semel etiam ex ipſa origine arteriae interoſſeae ramum prodiiſſe vidi, qui ad volam venit, & ſuperficialem arcum conſtituit, qui ſolet a radiali naſci.

Arteria denique *radialis*, directus arteriae humerariae & profundior finis, nunc dicenda ſupereſt. In fine brachialis interni T. IV. fere oritur. Aliquoties tamen in ſummo humero & ſupra ipſum ejus caput natam vidi, quae obſervatio ab ANDREA LAURENTIO ortum traxit, qui primus duplicem baſilicam arteriam vidit, pro-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 330 sur 543

ſundam & ſubcutaneam, unde arteria pulſans radii naſceretur *hiſt. anat.* p. 146. Deinde ita frequenter haec obſervatio BIDLOO obtigit, ut tunc, cum arteria brachialis ſimplex eſſet, pro peculiari obſervatione haberet, ut ex IDONIS WOLFII *chirurgicis obſervationibus* adparet p. 64. Ideo enim credidit gangraenam ex operatione aneurysmatis ſucceſſiſſe, quod unica arteria humeraria foret, quae ſoleat duplex eſſe. Nam haec altera ratio eſt, quare recentiores anatomici minori cum metu arteriam humerariam ligent reſecentve, quod nempe ſperent, ſubſidio radialem arteriam fore, quae ſuperius & ad ſummum humerum ſaepe proveniat. Sed ea ſpes certe per mea experimenta mediocris eſt, cum rara ejus fabricae exempla ſint, & multo frequentiora, in quibus arteria radialis a trunco in cubiti demum flexione decedit. Eamdem ejus originis, quam BIDLOUS, utilitatem vidit HEISTERUS *in compendio anatom.* n. 66. & in I. F. MOEBII *obſſ. medicis miſcellaneis theoreticis & practicis* n. VIII. *&* in *diſp. de arteriae cruralis vulnere periculoſiſſimo feliciter ſanato* n. 37. 38. cum icone, ubi addit, communicare circa cubitum, & apud ELIAM FRIEDERICUM HEISTERUM filium *de nova brachium amputandi ratione* n. 31. ubi arteriam nonnunquam brachialem in ſumma axilla findi, & radialem ad latus externum bicipitis deſcendere, hinc absque metu in aneurysmate arteriam brachialem ligari poſſe ſcribit, cum alter aeque fere grandis truncus radialis pro alendo brachio ſuperſit. Similis eſt obſervatio I. ZACHARIAE PETSCHE *in ſylloge obſſ. anatomicarum ſelectarum* n. 54 & I. B. WINSLOWI n. 143. & WINKLERI n. 49. & ALEXANDRI MONROO *Edimb. eſſ.* T. II. T. 2. f. 3. & IOHANNIS PALFYN *anat. Chirurg.* T. II. p. 272. (pro frequenti) & PHILIPPI AD. BOEHMERI *faſcic. obſerv. anat. praef.* p. XI. & I. ERNESTI HEBENSTREIT *in Progr. ad Diſſ.* HAHNII p. VI. & Viri Clar. P. CONRADI FABRICII in *Progr. ad anat. femin.* 1749. edito p. 13. In dextro etiam latere frequens eſſe, ut tribus digitis ſub ala a trunco axillari ramus magnus ſecedat, hoſpes olim noſter HENRICUS FRANCISCUS le DRAN, non ſatis conſtanter, obſervavit *Operat. de Chir.* p. 347. Aliter iterum ILL. TREWIUS, non radialem ſolum ad ſummum humerum ortam, ſed praeterea duos ejus peculiares arcus vidit, unum in cubito cum ulnari, alterum ad carpum cum interoſſea factum *Comm. Nov.* 1737. p. 187. T. III. f. 5. Alias in medio humero Radialis naſcitur, qualis ILL. HEISTERI altera obſervatio eſt, ut arteria radialis ad finem deltoidis proveniret, ubi vox *usque* videtur ſuperflua eſſe. Talis eſt etiam obſervatio PETSCHII n. 55. ESCHENBACHII n. 1141. & WINKLERI n. 50. quam fabricam etiam ipſe vidi, & Cl. DAUBENTON *deſcr. du Cabinet du Roi* T. III. p. 159. & I. ERNESTUS HEBENSTREIT, qui brachialem arteriam ad inſertionem coracobrachialis muſculi findi dixit, & CAS. CHRISTOPHORUS SCHMIEDEL l. c. f. 1. & n. 9.

Radialis magis eſt ex directo humerariae arteriae, ut ulnari quidem plerumque minor ſit; ſed tamen bis viderim majorem fuiſſe *T.* II. f. 7. Haec eſt elatior arteria, quam pulſantem tangimus GALENI *admin. anat.* L. III. c. 8. Eſt, *qui ſecundum radium fertur* VESALII p. 488. Q. *Superior* SYLVII p. 39 *Ramus radium verſus tendens* COLUMBI p. 181. *Radieus* SPIGELII L. VII. c. 3. p. 191 qui VESALIO caeterum uſus eſt. Ab EUSTACHIO exprimitur in T. XXIV. utrinque. *Majorem* vocat MOLINETTUS, ut ex pulſus mentione adgnoſcimus, & ex ramis ad tres digitos majores, quos ipſi tribuit, nam reliqua verba, quibus interiora cubiti legere ait, ad ulnarem potius pertinere videntur in *Diſſ. Anat. pathol.* L. V. c. 5. p. 238. COWPERUS expreſſit ad 26. ſolique pollici tribuit, arcu omiſſo; In Tabula DRAKIANA arcum et ſimplicem et duplicem reſtituit, caeterum utramque pollicarem ſolam a radiali deduxit. A VERHEYENIO exprimitur ad H. λ. &c. Eſt *Rameau externe* PETRI DIONIS, qui valde mediocriter de ea ſcripſit p. 604. *Radialis* eſt I. ERNESTI WREDE T. 16. & *Maximus externus* RAUII, non bene deſcriptus, cum huic ramo ſuperficiales volae trium majorum digitorum tribuantur. *Radialis* denique WINKLERI eſt n. 44. ſeqq.

Dat ſtatim ex ipſo ortu, quando fabrica vulgatior obtinet, & in flexu cubiti naſcitur, ramum ſupinatori longo, cutique, ſurſum deorſumque multifidum, & inosculatum ramo humerariae, eum ſupinatorem & brachialem internum adeunti, uti dixi. Annon eſt ramus iſte, quem innominatum vocat Cl. ESCHENBACH, & alias a radiali oriri dicit, alias ab humeraria n. 1133?

Dat proxime ortum *recurrentem radialem*, inſignem ramum, & ob anaſtomoſin celebrem, quem tamen ramum nonnunquam humeralis potius quam radialis edit T. IV. ♂ & T. *corp. tot. ant. dextr.* WINKLER n. 26. Ab EUSTACHIO exprimitur T. XXIV. ad 8. ALBINI, anaſtomoſis vero cum ramo humerariae brevi indicatur a LEONCENA l. c. *dextr.* Aliqua verba habet DIONIS p. 604. adſcendere nempe, & inter brachialem internum & longum ſupinatorem deſinere. Manifeſtius recurrentem vocat WINSLOWUS, & cum ramo *collaterali primo* (profunda) communicare obſervat. WINKLERUS hunc recurrentem fuſe recenſet, & anaſtomoſin majorem inter ſupinatorem longum & brachialem internum cum profunda humeri refert n. 45. Ea recurrens inferius, ut ſolet, orta reflectitur circa tendinem bicipitis, inter eum & ſupinatorem longum, ad capitulum extenſorium, ſocia nervi radialis. Dat ramum pronatori tereti, ſupinatori brevi, inque bicornem T. IV. e. e. longe lateque ſurſum & deorſum conſumitur, in quo pene in medio cubito anaſtomoſin habet cum alio ramulo arteriae radialis. Porro eadem Recurrens dat duos ramos longo ſupinatori nervoque adjecto, tresque vel quatuor extenſori radiali, ramumque ad internum brachialem & digitorum extenſorem communem

munem, & ad cutem. Ejus ſurculus, ad brachialem internum euns, anaſtomoſes habet cum anaſtomotica brachialium T. *corp. ant. dextr.* in ipſo perioſteo, inter brachialem internum & ſupinatorem longum, & cum alio ramo bicipitis aut brachialis interni ab humeraria orto T. IV. t. r. communicat. Ita naſcitur transverſus arcus anterior humeri, minor, fere ſimilis poſterioris, tectus brachiali interno, qui fit, in ſede quidem radiali ab hac recurrente & humerariae ramo brachialem internum adeunte, in ſede ulnari vero ab anaſtomotico brachialium. Alias ramus iſte anterior inosculatur cum ramo trans brachialem internum per foramen ſupinatoris longi ab arteria brachialis interni T. IV. r. & cum eo communicat, trunco vero iſto in ſupinatorem bicornem & brachialem externum conſumitur. Hunc non potui in iconem reducere.

Sed truncus recurrens nunc tegitur longo ſupinatore, dat etiam ſub capite radii ſurculos profundos ad ligamenta & perioſtea anterioris partis proceſſus coronoidei, ad perioſtea radii anterius & poſterius, & ad capſulam articulationis, qua cum radio coit. Habent anaſtomoſes cum ramis humerariae brachialem internum perforantibus, uti dixi.

Ramum porro profundum edit, tectum bicorni, qui ſub capite radii incedit per ſuperficiem ſupinatoris brevis T. *corp. ant. dextr.* etiam fibris nonnullis tendineis tectus, atque ad cutem erumpit. Idem dat ſupinatori brevi, eoque perforato extenſori communi & ulnari, interque utrumque cutaneus fit. Cum interoſſea ſuprema anaſtomoſin habet. Dat eadem ſurſum per capſulam articulationis in condylo extenſorio & in linea aſpera humeri radiali ramum, qui inſeritur ramo deſcendenti dorſali humeri, nato a Profunda & ab anaſtomotica brachialium, uti diximus, per lineam aſperam humeri adveniente.

Porro Recurrens radialis dat alium ramum profundum perioſteo condyli extenſorii. Ipſa venit inter ſupinatorem longum & os, per partem condyli extenſorii ulnae propiorem, trans principia extenſorum communis & ulnaris, recipit ſibi inſertum ramum volarem anaſtomoticae brachialium ex ramo tecto brachiali interno natum, & pergit adſcendere per vallem inter olecranum & condylum extenſorium, atque inosculatur, vel cum Profunda humeri ſola, quando unicus ejus ramus eſt, vel cum humeri ramo communicante ex trunco profundo nato, miſto cum ramo anaſtomotico. Alias minor is ramus eſt, & inter os humeri & bicornem clanculum erepens inſeritur recurrenti ab interoſſeae ramo anaſtomotico T. *corp. tot. utr.* T. V. d. Reliquus truncus hujus Recurrentis cutaneus fit.

Hac recurrente data, truncus arteriae radialis deſcendit per teretis pronatoris ſuperficiem, magis e directo trunci humerarii quam ulnaris arteria T. *corp. ant. ſin.* quod minus bene ab EUSTACHIO exprimitur T. XXIV. Dat ibi ramum ſupinatori longo T. *corp. ant. ſin.* Vidi etiam in ea ſede ramum ad ſupinatorem brevem dediſſe, qui fuit nutritia radii, ſemel omnino. Alium mittit ad pronatorem teretem, ſupinatorem brevem, nudumque radium. Is inosculatur ſurculo radialis arteriae, & erumpenti ramo interoſſeae dorſalis, cutem adeunti. Dat porro alios duos adhuc in pronatore, ſupinatori longo 72. T. IV. numeroſos vero, tres quatuorve pronatori & flexori radiali aliquem T. lll. g. et flexori pollicis una teretique, et imo tereti nudoque radio. Is inosculatur et cum ramo jam dicto, et cum ramo perforante tertio ab interoſſea nato. Dat etiam bicorni ramum, inosculatum ramo recurrentis radialis. Tales bicorni ramos tres dediſſe vidi, qui etiam ſupinatori longo dederunt T. IV. 73.

Et deſerit nunc teretem pronatorem, porroque verſus radium accedit, innixa pollicis flexori, inter ſupinatorem longum et flexorem radialem T. lll. e. e. T. *corp. ant. ſin.* In eo itinere recta in univerſum eſt, ut tamen una reciprocis flexibus alternatim circa rectam lineam ambulet, maxime ſi valentius repleta fuerit, et multis tendineis fibris irretitur. Dat in eo itinere ramos varios, non magnos, ſublimi. Vidi primum et nervo mediano et flexori radiali proſpexiſſe T. lll. g. g. T. *corp. ant. ſin.* etiam aliquot ramis. Alium vidi iviſſe trans bicornem ad everſorem usque, et inosculatum fuiſſe ramo interoſſeae dorſalis cutaneo jam dicto. T. IV. 74. Ramum porro ſublimi, alium flexori pollicis et ſublimi edit. Is habet ſurſum anaſtomoſin cum ramo ulnaris arteriae, qui flexorem pollicis adit, primo fere qui ſub recurrente ulnae provenit, et ſurculum etiam nervo mediano dat, qui cum eo ſurſum et deorſum incedit. Dat etiam ramos minores et carni et tendini flexoris radialis, inde plerumque ad palmarem longum ituros. Priores etiam in palmarem usque penetrant T. *corp. ant. ſin.* Alios edit transverſos ſublimi et nervo mediano, inosculatos, ut in pede ſolet, proxime ſuperius ad eum nervum dato ſurculo, et illi, qui continuo dicetur. Qui ſublimem eumque nervum adit, cum ulnaris arteriae ramo ad eumdem nervum ſuper ligamentum carpi orto ſolet inosculari, alias cum ramo interoſſeae. Alium flexori pollicis et pronatori quadrato, aliumque nervo mediano exiguum miſit.

Dat etiam palmaris longi tendini, indeque in pronatorem quadratum, cujus iſte ſurculus oram radialem circumlegit, inosculatus cum ſurculis anterioris interoſſeae in ipſo radio T. ll. f. 7. *i.* 16. 15. T. *corp. ant. dextr.* Hic ramus proxime originem arteriae volaris a radiali provenire ſolet. Ea etiam in ſede jam vicina pronatori quadrato, naſcitur ramus ad cutem et tendinem

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 332 sur 543

dinem bicornis muſculi et ſupinatoris longi tendinem et nudum radium euns T. IV. 75. 75. Alius quadratum adit T. IV. prope 1. alii duo ad tendinem ſupinatoris longi et pollicis everſoris nudumque radium T. IV. 17. & ad quadratum etiam, inosculati cum poſteriori interoſſea.

Porro majusculus ramus volaris profundus anaſtomoticus ad imum radium exit ad eum muſculum. Alius ramus adit proxime ſuper diviſionem tendines flexorios manus, nervumque medianum, et in iis tendinibus transverſim cum ulnari anaſtomoſin habet, et junctus cum ramo interoſſeae anteriori una ſub ligamento armillari deſcendit, atque inosculatur ramo, qui arteriam ulnarem et radialem conjungit in palma T. *corp. ant. ſin.* Hic etiam ramum nonnunquam dedit abductori, et palmari brevi T. III.

Et nunc dividitur arteria radialis, editve in radii fine ramum *ſuperficialem Volae* T. II. *x.* f. 7. T. III. *l.* T. IV. 77. T. *corp. ant. ſin. dextr.* EUST. T. XXIV. majorem minoremve, ſemper tamen trunco minorem, qui juxta os multangulum majus l. c. per ſulcum ad ejus ſedem cubitalem, trans tendinem flexoris carpi radialis, ad volam it, vel cuti ſubjectus, et innixus abductore pollicis T. *corp. ant. ſin.* vel etiam nonnullis fibris hujus muſculi tectus, aut denique inter opponentem metacarpeum et abductorem pollicis T. III. i. VERHEYENIUS ita rem exprimit, ut nullum ejusmodi ramum faciat, ſed unice a ramis muſculos pollicis adeuntibus ſurculum cum ulnari convenientem pingat 5. 8. 1. B. WINSLOW vocat *un rameau qui va au thenar.* n. 63. ipſique tribuit et palmarem arcum et arteriam internam (ulnarem) pollicis. Dat idem ſurculos abductori pollicis, ligamenti armillaris ſuperficiei, cuti, tendini flexoris carpi radialis, opponenti pollicis T. *corp. ant. ſin.* Eorum unus priorum excurrit cum opponente et abductore, et hinc cum ramo dorſalis radialis pollicis concurrit, adrepente per metacarpum pollicis T. III. *m.* inde redit in ramum radialem pollicis *n.* ib. Ad finem ligamenti armillaris inferiorem dat idem trunculus ramum ad pollicem, ſodalem tendinis flexorii v. g. *m.* l. c. Ab eo etiam ad opponentem, cutem, tendinem flexoris ſurculi eunt, trunculus autem ipſe inſeritur arteriae radiali pollicis, ad ejus primam articulationem T. II. *n.* Hic in T. III. non adfuit, ſed exprimitur in T. *corp. tot. dextr.* Iſte ramus paulo prius dictum ſupplet, vel ab eo ſuppletur, ut uterque vix una adſit.

Eadem ſuperficialis dat nonnunquam alium ramum pollicis abductori, inſertum in arteriam pollicis propriam cubitalem, emergentem inter adductorem pollicis & abductorem indicis. Alias haec anaſtomoſis non ex ſuperficiali volae ſolo, ſed juncto cum cubitali naſcitur.

E regione fere rami prioris dat ſurculum non perpetuum *anaſtomoticum primum* T. *ant. corp. ſin.* arteriae radialis cum ulnari, cui ramus tendinum flexoriorum comes inſeritur, natus a ramo interoſſeae anteriori, & unitus cum radialis & ulnaris ſurculis, aliquoties citatus, in icone *ſiniſtra corp. tot.* expreſſus.

Dat porro lumbricali ſecundo aut tertio ſurculum aut nervo mediano, & interoſſeis etiam inter digitum quartum mediumque & carpi ligamentis, & pollicis abductori.

Inde emergit ad finem ulnarem flexoris pollicis nunc ſubcutaneus T. III. dat flexori parvo, & in lumbricali primo perpetuam edit alteram majorem anaſtamoſin modo magnam ſatis ut T. II. f. 7. & T. III. modo parvam, qua cum ulnari concurrit, & *arcum* facit *ſuperficialem volae* T. II. f. 7. k. l. T. III. ⊙ T. *corp. tot. ſin.* EUST. T. XXIV. *ſin.* Etiam hunc ramum tamen defuiſſe vidi, ut VERHEYENIUS l. c. ex icone, & HEISTERUS, & ejus loco nuper vidi unice pollicari arteriae ulnarem ſe inmiſiſſe. Ab eo ramo ſurculi ad aponeuroſin palmae, aliique profundiores ad flexorios tendines indicis & medii eunt, quorum iſte ortui fere lumbricalis ſecundi ramum dat. T. *corp. ant. ſin.* Hi exigui ſurculi ſunt.

Trunculus porro ſuperficialis a radiali natae pergit trans adductorem pollicis, cui ramum dat T. *corp. ant. ſin.* & in ejus ora inferiori edit non raro arteriam *radialem volarem pollicis* ϕ T. III. T. II. f. 7. p. Ab ea ramus retrocedit cum flexore parvo, nonnunquam iterum inmiſſus ſuperficiali volae, alii adeunt metacarpeum, flexorem parvum, abductorem pollicis, ſedem eorum muſculorum inſertam oſſibus ſeſamoideis, & porro eſt *ulnaris pollicis* ω T. III. quam repetito ad aliam fabricam deſcribam. Ea ulnaris pollicis, quam nunc dixi, prope pollicis articulationem alteram habet magnum arcum, tectum flexore pollicis, cum ejus arteria radiali, legente ſedem ejus flexoris radialem T. *corp. ant. ſin.* aliumque ad unguem, uti dicetur ib. Alias haec ad unguem anaſtomoſis in radiali pollicis ſede eſt T. *corp. ant. dextr.*

Alias generata arteria radiali pollicis, ramus ſuperficialis volae, inter adductorem & flexorem parvum pollicis cum ulnari pollicis conjungitur, quae a magno ejus trunco venit o T. II. f. 7. T. *corp. tot. ſin.* & ſequitur ulnare latus tendinis flexoris. Ab ea conjunctione oritur tunc indicis Radialis arteria ib. n. Alias ſimiliter, paulum tamen aliter terminatur, ut data radiali pollicis T. III. vel etiam ea non data T. IV. 49. in ulnarem pollicis in abductore ejus ſe inmittat, datis ramis ad lumbricalem primum & adductorem T. III. neque tunc radialem indicis generet. Huc etiam refero fabricam T. IV. 49 - 77. qui fines ſibi congruunt. Alias ſuperficialis volae uno ramo ſe inmittit in ulnarem pollicis aliter natam a magno trunco radiali, altero ramo cum trunco emergente inter adductorem pollicis & abductorem indicis conjuncta, facit indicis radialem arteriam T. *corp. ant. ſin. dextr.* Haec conjunctio cum radiali indicis frequens eſt. Alias

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 333 sur 543

lias & radialem pollicis & radialem indicis, & una cum ramo a dorſo manus adveniente ulnarem pollicis produxit. Alias ulnarem pollicis ſolam, cum radialis ab arcu profundo eſſet, & ulnarem indicis dedit, atque radialem digiti medii. Alias haec tota arteria ſuperficialis a radiali nulla fuit, ejusque loco arteria propria ad volam venit, ab ulnari, communi principio cum interoſſea nata. Alias ſimilis ramus prodiit a radiali, arcum tamen nullum perfecit, ſed datis ramis flexori pollicis, & radiali flexori, & ligamento armillari, per confinia abductoris pollicis excurrit, atque in ramum radialem pollicarem a radiali natum, ad oram flexoris erumpentem, & ad os ſeſamoides vicinum radiale ſe inmittit, ut coram video. Aliquoties etiam vidi, ramum a radiali ſuperficialem adeo exiguum fuiſſe, ut vix omnino potuerit pro ramo haberi, & omnes arteriae pollicis & digitorum praeter radicem radialem a dorſo manus advenientem ab ulnari eſſent.

Truncus arteriae radialis, innixus imo radio, & pronatori quadrato, hic optime tangitur, deinde ſenſim ad dorſum ſe confert, tectus everſore & extenſore pollicis, inter proceſſum radii ſtyliformem & os multangulum majus, hic maxime nudus, inter os metacarpi pollicis & tendinem bicornis primum. Conpara in hoc itinere T. III. & IV. cum T. V. h. & T. *corp. ant. dextr. & ſin.* cum *poſtica facie corporis totius.* Hunc truncum breviſſime memorat VESALIUS T. *arteriarum* R. & p. 488. & negligit SYLVIUS. Habet EUSTACHIUS ζ. XXIV. De eadem conflexione arteriae radialis agit I. B. WINSLOW. n. 164.

Dat in eo itinere truncus radialis continuo in oſſe naviculari ramum multifidum ad ligamenta carpi, retro tendines ſupinatoris & bicornis, ad nudum radium, ejusque epiphyſin, inosculatum interoſſeae anterioris ſurculo radiali, uti dictum eſt, & ad tendines flexorios. Iſte ſurculus hinc cum ramo arteriae radialis ſuper diviſionem nato, jam citato, inde cum ramo anaſtomoticae primae cum flexoriis tendinibus eunte, & radialem & ulnarem conjungente unitur, quam diximus. Dat porro cuti ramulum, & alium parvum ad radii capitulum & tendines everſorum pollicis, etiam inosculatum interoſſeae poſticae ſurculis. Alias tres quatuorve ramuli ad eas partes veniunt, & alius praeterea ad dorſum imi radii, & ad tendinem bicornis, etiam inosculatus & cum interoſſeae ramis radialibus, & cum alio ramo imum radium adeunte arteriae radialis, quales plures jam diximus. Alium dat majusculum ſubcutaneum ad abductorem pollicis, opponentem, tendinem everſoris cutemque, qui in opponente ſatis inſignem anaſtomoſin habet, cum ſurculis rami quem diximus ab arteria cubitali natum ad ligamentum armillare & opponentem muſculum ire; alium parvum articulationi radii cum oſſe multangulo & everſori, alium profundum ad os naviculare, alium cuti majusculum & abductori pollicis, & oſſi multangulo, & metacarpo pollicis mittit inosculatum arteriae dorſali pollicis a radiali natae, alium articulationi radii & capſulae ejus, & in ipſo oſſe multangulo magno ejusve & navicularis intervallo edit *dorſalem* ramum, & eodem loco etiam arteriam *dorſalem pollicis radialem.* Origo hujus dorſalis aliquando poſt carpeam demum eſt, ſive dorſalem carpi, in multangulo magno oſſe, & indicatur T. *corp. poſt. dextr.* finis in nulla mearum figurarum exprimi potuit. WINSLOWO eſſe videtur *une branche a la partie laterale externe du pouce* n. 165. quem ramum tamen etiam poſſis pro volari radiali pollicis habere, & meliori quidem jure, quum eum Cl. Auctor alibi non deſcribat. Iſta ergo *dorſalis radialis pollicis* ſequitur os metacarpi pollicis & originem opponentis. Dat cutaneos ſurculos varios inosculatos prioribus, & tendinibus extenſoriis pollicis longis, & nervis dorſalibus ejus digiti, & vicino abductori pollicis, atque metacarpeo pollicis ſive opponenti ALBINI, & perioſteo metacarpi pollicis, & habet ſupra articulationem pollicis cum metacarpo arcum cum trunco pollicaris arteriae integro T. *corp. ant. dextr.* ejusve ramo T. II. f. 7. *s* aut cum ramo pollicaris radialis volaris T. III. *m.* ad os ſeſamoideum radiale nato, inter flexorem brevem & opponentem emergente, cumque arcu volae ſuperficiali unito. Denique dorſalis iſte in primo oſſiculo pollicis inſeritur ramis primis dorſalibus, a volari radiali pollicis natis, ut alibi interoſſeae dorſales ſolent. Alias iſte dorſalis radialis multo inferius, & ad articulationem demum cum metacarpo ex trunco pollicari naſcitur.

Poſt hunc ramum vidi a radiali ad finem radii ramulum iviſſe, qui anaſtomoſin habuit cum uno priorum ramorum, perioſteum radii adeuntium, deſcendente per oſſis ſuperficiem.

E regione arteriae radialis pollicis dorſalis, ubi truncus tendinem bicornis contingit, oritur arteria *dorſalis carpi* a *radiali* nata, in oſſe multangulo minori, ad exteriora tendinis bicornis T. V. F. T. *corp. poſt. utrinque* WINKLERO dicta n. 47. non magna, perpetua tamen, & ad quam promajori parte pertinet arcus dorſi manus. Incedit enim transverſa per oſſa carpi ſecundi ordinis, nempe in conjunctione oſſis multanguli minoris cum naviculari, tum in magno & unciformi, ſi in unciformi velis huic potius quam interoſſeae eum arcum accenſere, donec ea ramulis dorſali a cubitali natae inosculatur. Eſt etiam, ubi parvus & anguloſus, & aegre nomine arcus dignus eſt, ut rami interoſſeae ab ulnari natae potius debeantur, quos nunc deſcribemus, etiam hoc argumento, quod cum radiali angulos ſurſum acutos, non obtuſos faciant. Habet autem ramum aut ramos, unitos cubitalis oppoſitis, ramos dantes interoſſeis externis I. B. WINSLOW. n. 166.

Primus ejus dorſalis carpi a radiali natae ſur-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 334 sur 543

culus conjungitur ſtatim cum arteriae interoſſeae dorſalis trunco profundo duobus locis, nempe & intra tendinem bicornis muſculi indicalem, & extra eum, atque ad oſſa carpi multangula magnumque rete facit, varie inosculatum reti carpeo, nato ab arteriae interoſſeae poſticae ramis ad latus ulnare digiti medii tendentibus. Eadem alias etiam conjuncta eſt cum ramo modo dicto radialis arteriae ad imum radium eunte. Migrat inde recta ad indicem fere transverſa, dat duos ramos multangulo oſſi majori, & alios ad oſſa metacarpi indicis & medium, inosculatos interoſſeae ramo alteri.

Dat ramum *interoſſeum dorſalem primum* T. V. V. k. T. *corp. poſt. utr.* deſcendentem per carpum, indeque in ſuperficie interoſſei vulgo primi externi dicti, ad tendines extenſorios primum & ſecundum, inosculatum etiam arteriae radiali digiti medii. Is ramus cum perforante ſuperiori prima communicat T. V. V. & T. *poſt. utr.* Idem dorſalis nonnunquam praecipuo trunco in perforantem iſtam primam ſuperiorem abit, atque arcus volae magnam partem conſtituit. Dat capſulis articulationis digitorum indicis mediique cum metacarpo, & cuti principii digitorum, & anaſtomoſin alteram habet cum arteria perforante inferiori ejus intervalli, ad latus oſſis metacarpi medii radiale. Lego me in eo corpore, unde T. V. picta eſt, nullam vidiſſe ejusmodi arteriam perforantem alteram hujus intervalli, quod rarum fuerit, neque alia mea obſervatione confirmatur. Icon exſtat in T. *corp. poſt. utrinque.* Dat porro ea dorſalis interoſſea vicinis duabus articulationibus oſſium metacarpi indicis & medii cum ſuis digitis, & interoſſeo externo primo aliquot furculos T. V. H. qualis majusculus inter externum & internum ejus intervalli ad utrumque decurrere ſolet, & inosculatur trunco, qui finditur fitque arteria indicis volaris ulnaris & medii radialis T. *poſt. corp. dextr.* T. V. k.

Pergit arteria *dorſalis carpi* transverſim ire, dat ramum oſſi naviculari, cui inſeritur ramus interoſſeae poſticae radialis, dat alios nonnunquam ramos ad capſulas articulationis carpi metacarpi & digiti medii, inosculatur cum proxima prius dicta interoſſea prima, in ipſo oſſe metacarpi. Recipit duos ramos poſticae interoſſeae, & mittit deorſum ramum in intervallum digiti indicis & medii, qui recipit editve *perforantem alteram ſuperiorem* T. V. α T. *corp. poſt. utrinque* alias minorem quam ipſa eſt, plerumque tamen majorem, ut nonnunquam vix quidquam ab arcu dorſali porro ad digitos eos veniat. Ejus vero primi furculi per os magnum & cum arcu dorſali & cum interoſſea prima & tertia rete faciunt T. V. l. c. Inde tendit deorſum, & eſt ramus *interoſſeus dorſalis medii.* Is trans ortum utriusque vicini metacarpi dat ramos communicantes, & cum prima, & cum tertia interoſſea, indeque per muſculum ejus nominis externum primum, nonnunquam nonnullis fibris tectus, ſecundum oſſa metacarpi exit, quae nominavi: furculos impertiens ſuo muſculo & tendini extenſorio tertio ſecundove, inosculatos & ad latus ulnare indicis, & ad latus radiale digiti medii, cum ramo perforante inferiori interoſſeae hinc primae, inde ſecundae volaris, quae ipſa ulnaris tertii & radialis quarti trunci furculis dorſalibus primis inſeritur.

Denique truncus hujus interoſſeae recepta perforante inferiori ſecunda y, dat capſulis articulationis metacarpi cum digito indice & medio, & ad dorſum primi oſſis hujus digiti medii, habet anaſtomoſes ibi cum furculis primis dorſalibus arteriae digitalis vicinae utriusque & trunculo, & inſeritur furcae, unde arteria ulnaris medii & radialis quarti digiti provenit T. V. α.

Alias haec arteria interoſſea dorſalis altera oritur a radiali, ubi ſe demergit inter os metacarpi primum & alterum, & accedit exiguus ramus arcus dorſalis, atque perforans ſuperior intervalli ſecundi.

Aliquando hic finitur arteria dorſalis radialis, atque interoſſea dorſalis tertia tunc eſt propago interoſſeae arteriae poſterioris, uti in corpore ſe habuit, cujus deſcriptionem hic inprimis propoſui. Sed alias pergit eadem, atque ad tertium intervallum ſimilem deorſum emittit ramum cum tendine extenſorio, nempe *interoſſeam dorſalem tertiam* T. V. α. T. *corp. poſt. utrinque* cujus fere eadem natura eſt, & anaſtomoſes trans metacarpi ortum hinc cum cubitali ramo dorſali minimi, inde cum arteria interoſſea ſecunda T. V. trans vero metacarpum minimi digiti cum ramo ejus digiti ulnari T. V. 6. T. *corp. tot. ſin.* Eadem ramos mittit ad articulationes metacarpi cum digitis quarto & quinto, & perinde & minoribus anaſtomoſibus in dorſalis ramos horum digitorum, majori vero trunco in digitalem truncum ſe inmittit, qui radialem minimi & quarti ulnarem generat T. *corp. tot. utrinque* & T V. ad ff. œ. Eadem porro interoſſea cum perforante tertia ſuperiori T. V. Z. atque inferiori T. V. œ. conjunctionem habet. Semper autem hae interoſſeae dorſales & perforantibus inſeruntur, & furcis digitorum volaribus. Variabilis autem diameter eſt ramorum a radiali, aque perforantibus ortorum, ut modo huic radiali, modo his perforantibus ramos communicantes cum furcis volaribus melius tribuas. Vidi in primo intervallo ad radialem, in ſecundo ad perforantem inferiorem, in tertio ad ſuperiorem magis pertinuiſſe.

In cadavere primo loco dicto manſit arcus carpeus dorſalis in perforante ſuperiori tertia. Plerumque vero cum cubitali conjungitur tum ramis trans os metacarpi minimidigiti & trans os triquetrum euntibus in ramum, quem cubitalis exhibet abductori minimi digiti ſecundum os piſiforme T. *poſt. tot. dextr.* tum alio ramo uno, aut

aut duobus, quorum prior tegitur extenſore ulnari, alter eum tegit, & uterque inſeritur ramo interoſſeo ultimi intervalli, a cubitali nato.

Alias arteria Radialis, non Dorſalis, ſed ex trunco ſuo, tecto bicornibus & everſore, generat prius, quam det pollicares, *arteriam interoſſeam ulnarem dorſalem indicis.* Ea ſequitur ulnare latus metacarpi indicis, dat huic & ſecundo interoſſeo, quem vulgo primum vocant, & & ad extenſorem cutemque ſurculos, & ad finem metacarpi majusculo trunco, ut ſolent interoſſeae, furcae inmittitur, quae generat ulnarem volarem indicis, & radialem volarem medii digiti. Eadem minoribus ſurculis, in articulatione cum metacarpo diviſis, in ulnaris indicis & radialis medii ſurculos dorſales inosculatur. Caeterum inter indicem & pollicem pulſum tangi poſſe, arteriamque eam a radiali eſſe, non ignoravit GALENUS L. III. *admin.* c. 8.

Pergit arteria radialis, poſtquam hanc carpi dorſalem dedit, tecta everſoris & extenſoris pollicis longi tendinibus T. V. ad Φ. atque inter os multangulum minus & metacarpi pollicis edit trans os multangulum minus *arteriam dorſalem pollicis ulnarem*, expreſſam in T. *corp. tot. poſt. dextr.* nam in T. V. minuti plures pro ea rami fuerunt, nati ab arteria radiali indicis, a pollicaris trunco, & ab ulnari pollicis. Ea arteria ulnare latus hujus metacarpi pollicis ſequitur, & originem abductoris indicis, habet cum arteria dorſali radiali pollicis anaſtomoſin ad finem inferiorem oſſis metacarpi primi, jam citatam, & cum ramo emergente ad latus metacarpi pollicis inter eum & abductorem indicis, qui huic & adductori pollicis metacarpi perioſteo & cuti indicis & primo interoſſeo dat, ex arteria radialis indicis natus. Legit inde abductoris indicis oram, dat huic ramulos, & capſulae articulationis pollicis cum metacarpo & in primo oſſe pollicis terminatur, inosculata cum volari ſive majori arteria ulnari pollicis ad os ſeſamoides ulnare inter abductorem & opponentem pollicis emergente. Vidi eum ramum ad volam iviſſe magnumque fuiſſe, qui abductori indicis, cuti, lumbricali primo proſpiceret.

Radialis porro aut hic, aut alias demum ex pollicari trunco non perpetuum, expreſſum T. *corp. poſt. man. dextr.* edit ramum interoſſeum dorſalem indicis minorem, ſodalem abductoris ejus muſculi, cui ramos etiam exhibet, & ejus ſemiinteroſſeo & extenſoribus indicis mediique, & recipit ramum emergentem inter ſemiinteroſſeum & os metacarpi indicis, natum ab interoſſea majori indicis, & nonnunquam a radiali, perforantem nempe inferiorem radialem indicis, atque conjunctim abit in arteriam dorſalem indicis radialem. Ea inosculatur primo ramo recurrenti ad dorſum arteriae volaris indicis, ut perforantes ſolent. Habet etiam retia cum arteria ulnari interoſſea indicis. Hic aut alter indicis dorſalis eſt *branche le long de la parti anterieure du premier os du metacarpe* n. 168. WINSL.

Alius ramus arteriae Radialis, dum ſe demergit inter pollicis indicisque os metacarpi, *interoſſea indicis major* ſive *radialis*, proxime ſequitur, inter os metacarpi primum alterumque, & inter os metacarpi indicis & ejus abductorem natus M. T. V. *poſt. utr.* Sequitur interoſſeum primum. It ad abductorem indicis, tum ubi a pollice oritur, qua ramos dat metacarpo pollicis, ad baſin oſſis metacarpi pollicis T. V. prope *m* tum qua parte ab indice provenit. Venit ad metacarpum indicis, & ramis variis cum dorſalibus pollicis inosculatur, unitus etiam proxime priori, miſſis ſurculis ad pollicis abductorem & adductorem, & ſemiinteroſſeum indicis, & oſſa metacarpi pollicis indicisque, & tendines extenſorios, & articulationi indicis primam N. T. V. Inſeritur denique radiali indicis, a vola natae, ejusque nonnunquam potius truncus eſt, vel ſolus, vel conjunctus cum ramo arcus profundi volae, aut cum ramo arteriae pollicaris. Alias unice in unam primarum dorſalium indicis ab ejus arteria radiali natarum finitur. Hic eſt, qui pollicares dorſales etiam nonnunquam producit.

Poſt iſtum alter ramus arteriae radialis abductorem indicis & interoſſeum primum, diverſus nonnunquam & profundior exit, notatus T. *corp. poſt. dextr.*

Porro arteria Radialis tegitur abductore indicis inter eum & os metacarpi pollicis, atque ad volam magis magisque accedit, & paulo magis ad dorſum aut jam in vola, edit ad initium oſſis metacarpi pollicis nonnunquam alium ramum abductori indicis & metacarpo pollicis T. *corp. poſt. dextr.* atque trans os metacarpi indicis conflectitur ut transverſa fiat. Conf. T. II. f. 7. C. cum Z. & T. IV. & *T. corp. poſt. utrimque.* In eo itinere inter abductorem indicis & pollicis adductorem edit, arteriam *principem pollicis* comitem oſſis metacarpi pollicis T. V. M. T. II. f. 7. o. T. *corp. anter. dextr.* quae ad volam migrat inter os metacarpi pollicis & adductorem atque abductorem indicis ibi natum. Haec pollicaris ab omnibus ſcriptoribus nominatur, pauci vero, ut oriatur exprimunt, uti neque VERHEYENIUS expreſſit. Videtur *der Erſte an der Seite des Daumen* I. ERNESTI WREDEN. Edit ramos varios ad dorſum metacarpi pollicis, ad adductorem, & nonnunquam retrorſum ſurſumque ad cavum carpum, inosculatos ramis cubitalis arteriae, qualem dixi ire ad armillam cavumque carpum, vel retrogradis. Recipit ramum nonnunquam volarem arteriae radialis ſuperficialem, qui per adductorem advenit, & alias plerumque ramo jam diviſo alterutri pollicaris arteriae inſeritur, & inprimis ulnari. Prope oſſa pollicis ſeſamoidea ex pollicis arteria ſaepe exit ramus *profundus*, qui venit ad ſedem oſſiculi ſeſamoidei radialis, ad dorſum ejus digiti, inosculatus radiali & ulnari arteriae dorſali pollicis, quarum utramque di-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 336 sur 543

ximus *ib.* Hic ramus dat utrique ſeſamoidi oſſi, & inſeritur muſculis vicinisque perioſteis, & ſurculis ſuis cum ramis etiam ſuperficialibus a trunco radiali ſecundum originem opponentis advenientibus inosculatur. Alias & alter ejusmodi ad os ſeſamoideum ulnare peculiaris trunculus adeſt, qui non ex priori ſed ex pollicari provenit, & ad diviſionem ejus arteriae & metacarpum pollicis conſcendit, miſtus & dorſali ulnari pollicis, & primis dorſalibus a volari ulnari ejus digiti natis. Sed truncus pollicaris ad finem inferiorem oſſis metacarpi finditur, niſi radialis jam alio modo nata eſt ex ſuperficiali, ut in T. III. & abit in radialem & ulnarem pollicis, quarum quaelibet ſuum latus legit tendinis flexoris longi hujus digiti.

Arteria pollicis radialis volaris T. IV. 46. *T. corp. ant. dextr.* tecta oſſibus ſeſamoideis, procedit ad latus radiale hujus grandioris digiti & recipit nonnunquam ſibi inſertum ramum arteriae volaris ſuperficialis radialis dudum dictum, ut n. T. III. licet ibi radialis pollicis aliter naſcatur; aliumque ramum ſodalem tendinis flexorii in vola natum ex eodem ſuperficiali T. III. X. T. *corp. ant. ſin.* Haec anaſtomoſis ſolet eſſe inter ramum arteriae radialis pollicis emergentem inter flexorem parvum & & adductorem, & euntem ad flexorem opponentem & abductorem & eos ramos ſuperficiales volae, quos dixi. Ea anaſtomoſis trans abductorem etiam cum dorſalibus pollicis communicat. n. T. III. uti dixi. Saepe ipſa, non truncus, profundum eum ramum edit ad os ſeſamoideum radiale natum, ad flexorem parvum & opponentem, inosculatum ramo ſuperficiali alicui arteriae radialis. Dat porro eadem arteria radialis pollicis multos ramos dorſales primo et ſecundo oſſi pollicis T. IV. 46. facit in vola arcum cum arteriae pollicaris ulnaris ramo primum prope primam articulationem pollicis T. *corp. tot. ant. dextr.* & alterum ad unguem cum eodem ramo ad unguem *ib.* & T. IV. 48. Grandis haec arteria periculoſe laeditur, & licet non funeſtam haemorrhagiam viderim ab ea inter pollicis adductorem & indicis abductorem laeſa, ut quidem Vir Cl. PHILIPPUS ADOLPHUS BOEHMERUS *de neceſſit. deligat. funic. umbilic.* p. 45. moleſtam tamen utique inde ſanguinis jacturam natam vidi, quae vinculo arteriae radialis trunco injecto demum ſuperari potuerit.

Arteria ulnaris pollicis alter eſt hujus arteriae pollicaris truncus, aut unicus, quoties alia arteriae radialis origo eſt. Is ſecundum pollicem it per adductorem, huic dat, recipit plerumque ſibi inſertum ramum ſuperficialem volae T. *corp. ant. dextr. ſin.* T. III. T. IV. ad oram inferiorem ulnarem flexoris parvi pollicis, dat ejus adductori & flexori parvo, & perioſteis metacarpi, pergit ire ad ulnarem ſedem tendinis flexoris, dat ramum fere ex ortu in foveam inter duo tubercula oſſis metacarpi pollicis T. *corp. ant. dextr.* Dat ad os ſeſamoides ulnare & muſculos ibi inſertos adductorem & flexorem parvum ramum. Facit cum radiali pollicis arcum primum ad finem primi oſſis pollicis T. *corp. ant. dextr.* Ab eo eduntur rami ad tendinem flexorem, articulationem ipſam & oſſiculum ſecundum. Inde dat dorſalem aliam ad tendinem extenſorem, & cutem, a qua luculentus ramus inſeritur arcui unguis dorſali T. *corp. poſt. ſin.* & cui inmittitur arteria dorſalis pollicis T. *corp. poſt. ſin.* uti dixi. Ultra articulationem ultimam ramus ad arcum unguis conſtituendum oritur, qui junctus cum modo dicto ſurculo radiali facit arcum minorem unguis ad ejus radicem dorſalem, a quo ramuli ſub radice unguis incedunt T. III. Saepe duplex is arcus eſt T. IV. 48. Alius ramus arteriae pollicis ulnaris majorem facit arcum volarem cum arteria ejus radiali, a quo rami & ad cutem tactilem eunt & ad os ultimum o. m. T. II. f. 7. Expreſſit COWPERUS apud DRAKE *dextr. & ſin.*

Alter ramus hujus pollicaris arteriae trans adductorem pollicis divergit, aut cum interoſſea junctus, aut ſolus T. IV. 50. aut cum ſuperficiali volae, aut cum interoſſea & arcu volae T. II. f. 7. vel cum arcu volae absque interoſſea, & eſt *arteria volaris radialis indicis*, quae alias alio modo naſcitur.

Alias alia ejus arteriae pollicis hiſtoria eſt. Nempe arteriae radialis ramus pollicaris natus poſt interoſſeas dorſales indicis datas, pergit ſecundum os metacarpi pollicis, & uno ramo emergit inter adductorem & os metacarpi pollicis, quorum utrique ramulos dat, cum rami anaſtomotici radialis volaris ſurculis irretitos in principio perioſtei metacarpi pollicis. Deinde prope os ſeſamoides radiale recipit ramum ab ulnari arteria communicantem & una facit *radialem pollicis volarem*, qui caeterum deſcriptioni ſimilis eſt. Truncus vero, datis metacarpo pollicis & primo oſſiculo ſurculis, cum ulnari efficit furcam, unde radialis volaris indicis & ulnaris volaris pollicis naſcuntur Talis etiam eſt fabrica EUSTACHII T. XXIV.

Alias omiſſis ramis minoribus haec fabrica fuit. Arteria radialis dedit poſt dorſalem transverſam ramum interoſſeum indicis mediique: deinde ramum adductori pollicis, inſertum radiali pollicis, tunc fiſſa eſt. Unus ramus fuit pollicis ulnaris arteria, cum ramo ulnaris arteriae conjuncta. Ejus ramus tectus adductore pollicis fuit arteria radialis ejus digiti. Reliquus truncus dedit interoſſeam indicis ulnarem, huic & abductori ejus, & denuo fiſſa eſt. Unus ramus dedit adductori pollicis, & abductori indicis, et cum ulnari conpoſuit indicis ulnarem et radialem medii arteriam. Alter perforato adductore pollicis perfecit arcum profundum volae, cujus interoſſeae fuerunt quatuor. Cl. WINKLERUS ita deſcripſit, ut arteria radialis inter adductorem pollicis & indicis abductorem inſereretur ramo arcus ſuperficialis ultimo, et ex ea unione

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 337 sur 543

unione arteria radialis pollicis naſceretur, cum arcus ſuperficialis ulnarem dediſſet n. 47.

Hic etiam, ad finem oſſis metacarpi indicis radialem, poteſt anaſtomoſis poni cum fine arteriae profundae a cubitali natae, ſive initium radiale arcus profundi volae, quoties arteria a radiali adveniens minor eſt, quam ea, quam ulnaris mittit, uti aliquando minimam eſſe, & multoties minorem in fine radiali metacarpi indicis vidi, quam in metacarpo medii digiti. Et nunc naſcitur *arcus profundae volae*, qui ipſe truncus plerumque radialis arteriae, a quo pollicaris ſeceſſit, tectus adductore pollice eſt. Idem ad radii viciniam major adparet, uti in pede arcus plantaris ad pollicem major eſt. Minimus ſolet eſſe in ſeptimo interoſſeo, inde verſus cubitalem iterum grandeſcere. Vidi valde minutum ramum fuiſſe, quem trans os metacarpi indicis arteriae ulnaris profundus ramus ad radialem miſit. Eum arcum omnium primus VERHEYENIUS expreſſit x 6. l. c. natum ex ramo radialis, & ramo ulnaris, neque arterias interoſſeas ignoravit, quas pinxit, omnino quinque. Eſt *der zweyte, der einen halben Circul formirt*, cujus ramos lumbricali & interoſſeis internis tribuit J. ERNESTUS WREDE. WINSLOWUS deſcribit *une espece de petite arcade irreguliere qui jette des branches de communication a la grande arcade palmaire* breviter n. 170. caeterum radialem, perforato vel circumambulato (*traverſé*) ſemiinteroſſeo indicis, ducit in volam, & ait inosculari arcui palmari a cubitali n. 167. dare praeterea ulnarem indicis (*a la partie interne*) n. 169. vel etiam ita dividi, ut in oſſe metacarpo indicis unus ramus ſit radialis indicis volaris noſter n. 171. alter ulnaris ejusdem digiti *ib. Arcus profundus volae* fuſius dicitur WINKLERO n. 47. Arcum etiam profundum, hinc a radiali ortum, inde ulnari inſertum, dantem radialem & ulnarem indicis & pollicis ulnarem arteriam pinxit Cl. SCHMIEDELIUS l. c. f. 5.

Arcum volae, ne lectoris patientia abutamur, ex ſex inprimis cadaveribus deſcribemus, cum nullo fere modo fieri poſſit, in tanta varietate, ut una continua deſcriptio parari queat. Communia autem praecipua ad finem ſubjiciam. In primo cadavere, quod nuperrime diſſecuimus, primus ramus plerumque fuit, qui tectus adductore pollicis ad carpum retrorſum & ad multangulum majus os, ejusque cum pollice articulationem ivit, & qui varie cum ramis arteriae radialis & volaribus pollicis & dorſalis ramo, os multangulum majus adeunte, & cum interoſſea dorſali indicis radiali, unitur, majuscula ſaepe anaſtomoſi. Talis eſt β T. II. f. 7. Alias eo loco primus ramus in abductorem indicis exit. Inde *interoſſea indicis* ſive *prima* nata fuit ad finem oſſis metacarpi indicis, jam in vola, manifeſto ab arteria radiali. Ea dedit ramum ſodalem interoſſei primi & lateris ulnaris oſſis metacarpi indicis, fere uti 38. T. IV. Is ramus ad finem oſſis metacarpi indicis inſertus eſt in ſuperficie ligamenti transverſi, uno ramo in dorſalem indicis radialem, altero parvo in volarem radialem indicis v. g. 41. T. IV. tertio trunco eo ligamento tectus in ejus arteriam ulnarem 40. *ib.* Dedit etiam capſulis articulationis indicis metacarpique & tendini interoſſei muſculi.

Interoſſeus alter volaris ſecundum os metacarpi medii digiti inter ſecundum & tertium interoſſeum muſculum inceſſit, ut T. IV. 33. deditque utrique & lumbricali primo. Eadem arteriola fiſſa, ſecundum finem oſſis metacarpi medii, hinc arteriae radiali medii digiti ſe inſeruit, inde trunco ſuo furcae ſe inmiſit, unde arteria radialis quarti & ulnaris medii digiti orta eſt. Dedit iisdem capſulis articulationis medii cum metacarpo. Ab eadem orta eſt *radialis perforans medii digiti inferior*, ſenſim declinans, & ad dorſum emergens, ut ſolent, & dans cuti dorſi digitorum, & capſulis articulationis vicinorum digitorum.

Interoſſeus volaris tertius inter tertium quartumqua interoſſeum exiguus ivit, deditque lumbricali alteri v. g. 28. T. IV. Inde *Retrograda* carpi per os magnum euns nata eſt, ut 31. T. IV. deditque lumbricali primo & alteri, & in carpo cum interoſſea volari miſta cum arteriolis ab ulnari & radiali venientibus irretita eſt. Ab eadem orta eſt *prima perforans ſuperior* ad dorſum euns. Retrogradam unam expreſſit VERHEYENIUS l. c.

Altera retrograda proxima ivit in cavum carpum, atque inosculata eſt cum profundae a cubitali natae ſurculis, & cum ramo dorſalis a cubitali, ſuper os cuneiforme orto, tum proxime priori retrogradae. In dorſo ſe ſolito more circa principia metacarpi inmiſcuit interoſſeis reliquis.

Interoſſea volaris quarta inter interoſſeum quartum quintumque 23. T. IV. dedit primo lumbricali quarto, deinde tertio, tum ſuis interoſſeis, & amplexa ſuum metacarpum quarti digiti, generavit perforantem ulnarem inferiorem medii 25. T. IV. inde inferiorem radialem quarti 24. T. IV. Eadem utrique arteriae digiti quarti parva anaſtomoſi ſe inſeruit.

Quinta interoſſea volaris nata eſt communi trunco cum retrograda quarta, etſi magis ulnaris, quam quarta interoſſea. Comitata eſt ſextum & ſeptimum interoſſeum, & ipſa ſe inſeruit uno ramo ſequenti perforanti inferiori ultimi intervalli in metacarpi quinti jam dorſali, alii rami amplexi os metacarpi quintum iverunt ad ejus capſulas & os metacarpi quintum.

Sexta interoſſea volaris orta eſt ex *arcu volae profundo*, ubi ulnaris cum radiali primum miſcetur. Sodalis fuit interoſſei ſeptimi, & ei ſurculos dedit, atque ad finem oſſis metacarpi quinti, datis ſurculis ad capſulas articulationis, amplexa finem hujus oſſis, hinc ramum dedit inſertum perforanti inferiori radiali minimi, proxime dictum, inde circumflexa ad dorſum inter os & abductorem minimi venit, & fuit *perforans inferior*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 338 sur 543

ferior ulnaris minimi digiti, ramoque externo minimi arteriae dorſali ſe inmiſit. In icone T. IV. non exſtat, ſed aliquid ſimile eſt in T. II. f. 7. ubi tres parvi rami ſunt v. w. & x.

In alio cadavere, praeterita hieme diſſecto, paulum aliter ſe habuit. Initium facio in oſſe metacarpi indicis. Ibi *prima perforans ſuperior* praegrandis, & quaſi truncus fuit inſertae in arcum volae arteriae radialis.

Ramus retrogradus primus, ibidem ortus, repſit inter os multangulum minus & indicis os metacarpi, tectus adductore pollicis, cui ſurculos dedit, aliumque retrorſum in carpum venientem, alium miſit ad metacarpum pollicis & os multangulum majus, inſertum arteriae pollicari, qui ramus, hic exiguus, idem hic fuit, qui alibi ſolet truncus radialis arteriae eſſe in volam veniens.

Tunc provenit *interoſſea prima volaris* ſequens interoſſeum alterum, ut cuti tamen propior eſſet, huic ramos exhibens, ad finem metacarpi indicis diviſa, hinc inſerta interoſſeae dorſali arteriae indicis circa radiale latus metacarpi indicis, inde circa latus ulnare, inſerta etiam dorſali interoſſeae, denique tertius ramus per metacarpi indicis articulationem euns in ejus primo oſſe arteriae volari radiali indicis ſe inmiſit.

Volaris ramus interoſſeus alter ſodalis fuit tertii quartique muſculi interoſſei, quibus & ſecundo tertioque lumbricali, & transverſae parti adductoris pollicis ramos miſit. Emiſit perforantem inferiorem intervalli primi ulnarem, inter indicem mediumque digitum, dedit etiam ſurculum exiguum inosculatum cum ramulo, metacarpi articulationem ulnarem adeunte, proxime prioris rami. Majori vero ramo venit ad medium digitum, ad ejus articulationem cum metacarpo, ad interoſſeos ejus ſedis, & ad lumbricales, & in primo oſſe medii digiti inosculatus eſt ejus arteriae radiali.

Tertia interoſſea ulnari lateri medii digiti adjacet, cum interoſſeo muſculo quarto, quintoque, dat utrique & lumbricali tertio, & venit in ſedem ligamenti transverſi ad metacarpi initium. Ibi ejus ramus major furcae inſeritur, unde ramus ulnaris tertii digiti ulnaris & quarti radialis naſcitur; altero minori ſurculo inmittitur ulnari medii arteriae, & denique inter digitos vicinos perforantem dat inferiorem, quae inſeritur interoſſeae dorſali mediae, de more, hic exiguae.

Interoſſea volaris quarta ſodalis quinti & ſexti interoſſei, nata hic duabus radicibus ab arcu profundo: dat utrique horum muſculorum & lumbricali tertio quartoque, & uno ſurculo perforantem inferiorem ejus intervalli producit, & finitur eo quidem in articulatione digiti quarti cum metacarpo. Altero ramo venit ad ulnarem ſedem quarti digiti, unitur ſequenti ramo, & inſeritur arteriae volari radiali minimi digiti, in principio oſſis primi. Is ſurculus circa digitum quartum, ejusque ſedem ulnarem, cum dorſalibus radialibus minimi digiti inosculatur.

Interoſſea volaris quinta, ſodalis ſexti & ſeptimi interoſſei, majuscula, dat utrique & lumbricali quarto, dat ramum per fibras metacarpei muſculi ad cutem eumque muſculum, & lumbricalem quartum, dat ramum circa finem oſſis metacarpi minimi circumeuntem, inſertum in dorſalem ejus digiti ab ulnari trunco natam. Alio recipit priorem proxime dictum, & iterumque recedens, inſeritur arteriae volari ulnari minimi. Tertio ſurculo circa ulnare latus quarti digiti convoluto inosculatur cum ramo profundo digiti minimi, orto a profunda ex cubitali, & veniente in flexorem parvum & abductorem, & una conſtituit dorſalem ulnarem minimi aliam.

Sed praeterea *perforantes ſuperiores* in hoc cadavere hinc de more natae a dorſalibus, inde ab arcu profundo volae, manifeſto dederunt ramos interoſſeos medios, bifurcatos. Eorum primus a perforante prima maxima natus, ſequitur ſuum os metacarpi, quolibet ſuorum ramorum, ut alter ulnare latus indicis, alter radiale medii ſequatur, venit profunde ad articulationem metacarpi cum indice & digito medii, tectus tendinibus flexoriis, & inosculatur cum ramis anaſtomoticis interoſſeae dorſalis cum digitalibus arteriis coeuntibus, & cum arteriis dorſalibus ſui quaeque digiti. Recipit utrinque perforantes inferiores ſui intervalli, ulnarem indicis & radialem medii, illum ab interoſſea prima, hunc ab altera natum, & cum ea conjungitur.

Interoſſea media altera etiam a perforante ſuperiori alteriusi intervalli nata, pariter inter interoſſeos bifida deſcendit. Ejus unus ſurculus ſequitur latus ulnare medii digiti & quarti latus radiale. Ille conjungitur cum perforante inferiori medii digiti ulnari, ab interoſſea tertia nato, venit ad finem oſſis metacarpi medii, & ad articulationem, & in oſſe primo ejus digiti unitur cum ramis dorſalibus, a digitalibus volaribus natis. Alter recipit interoſſeam dorſalem mediam exiguam ab arcu carpeo natam, & perforantem inferiorem radialem quarti digiti, natam ab interoſſea volari tertia, venit ad articulationem ejus digiti cum metacarpo, osque primum, & inosculatur arteriis dorſalibus ejus digiti.

Interoſſea media tertia oritur a perforante ſup. tertia, iterumque inter internum & externum interoſſeum procedit bifurcata. Ejus ſurculus radialis ſequitur ulnare latus oſſis metacarpi tertii, recipit perforantem inferiorem ab interoſſea volari quarta natam, venit ad digiti quarti articulationem cum metacarpo, & varie etiam cum digitalibus dorſalibus miſcetur. Ulnaris recipit perforantem inferiorem, ab interoſſea quinta productam, venit ad articulationem minimi digiti cum metacarpo, recipit interoſſeum dorſalem hujus inter

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 339 sur 543

tervalli, & una cum digitalibus quinti inosculatur varie, in dorso primi ossiculi.

Ab istis interosseis mediis arteriolae nutritiae tubuli medullaris metacarpi ossis oriuntur, superiori principio ejus metacarpi propiores, & aliae variae nutritiae ad epiphyses horum ossium.

Perforantes caeterum *superiores* hic repetere non necesse est, quae omnes sui similes sunt.

In alio cadavere, unde picta est T. II. f. 7. ejusmodi arcus volae fuit. Origo a radiali arteria Z uno trunco fuit in osse metacarpi indicis, alter truncus pollicaris fuit, tertius fuit truncus proprius tectus flexoribus indicis & lumbricali primo, sequens oram adductoris pollicis, inter eum & indicis metacarpum. Ejus unus ramus sequens indicis digiti os metacarpi, dans adductori & semiinterosseo & metacarpo indicis, dans perforantem inferiorem, & tectus eo musculo, datis furculis ad articulationes & periostea vicina, insertus est radiali indicis, quam diximus *n. w.* a pollicari nasci. Alter ejus trunci ramus, data perforante inferiori, dedit denique digitalem indicis ulnarem & radialem medii η & ηη. Atque adeo hic digitalis medio tertia pro interossea ex trunco volaris nata est. Dedit autem etiam primum furculum tertio interosseo, lumbricali primo & alteri & flexoriis tendinibus & vaginis. Qui ad lumbricales ivit, is inosculatus est furculo simili arteriae, ad indicem & medium digitum euntis, etiam lumbricalem adeunti.

Ramus ibidem retrogradus primus ortus est β ad periostea ossis metacarpi pollicis, ad multangulum os majus G. et minus, & magnum, inosculatus, ut solet, ramis profundis interosseae volaris.

Deinde in osse metacarpi indicis ramulus ex arcu natus interosseum primum, secundum et adductorem pollicis adiit.

Inde retrograda et perforans superior *primi intervalli* γ secuta est. *Perforans* de more utrinque circa metacarpum vicinis interosseis unita est, ut in T. V. et cum ramo radialis fecit interosseam dorsalem primam.

Tunc *interossea secunda major* δ nata est. Ea dedit lumbricalibus, interosseo ulnari indicis δ et radiali medii, atque bifurcata est, in medio fere metacarpo medii digiti, et uno ramo dedit perforantem inferiorem radialem medii ε, altero ulnarem ζ. Truncus uterque venit ad articulationes indicis et medii digiti cum metacarpo, et ad lumbricales vicinos tendinesque flexores, et inosculatus est arteriis digitorum vicinorum volaribus.

In intervallo secundo nata est *arteria retrograda altera* η quae etiam *perforantem superiorem* secundam dedit. Adiit autem illa foveam carpi ad os magnum, et inosculata est ramo ulnaris profundae. Perforans ea superior etiam cum arcu carpeo communicavit, et una generavit dorsalem interosseam secundam, et circa principium metacarpi, ut in T. V. cum vicinis, interossea nempe prima et tertia communicavit.

Tunc *interossea* volaris *tertia* nata est. Ejus furculus radialis secutus est latus ulnare medii digiti et interosseum tertium et lumbricalem tertium, et insertus est ramo perforanti inferiori ζ ex interossea altera nato, cumque eo ad dorsum sui digiti emersit. Alter secutus os metacarpi digiti quarti ad latus radiale, dedit interosseo quarto sive radiali quarti λ abiitque in perforantem inferiorem radialem quarti, adque dorsum conflexa est.

In osse metacarpi tertio recepit arcus volae primum ramum ulnaris profundae 4. & paulo post edidit iterum ramum partim digitalem, partim interosseum, sequentem os metacarpi quarti digiti, dedit ulnari interosseo quarti ramum divergentem ad dorsum manus, sive *perforantem inferiorem*, inter os & interosseum septimum circumflexum, ad sedem radialem minimi v. Deinde dedit alium perforantem inferiorem ulnarem quarti. Recepit ramum superficialem, ab ulnari natum π dedit ramum lumbricali tertio quartoque, & vaginis flexorum, atque fissus est, inque arteriam volarem ulnarem quarti ϱ & radialem quinti σ abiit.

Truncus reliquus paulum devergit ad os metacarpi digiti minimi, recepit alium ramum sibi insertum a profunda ulnari, qui cum prius dicto nervum ulnarem profundum conprehendit, sequens metacarpeum, cui ramum & flexori parvo & periosteis vicinis dat, iterumque finditur. Unus ramus sequitur os metacarpi quintum w recipit sibi insertum ramum ulnaris arteriae profundae, tectum flexore parvo & metacarpo w. alterum dorsalem missum a perforante tertia & a cubitali, & venit ad abductorem digiti minimi, inque articulationem cum metacarpo.

Alter truncus profundi arcus inseritur in arteriam ulnarem minimi digiti. Perforans vero tertia superior hic ab ulnaris ramo profundo nata est, solitoque more hinc cum media interossea dorsali, inde cum cubitali communicavit, deditque anastomoses cum perforante radiali minimi digiti inferiori, & alias cum ramis circa digiti minimi metacarpum conflexis a profundo arcu ω & ab arteria ulnari profunda.

In quarto cadavere, cujus icon exstat in brachio *dextro corp. tot. ant.* arteria Radialis in principio volae inter os multangulum minus & semiinterosseum indicis etiam trifida fuit, praeter ramum ad semiinterosseum indicis. Unus ramus fuit pollicaris, alter arcus profundus, qui inter os multangulum minus & interosseum secundum transiit, porroque fere per articulationes ossium carpi cum metacarpo. Ramus tertius fuit perforans prima, sive truncus alter radialis arteriae, inter indicem mediumque a dorso adveniens hic praemagnus. Ramus arcus primus hic est radialis indicis, qui pro *prima vo-*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 340 sur 543

lari interoſſea fuit. Is inceſſit in ſecundo interoſſeo & oſſe metacarpi indicis, dedit adductori pollicis (in icone reſectos) tres ramos, & interoſſeo ſecundo tres alios, et primo, et lumbricali primo, et capſulis articulationis indicis cum metacarpo, et perforantem inferiorem ulnarem indicis, & denique unitus cum trunco conpoſito ex ramo radialis ſuperficiali & ex ramo interoſſeo dorſali radiali indicis, fuit radialis volaris indicis.

Proxime in exemplo oritur *retrogradus primus* ad ligamenta carpi & interoſſeos duos primos & lumbricalem primum, et proxime alius parvus, et *perforans ſecunda ſuperior*.

Hic recepto ramo magno arteriae radialis, qui eſt pro perforante prima ſuperiori, craſſior factus eſt arcus volae, et dedit *interoſſeam volarem alteram*, ſodalem oſſis metacarpi medii, unde ſurculi ad interoſſeum ſecundum et tertium, et adductorem pollicis, et lumbricalem alterum, iverunt, atque arteria indicis ulnaris et radialis medii facta eſt.

Interoſſea volaris tertia minor comes metacarpi tertii dedit perforantem ejus intervalli inferiorem, et ramos interoſſei quarti quintique, et lumbricali alteri tertioque ramum communem, et alium ſecundo.

Retrograda ibi alia in carpum rediit, inoſculata ulnari et interoſſeae.

Interoſſea quarta nata in quarto metacarpo, dedit lumbricali tertio quartoque, et ramum, qui in ſeptimo interoſſeo anaſtomoſin habuit cum arteriola nato a profunda ulnaris ramo, legente oram metacarpi, & inſertus eſt duobus locis arteriae ulnari digiti quarti. Idem alio trunculo adit interoſſeum ſextum et ſeptimum, et perforantem inferiorem intervalli ultimi. Perforans vero inferior ulnaris a profunda minimi oritur.

Finis arcus volaris unicus, data ſuperiori tertia perforante, eſt inter ramum profundum ulnaris, et inter ramum radialem hactenus dictum in principio interoſſei ſeptimi.

In manu, unde deſumta eſt T. IV. hoc modo ſe arcus profundus habuit. Radialis hic bifida fuit ad originem arcus volaris. Prior ramus eſt pollicaris 45, alter eſt arcus profundus 36. volae, ejusque finis minor fuit in arteriam profundam ulnarem 9 inter os piſiforme et cuneiforme circumflexam: eam anaſtomoſin texit flexor brevis minimi digiti et metacarpeus. Ramus primus fuit ſodalis abductoris indicis interoſſea volaris dans primo interoſſeo. Alter 37. retrogradus ad adductorem et ligamenta articultionis ivit. Tertius interoſſea volaris altera ſocia primi interoſſei ſive radialis indicis. Ea dedit pollicis adductori et primo lumbricali, et fiſſa eſt. Unus ramus radialem ſedem indicis adiit, et perforantis inferioris loco interoſſeae primae dorſali 43. inoſculatus fuit 42. Altero circumivit latus ulnare indicis, datis interoſſeo ſecundo et lumbricali ſecundo ſurculis, et duobus ſurculis inoſculatus fuit arteriae indicis mediique, uno volari 40. altero perforante inferiori ulnari 39. quae cum dorſali ejus primi intervalli unita eſt.

Inde communi trunco prodiit *retrograda* ad os magnum 32. & *perforans ſuperior prima* 31. Illa etiam origini adductoris pollicis dedit & lumbricali primo, & inoſculata eſt arteriae ab interoſſea volari natae, & cum primis ſurculis profundae ab ulnari miſta eſt. E regione *Interoſſea tertia* 33. ſodalis tertii ejus nominis muſculi nata eſt, & adductorem pollicis comitata, a qua ſurculi ad lumbricalem primum, ſecundum, ad interoſſeum ſecundum, tertium, & perforans inferior utraque ejus intervalli, & rami vaginarum flexoriorum provenerunt.

Interoſſea quarta volaris ſodalis quarti & quinti interoſſei, dedit utrique & lumbricalibus muſculis, & in principio digitorum terminata eſt. 28. Cum priori tertia interoſſea in principio digiti medii anaſtomoſin habuit. E regione *perforans ſuperior media* 30. nata eſt.

Inde *interoſſea quinta* 23. ſocia quinti & ſexti muſculi, ad eosdem & articulationem digiti cum metacarpo, & lumbricalem tertium quartumque & tendinem profundi ivit. Ab ea perforans ſecunda inferior venit 24. utraque ſocia metacarpi quarti. In altera manu ejusdem corporis ulnaris ab iſta, radialis a quarta interoſſea provenit.

Tunc ramus ſuperficialis ad lumbricales 27. & alius retrogradus 26. ad cavum carpum, etiam cum trunco miſto ulnaris & radialis & interoſſeae inoſculatus, ſecutus eſt.

Et *Interoſſea ſexta* grandis 22. Ab ea oritur perforans ſuperior tertia 21. ſtatim a principio. Truncus vero ſocius ſexti & ſeptimi interoſſei 27. dans utrique & lumbricali quarto, & recepto ramulo profundae ab ulnari, perforantem inferiorem fecit ejus intervalli, dorſalique inſerta eſt.

In alio cadavere, quod nunc ſub oculis eſt, is ordo fuit. Primus ſurculus tectus abductore indicis eum muſculum adiit. Alter, qui *prima interoſſea volaris*, ad primum interoſſeum ei parallelus tetendit.

Tertius retrogradus ad carpum ex primo oſſe carpi ſ. *retrogradus primus* cum arteriis ab interoſſeae ramo anteriori, & a retrograda cubitali inoſculatus eſt.

Interoſſea altera volaris grandis, comes oſſis metacarpi indicis, adiit adductorem pollicis orientem, & interoſſeum primum & alterum: & ramum abductori indicis miſit. Prope finem metacarpi dedit de more minores ſurculos amplexantes articulationem indicis, & inſertos alicui ex primis ramis arteriae volaris indicis utriusque lateris. Deinde rami majores perforantes inferiores amplexantur os metacarpi indicis, et eorum minor radialis inferitur arteriae dorſali indicis radiali. Alter ulnaris recipit ſibi inſertum ramum interoſſeorum ſocium proprii trunci, & emer-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 341 sur 543

mergit ad dorſum bicornis, inſertus & radialis medii & ulnaris indicis primo ramo dorſali.

Retrograda altera naſcitur in oſſe metacarpi medio, adque cavum carpum & adductorem pollicis naſcentem it.

Eodem loco nata eſt *interoſſea tertia volaris* comes interoſſei tertii, cui, & lumbricali primo, & ſecundo ramulos mittit. Habet anaſtomoſin in ſuperficie ligamenti transverſi cum arteria radiali medii digiti, deinde facit perforantem radialem medii digiti inferiorem, quae circumflexa circa metacarpum venit ad inſertionem interoſſei, & articulationem medii digiti cum metacarpo, & cum ramulis interoſſeae tertiae, cumque dorſalibus primis medii digiti anaſtomoſes habet. Ulnaris ejus intervalli unice, ab *interoſſea media* nata minor fuit.

Interoſſeus ramus quartus in oſſe metacarpi quarto naſcitur, comes interoſſei muſculi quarti & quinti, quibus & lumbricali ſecundo & tertio ramulos mittit.

Retrograda tertia priori e regione provenit ad radicem oſſis cuneiformis, inque lumbricalem tertium & cavum carpum venit, inosculata cum retrograda prima, & altera, & interoſſeae ramo anteriori.

Interoſſea inde *quinta volaris*, ſocia interoſſei muſculi quinti & ſexti, in oſſe metacarpi quarto naſcitur, et inſeritur luculenta anaſtomoſi furcae, a qua arteria volaris radialis quarti & ulnaris medii naſcitur, in ſuperficie ligamenti transverſi. Reliquae interoſſeae ſimiles in ea ſuperficie ſed exiguas anaſtomoſes fecerunt. Ab ea etiam nata eſt paulo ſupra articulationem digiti quarti cum metacarpo perforans quarti metacarpi inferior, quae interoſſeam mediam ejus intervalli recepit, et inosculata eſt interoſſeae ſurperficiali dorſali ejus intervalli, hic grandi Tum alteram ulnarem perforantem dedit quae recepta interoſſea dorſali ejus intervalli, a perforante de more ultima nata, emergit ad dorſum, et ſolitas anaſtomoſes habet in dorſales primas, ab ulnari digiti quarti et radiali quinti natas.

Inde ramus *retrogradus* exiguus et alius ad interoſſeum ſeptimum ramus it.

Et nunc truncus arcus profundi volae finditur. Ramus volaris trans originem ſeptimi interoſſei, inter eum et metacarpeum, circa oſſis cuneiformis radicem flexus, redit in truncum profundum arteriae ulnaris.

Reliquus truncus, *perforans* fit *ultimi intervalli ſuperior*, quae generat mediam interoſſeam ultimam, a qua nutritia minimi digiti venit, & in dorſum emergit, unitur ramo arteriae quartoquintae adeunti articulationem ejus digiti cum ſuo metacarpo & metacarpeo, qui profunda altera alias a nobis dictus eſt, & etiam *radialem inferiorem perforantem* ultimi intervalli dedit, & ulnarem perforantem ejus intervalli dorſali, quem dicam, inſertum. Ex utraque junctus truncus emergit ad dorſum manus, & articulationem minimi digiti cum ſuo metacarpo, & inſeritur in ramum perforantem alterum intervalli tertii a quinta volari natam.

Denique alius ramus perforantis hujus ſuperioris ultimae ramulum mittit trans os metacarpi minimi, cui inſeritur poſterioris interoſſeae ſurculus maxime ulnaris, idem qui cum dorſali a cubitali communicat, & inosculatur cum ramo profundae volae, a cubitali metacarpum minimi digiti adeunte nato, grandiusculo, & una dorſalem ulnarem minimi digiti efficit.

Alias dato perforante tertio et dato digitali quarto quinto, ramus radialis ſequitur metacarpeum, dat ipſi et flexori parvo minimi et perioſteo, et finditur. Surculus unus ſequitur metacarpum minimi digiti, et recipit inſertum ramum ulnaris profundae, alterumque miſtum ex perforante ſuperiori ejus intervalli, et ex ramo interoſſeae, ab eadem nato, et hic finis eſt Radialis, niſi ſurculos velis ad abductorem minimi ejusque cum metacarpo articulationem euntes.

Alias radialis arcus et ſolito loco cum ulnari prope os piſiforme coiit, et altero ramo arteriae radiali minimi digiti inſertus eſt, alioque magno in arteriam abiit, quae medio et quarto digito ramos dedit, ut ulnaris nihil daret, praeter utramque arteriam ulnarem quarti et minimi digiti radialem.

Tres vero ſunt, per priora, *interoſſearum* ordines. *Dorſales ſuperficiales* natae ex arcu carpeo radialis arteriae, et ex arteriis perforantibus ſupremis, inſeruntur tum majori trunco cujuslibet arteriae digitalis, ubi proxime dividitur ad duos vicinos digitos, tum duobus minoribus in arterias digitales vicinas in primo oſſe a volaribus ad dorſum euntes. Hae tres ſunt, praeter interoſſeam indicis dorſalem. Expreſſae ſunt T. V.

Alter ordo *medius* oritur a perforantibus ſuperibus, bifurcatur, ſequitur duo vicina oſſa metacarpi, & utrinque jungitur perforantibus ſecundis natis ex interoſſeis volaribus, atque cum iis ad dorſum digiti venit, cum dorſalibus interoſſeis & cum digitalibus a volaribus natis varie inosculatus. Eae etiam fere tres ſunt. Non ſunt iconibus expreſſae, & vix exprimi queunt: ſemel deſcripſi, ne turbarem ordinem alioquin difficilem. Nuper repetii omnes, ut tamen inaequales eſſent, & minimae, ubi ſuperficiales maximae, & in intervallo altero inter digitum medium quartumque, haec media ſuperficiei muſculi interoſſei proprior decurreret, ramis ſimilibus.

Tertius ordo eſt *interoſſearum volarium* quatuor vel quinque, ſex etiam, & ſeptem, quae pictae ſunt in T. IV. T. *corp. ant. dextr.* & T. II. f. 7. Earum in univerſum ea natura eſt, ut circa quodlibet metacarpi os fere imum ad ulnare & ad radiale latus circumflectantur, atque hinc & inde uniantur interoſſeis mediis, unaque terminentur. Hae ſunt *perforantes inferiores*, bis

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 342 sur 543

tot omnino, quot ossa metacarpi. Eae & dorsalibus primis ramis in primo osse digitorum volarium propaginibus inosculantur, & in suos ramos cutaneos recipiunt superficiales ramulos dorsalium interossearum. Aliquando adeo magnae sunt, ut digitales primario solaeve generent, plerumque tamen minores, quam in pede. Has pinxi T. II. δ. γ. ν. Singulae duobus ramis in superficie ligamentorum transversorum articulationem cujusque digiti, quem adeunt, amplexae, cum arteriis volaribus inosculantur. Denique vel omnes, vel aliquae, trunco insigni in furcam vicinis digitis arterias dantem se inmittunt. Habet & interosseas istas & insertiones in dorsales arterias WINKLERUS n. 48. In pollice perforantium inferiorum loco sunt arteriae ossium sesamoideorum.

Denique *perforantes superiores* semper tres, hinc ab arcu volari profundo, vel a vicino ramo retrogrado & interosseo natae, secundum conjunctionem supremae partis vicinorum ossium metacarpi ad dorsum emergunt, generant interosseas medias, & in dorso cum carpeo arcu vel cum cubitali varie coalescunt, & interosseas etiam dorsales producunt. Perforantem superiorem unicam notam fuisse WINSLOWO adparet, inter minimi digiti os metacarpi & proximum n. 154. *rameau, qui se glisse entre le troisieme & quatrieme os du metacarpe.* Primum tres esse inveni & constitui Januario mense a. 1745. Habet etiam omnes WINKLERUS n. 48. Exigui errores non turbant hunc primarium & pulcherrimum ordinem, quo ubique sanguis a dorso manus ad volam, a vola ad dorsum communicat, & omnis interceptio in commeatu sanguinis cavetur.

TABULA

TABULA I.

Pectus & abdomen infantis, cujus in ſiniſtro latere ſola cutis remota eſt, & pars obliqui exterioris, quae coſtis incumbit. In dextro latere remota eſt clavicula, muſculique omnes, ut pleura nuda adpareat, & transverſus abdominis pariter nudus. Ita etiam ramum muſculophrenicum mammariae arteriae punctis expreſſi, uti in diaphragmate incedit, tectus coſtis.

LATERIS SINISTRI OSSA ET MUSCULI

A Sternum.
B Appendix enſiformis.
C Clavicula.
D E F G H I K Coſta V. VI. VII. VIII. IX. X. XI.
L Deltoides muſculus.
M Pectoralis.
N Muſculus non conſtans, qui a coſta quinta in ſternum it. Hunc muſculum expreſſit Cl. WILDE in *Comment. Acad. Petrop.* T. XII. TAB. 8. f. 5. hactenus a noſtro diverſum, quod eum ad maſtoideum usque tendine ſuo deduxerit.
O Intercoſtales externi.
P Pars Serrati magni.
Q Sedes Recti abdominis tecti aponeurotica vagina.
R Oblique deſcendens ſub coſtis.
S Linea ſemilunaris.
T Columna poſterior anuli abdominis.
V Funiculus ſpermaticus.
X Pars Serrati minoris.
Y Scalenus primus
Z Thyreoidea glandula.
r Aſpera arteria.
Δ Proceſſus coracoideus.
Θ Mamma.

VASA.

a Carotis ſiniſtra.
b Subclavia
c Vertebralis ſiniſtra.
d Thyreoidea inferior.
e Truncus *ad glandulam.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 344 sur 543

e Ramus hic peculiaris cervicalis a ſubclavia,
f ad cervicem.
g Arteria mammaria.
h Vena jugularis.
i Arteria ſubclavia, poſtquam a Scaleno primo libera eſt.
k Ramulus ad nervos.
l Ramus ſuperficialis arteriae Thoracicae acromialis.
la Ramus ad Deltoidem ſuperior,
lb inferior
m Ramus ad mammam a ramo Mammariae intervalli primi,
n a ramo intervalli ſecundi,
o a ramo intervalli tertii,
p & quarti. Haec reliquis major.
q & quinti.
r Arteria humeralis.
s Ramus a quo furculus ad mammam it, majori anaſtomoſi junctus cum p.
t Nervus medianus.
u u u Rami intercoſtalium emergentes ad muſculum oblique deſcendentem.
x x Rami Mammariae ſuperficiales.
y y y Rami emergentes Epigaſtricae ex Recto muſculo,
z z z ex linea ſemilunari.
Λ Vena Cruralis.
Ξ Arteria Cruralis.
Π Ramus ad glandulas inguinales cutemque. Vide *not.* *3. ad T. I. *art. femor.*
Σ Epigaſtricae origo.
Φ Ramus ad funiculum ſpermaticum.

LATUS DEXTRUM.

A Scalenus primus.
B Scalenus lateralis.
C Trapezius.
D Deltoides.
E Serratus minor.
F Infraſcapularis.
G Latiſſimus.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Coſtarum undecim ſuperiorum Cartilagines
I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. partes oſſeae.
H Pleura nuda,
I Linea alba.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 345 sur 543

K Linea metiens diaphragmatis finem anteriorem.
L Linea metiens hepatis marginem inferiorem.
M Rectus abdominis muſculus obiter expreſſus, ut vaſa quae omnia retro eum poſita ſunt, per eum quaſi pelluceant.
N Pyramidalis.
O Linea ſemilunaris.
P Transverſus.
Q Pars ejus inferior reſecta, ut adpareant vaſa Epigaſtrica.
R Obliquus adſcendens
S Obliquus deſcendens.
T T Funiculus ſpermaticus.
T Linea alba.
V Umbilicus.

VASA.

a a Jugularis interna.
a Arteria Carotis dextra.
b Subclavia dextra.
c Vertebralis.
d Thyreoidea inferior.
e Truncus ejus ad glandulam.
f Ramus ad cervicem & ſcapulam.
g Ramus intercoſtalis ſuperioris.
h Subclavia emergens ultra Scalenum ſive *axillaris*.
i Ramus ad nervum.
k *Acromialis* ſ. *Thoracica humeraria*.
l *Thoracica prima*.
m Ramus ad coſtam primam inosculatus hinc cum o, inde cum mammaria V.
n Ramus a quo ſurculi retrorſum euntes & inosculati intercoſtalibus, &
o Ramus inosculatus cum m & cum mammaria I.
p Ramus inferior intervalli primi inosculatus mammariae.
q Truncus deſcendens.
r Ramus retrorſum euns inosculatus intercoſtali ſuperior intervalli primi, &
s inferior.
t Ramus unitus cum ſequente λ.
u Ramus ad ſuperficiem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 346 sur 543

x Ramus ſuperior intervalli ſecundi, inosculatus ſequenti λ & Mammariae,
y & inferior etiam inosculatus ramulo λ.
z Ramus poſterior ſuperior intervalli tertii inmiſſus intercoſtali,
α & inferior,
β anterior ſuperior intervalli tertii inosculatus mammariae 7, & ſuperius & inferius in intervallo tertio 9.
γ Ramus inferior anterior inosculatus Thoracicae II. ramo ν.
δ Truncus ejusdem Thoracicae I.
ε Ramus retrorſum euns,
ζ & antrorſum, inosculatus Thoracicae II,
η & deorſum, inſertus etiam intercoſtali inferiori intervalli quarti,
ϛ poſterior ſuperior intervalli quarti,
ι anterior.
θ Arteria Thoracica altera.
κ Ramus ad muſculos.
λ Ramus miſtus cum t & cum x & y.
μ Ramus muſcularis.
ν Ramus retrorſum euns inosculatus cum γ
κ κ Ramus anterior producens tres anaſtomoſes cum mammaria,
λ λ inferiorem ſecundi intervalli,
μ μ ſuperiorem tertii,
ν ν & inferiorem ejusdem.
ο Ramus poſterior intervalli quarti inferior,
ο ο anterior ejus intervalli inferior.
ξ Ramus producens ſuperiorem intervalli quarti, inosculatum mammariae 12.
π Ramus poſterior inferior inosculatus intercoſtali,
ϱ anterior inosculatus ſequenti.
ϱ ϱ Anaſtomoſis cum Mammaria 66. cum intercoſtali ſub coſta quarta.
σ Arteria alaris.
τ Circumflexa ſcapulae.
ο φ Intercoſtalis inferior intervalli quarti,
φ ſuperior quinti,
χ inferior;
ψ ſuperior ſexti,
ω inferior;
Γ ſuperior ſeptimi,
Δ ejus ramus ſuperficialis,

infe-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 347 sur 543

Θ inferior ſeptimi intervalli;
Λ ſuperior octavi,
Ξ inferior, inosculata Mammariae;
Π ſuperior noni;
Σ inferior.
ϒ Rami in recto abdominis muſculo cum Epigaſtricis inosculati.
Φ Ramus ſuperior decimi intervalli manifeſtius inosculatus Epigaſtricae,
Ψ inferior trans coſtam XI. adveniens.
Ω Lumbales inosculatae Epigaſtricis.
Æ Mammaria.
OE Ramus primus primi intervalli inosculatus cum m.
& Ramus ſuperficialis, unde
ff Ramus mammam adeuns.
1 Ramus inferior intervalli primi anulum faciens cum Thoracica prima o.
2 Truncus mammariae deſcendens retro appendices coſtarum.
3 Ramus ſuperior intervalli ſecundi faciens anaſtomoſin cum ϰ & λ,
4 inferior.
5 Ramus ad mammam.
6 Ramus ad ſternum.
7 Ramus ſuperior intervalli tertii inosculatus cum β
8 Ramus a 7 deſcendens in 9.
9 Ramus inferior intervalli quarti inosculatus cum 8 & ramo ε.
10 Ramus ſuperficialis.
12 Ramus ſuperior intervalli quinti inosculatus cum Thoracicae ſecundae ramo,
13 & inferior ejusdem intervalli anulum faciens cum ε.
14 Anulus cum intercoſtali in intervallo quinto ſuperior,
15 inferior.
16 Diviſio Mammariae.
17 Ramus muſculophrenicus,
18 Ramus ad diaphragma inſignis.
19 idem 17 nudus.
20 Anulus ſuperior intervalli ſexti cum intercoſtali,
21 inferior;
22 ſuperior ſeptimi,
23 inferior;
24 ſuperior octavi,
25 inferior ejusdem.
26 Ramus abdominalis Mammariae.
27 Ramulus ad appendicem enſiformem & lineam albam.

28

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 348 sur 543

28 Surculus in rectum muſculum,
29 & in ligamentum ſuſpenſorium.
30 Anaſtomoſes duae cum Epigaſtrica.
31 Ramus exterior No. 17. major.
32 Rami ad transverſum,
33 ad Rectum, inosculati epigaſtricae.
34 Ramus hepaticae pellucens per lineam albam.
35 Anaſtomoſis cum epigaſtrica,
36 & cum arteria umbilicali.
37 Vena Cruralis,
38 Arteria.
39 Epigaſtricae origo.
40 Ramus ad funiculum ſpermaticum
41 Ramus ad os pubis&pyramidalem.
42 Rami ad rectum,
43 ad transverſum,
44 ad rectum & umbilicum,
45 ejus ſurculi in ligamentum ſuſpenſorium inosculati cum 36
46 46 Rami alii ad transverſum, inosculati cum intercoſtali intervalli decimi
Ω & cum lumbali prima.
47.47 Alii rami inosculati in transverſo cum intercoſtalibus intervalli IX. & VIII.
48.48 Rami ad rectum inosculati Mammariae.
49 Abdominalis arteria.
50 Rami ad Transverſum.
51 ad adſcendentem Obliquum.
52 Lumbalis ſecunda euns ad transverſum & adſcendentem.

TABU-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 349 sur 543

TABULA II.

FIG. II.

Pars cava Scapulae dextrae nuda.

OSSA ET MUSCULI.

A Pars proceſſus Coracoidei.
B Caput humeri & pars ejus oſſis proxima.
C Inciſura, per quam tranſit arteriola & nervus.
D Coſta ſuperior ſcapulae,
E inferior.
F Angulus inferior.
GG Lineae inſcriptae Scapulae ab Infraſcapulari.
HH Infraſcapularis.
I Deltoides.
K Dorſi latiſſimus.
L Teres major.
M Longus extenſor cubiti.
N Serratus major.
OOO Glandulae alares.

VASA.

A Arteria *ſubclavia.*
B Vertebralis.
CCC Thoracicae reſectae.
D Ramus ad Deltoidem.
E Origo arteriae *ſcapularis internae.*
F Truncus *circumflexus poſterior.*
G Arteria *ſcapularis inferior.*
H Ramus ad Latiſſimum &
I Rami in Teretem majorem,
K in cutem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 350 sur 543

L Truncus muſcularis arteriae ſcapularis.
MM Rami magni ad Latiſſimum & Serratum majorem.
N Ramus ad Scapulam.
O Ramus in Teretem majorem.
P Ramus coſtam ſcapulae ſequens.
Q Ramus ad muſculum ſerratum majorem
R Ramus in Serratum majorem.
S Ramus abſolvens circulum cum arteria dorſali f.
TT Surculi ad muſculum ſerratum majorem.
V Ramus S. pergens adſcendere cum baſi ſcapulae.
X Anaſtomoſes cum k & n.
Y Ramus rami Z anaſtomoticus cum ramo p.
Z Ramus ſcapularis arteriae alter profundior,
a ad Teretem majorem.
b Ramus ſcapulae coſtam inferiorem ſequens poſterior.
c Surculus ad Teretem minorem.
d Ramus ad eumdem longior,
e alter.
f Ramus magnus ad dorſum ſcapulae eúns. Dorſalis ſcapulae inferior.
g Ramus ad partem anteriorem cavam ſcapulae,
h ſequens coſtam inferiorem.
i in Teretem majorem ſurculus.
k Anaſtomoticus cum X.
l Anaſtomoſis cum m.
m Ramus alius cavae ſcapulae & Infraſcapularis.
n Anaſtomoſis cum X.
o Ramus alius ſuperior ſcapularis iſtius.
p Surculus anaſtomoſin habens cum Y & dans Infraſcapulari.
q Ramus alius ad eumdem & articulationis caveam,
r & alius,
s & alius per cavam ſcapulam concurrens cum t. ramo coronae ſcapulae.
u Ramus alius cavae ſcapulae.
x Nutritia.
y Ramus qui per foramen C continuatur cum ſuperſcapularibus.
z Ramus circulum faciens cum α ramo coronae ſcapulae.
β Circumflexa anterior.
γ Ramus ad Deltoidem,
δ ad glandulas alares,
ε ad Pectoralem & mammam.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 351 sur 543

ζ Rami brachiales.
η Truncus arteriae,
θ ejus ramus ſuperſpinalis.
ϰ Ramus faciens coronam cum ,
λ Anaſtomoſis quae coronam facit.
μ Arteriola ad proceſſum coracoideum inosculata cum ν

Fig. III.

Dorſum ejusdem ſcapulae.

OSSA ET MUSCULI.

A Acromion.
B Pars claviculae.
C Spina ſcapulae.
D Coſta ſuperior.
E Baſis.
F Coſta inferior.
G Sedes articulationis cum humero.
H Spatium ſuperſpinale.
I Muſculus Infraſpinalis.
K Teres minor.
L Longus.
M Teres major.
N Reliquiae Serrati magni & Rhomboidis.
Π Trapezius.

VASA.

O Arteria Z. F. ll. dorſalis ſcapulae inferior ſuperior.
P Ramus ad Teretem majorem.
Q alius ex trunco ramus N. F. I.
R Ramus ad dorſum ſcapulae imus d. F. ll.
SSS Rami inferiores in infraſpinalem
T Anaſtomoſis cum h.
V Ramus f. F. ll.
X Ramulus profundus ad Scapulam,
Y ad Teretem minorem, Infraſcapularem, Longum extenſorem.
Z Adſcendens ramus Circumflexae ſcapulae.
a a Rami ad Infraſcapularem & capſulam articulationis.
b Ramus tectus acromio adſcendens.
c Surculus ſequens ſpinam ſcapulae inosculatus cum f.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 352 sur 543

dd Anaſtomoſis rami b cum Thyreoidea.
e Ramus ad ſupraſpinalem.
f Ramus ex c anaſtomoſin habens cum k.
g Ramus dorſalis ſcapulae alius.
h Anaſtomoſis cum T.
i Rami ad Infraſcapularem.
k Ramus adſcendens anaſtomoticus.
l Thyreoideae ramus ſcapularis.
m Ramus ad ſuperſpinalem anaſtomoticus cum dd.
n Ramus exterior.
o Ramus ſequens coſtam ſuperiorem ſcapulae.
p Ramus ad ſpinam anaſtomoticus cum c.
q Rami ad muſculum trapezium.

TABULA. III.

FIG. IV.

Brachii dextri pars anterior cum vaſis ſubcutaneis.

MUSCULI.

A Coracohyoideus.
B Trapezius.
CC Deltoides.
D Latiſſimus dorſi.
E Teres major.
F Coracobrachialis.
G Biceps.
HH Brachialis internus.
I Bicipitis tendo ſuperficialis.
K Brachialis externus.
L Longus extenſor.
M Supinator longus.
N Pronator teres.
O Flexor radialis.
P Sublimis.
Q Flexor ulnaris.
R Pars Extenſoris ulnaris.
S Pars profundi Flexoris.

T. Pal-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 353 sur 543

T Palmaris longus.
V Metacarpeus pollicis.
X Abductor pollicis.
Y Pars Flexoris parvi.
Z Flexor pollicis longus.
a a Adductor pollicis.
b Abductor indicis.
c Lumbricalis primus.
d Flexores indicis ſuis vaginis inclusi.
e Lumbricalis alter.
f Flexores digiti medii.
g Lumbricalis tertius.
h Flexores digiti quarti.
i Lumbricalis quartus.
k Flexores digiti minimi.
l Metacarpeus.
m Abductor minimi digiti.
n Ligamentum armillare carpi.
o Aponeuroſis volae revoluta.
p Pars Palmaris brevis.

VASA.

Venae.

A Vena cava.
B Vena jugularis.
C Subclavia ſiniſtra.
D Vena Jugularis externa.
EE Vena Cephalica.
F Venae brachii profundae prior radix.
G Ortus venae profundae alter.
H Vena Baſilica,
l ejus ramus ulnaris.
K Mediana a Baſilica.
L Concurſus Baſilicae & Cephalicae praecipuus.
M Vena radialis.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 354 sur 543

Arteriae.

O Arteriae ſubclaviae dextrae truncus.
P Carotis dextra.
Q Subclavia dextra.
R Arteria Thyreoidea inferior.
S Cervicalis profunda.
T Arteria ſummi humeri.
V Thoracica prima.
X Arteria Thoracica altera.
Φ Arteria ſcapularis.
Ψ Circumflexa anterior.
Y Progreſſus arteriae ſubclaviae ſ. Axillaris arteria, inde Humeralis.
Z Ramus ad Longum extenſorem.
aa Alii ad eumdem,
b ad Bicipitem & ad Brachialem internum.
c Sedes arteriae periculo in Venaeſectione obnoxia.
d Ortus arteriae ulnaris & progreſſus.
e Arteriae radialis.
f Ramus grandis tectus Pronatore terete.
gg Rami ad Profundum &c.
hh Rami ad perioſteon radii.
i Arteriae radialis ramus volaris,
k dorſalis.
l Rami *i* furculus ad muſculum metacarpeum & abductorem.
m Ramus a dorſali cum ipſo conjunctus.
n Ramus alius inſertus alteri ramo arteriae radialis.
o Ramuli ad aponeuroſin volae.
p Ramus a cubitali ad Quadratum.
q Ramus dorſalis a cubitali.
r Ramus profundus prior ab eadem.
s Ramus ad digitum minimum ejusdem,
t & ejus ramus profundus alter.
u Surculus ad Abductorem minimi digiti
x Ramus ulnaris minimi digiti.
y Arcus primi cum ramo radialis.
z Arcus ad unguem.
α Arteria minimi & quarti digiti.
β Surculi ad Lumbricalem quartum.
γ Arteria radialis minimi,
δ Ulnaris quarti.
ε Arcus ad unguem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 355 sur 543

ζ Arteria radialis quarti & ulnaris tertii.
Θ Arcus volae ſubcutaneus.
η Rami a ζ in Lumbricalem tertium.
θ Ramus radialis quarti,
ι & ulnaris tertii.
κ Arcus ad unguem ejusdem.
λ Ramus ad tendines flexorios.
μ Ramus radialis tertii & ulnaris indicis.
ν Surculus ad Lumbricalem alterum.
ξ Radialis medii.
π Ulnaris indicis.
ϱ Arcus inter iſtum & radialem τ.
σ Ramus anaſtomoticus inter radialem & ulnarem.
τ Indicis radialis.
υ Ramus ad eam a radiali adrepens.
φ Ramus ulnaris ad Flexorem parvum inosculatus radiali pollicis.
χ Finis ulnaris arteriae inosculatae radiali.
ψ Arteria ulnaris pollicis a radiali nata.
ω Arcus ad unguem pollicis.
2 Rami ad Lumbricalem primum.
3 Radialis arteria in volam emergens.
4 Ramus ad oſſa Seſamoidea.
5 Ramuli ad Lumbricalem primum.

NERVI.

66 Radices plexus ſuperioris.
7 Truncus mediani prior.
8 Radix a plexu inferiori.
9 Muſculo cutaneus.
10 Medianus.
11 Locus pericoloſus in Venaeſectione.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 356 sur 543

TABULA IV.

FIG. V.

Brachium dextrum nudatum primis muſculis.

MUSCULI ET OSSA.

A Pars Claviculae.
B Caput humeri.
C Sulcus Bicipitis.
D Tuberculum radii, cui Biceps inſeritur.
EE Radius denudatus.
F Os piſiforme,
Φ triangulare,
G ſemilunare,
H naviculare,
K multangulum minus,
L magnum.
M Pars unciformis.

Oſſa digitorum metacarpi facile intelliguntur.

N Muſculi ſerrati majoris partes.
O Infraſcapularis.
P Serratus minor.
Q Pars Deltoidis.
R Longus extenſor,
S Brevis.
T Brachialis externus.
V Inſertio Teretis majoris,
X Latiſſimi,
Y Pectoralis,
Z Deltoidis.
a Coracobrachialis.
b Brachialis internus.
c Ortus Supinatoris longi.
d Caput flexorium.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 357 sur 543

e Expanſio aponeurotica ſeparans Brachialem externum ab interno.
f Bicornis.
g Flexor pollicis.
h Teres Pronator.
i Quadratus.
k Pars Profundi.
l Flexor ulnaris.
n Supinator brevis.
z Tendo Bicipitis.
m Ligamentum interoſſeum.
n Abductor indicis.
o Interoſſeus primus,
p alter,
q tertius,
r quartus,
s quintus,
t ſextus,
u ſeptimus.
w Abductor minimi digiti.
x Flexor brevis.
y Metacarpeus.

V A S A

Quae ſupra ſcapulam, ea obiter expreſſa ſunt.

A Truncus ſubclaviae arteriae dextrae.
B Carotis dextra.
C Thyreoidea inferior.
D Ramus ſcapularis & cervicalis ſuperficialis.
E Ramus ſuperſcapularis profundus.
F Ramus Dorſalis.
G Surculus ad Infraſcapularem.
H Ramus acromialis.
I Ramus ad Infraſcapularem inſignis.
K Alius exiguus.
L Alius.
A ad Serratum minorem.
M Scapularis inferior.
N Ramus circumflexus humeri poſterior.
O Ramus ad humerum,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 358 sur 543

P ad Brevem,
Q ad Infraſcapularem,
Σ ad Teretem majorem.
R Circumflexus ramus ad dorſum ſcapulae.
S ad Longum ſurculus,
T ad dorſum Scapulae,
V ad Serratum magnum,
X ad eumdem,
Y denuo.
Z Hic arteria Axillaris induit nomen Humerariae.
a Circumflexa humeri anterior.
b Ramus ad Infraſcapularem,
c c ad humeri Epiphyſin,
d ad ſulcum Bicipitis.
e Anaſtomoticus cum poſteriori circumflexa.
f Truncus Deltoidem adeuns.
g Ramus ad Longum.
h Profunda humeri.
i Ramus ad Brevem.
k Ramus ad Extenſores,
l ad Brachialem externum,
m ad Brevem.
n Ramus deſcendens, faciens anaſtomoſin in Brachiali externo T. IV. ζ
o Ramus ad os humeri nudum.
p Ramus ad Brachialem internum, unde *Nutritia.*
q Ramus ad Brachialem internum & Bicipitem.
r r Surculi ad Brachialem internum,
s ad Bicipitem.
t Ramus anaſtomoticus cum Recurrente radii.
u Ramus anaſtomoticus utriusque Brachialis.
w w Surculi ad aponeuroſin ſeparantem Brachiales.
x Anaſtomoticus ramus poſterior depictus in T. *corp. tot. poſt. ſin.*
y y Rami ad Brachialem internum.
z Rami ad caput flexorium.
α Ramus ad Brachialem internum,
ββ Alii.
γ Ramus ſuperficialis.
δ *Recurrens radialis* hic orta ſuper diviſionem trunci.
ε ε Rami ad Bicornem.
ζ Diviſio trunci humerarii.
ω Arteria *ulnaris.*

η Ramus

π Ramus *recurrens ulnaris.*
θ Rami ad Profundum,
θ θ ad Flexorem ulnarem.
ι Anaſtomotica poſterior,
κ Anaſtomotica anterior,
λ Anaſtomoſis ipſa.
μ Arteria anterior articulationis.
ν Ramus ad Supinatorem brevem & radium.
ξ Ramus ad Profundum,
ο alter.
ρ *Nutritia ulnae.*
σ Interoſſea anterior.
τ *Nutritia radii.*
υ Rami ad Flexorem pollicis & Perforantem.
χ Ramus ejus anterior.
ψ Ramus communicans cum ulnari,
ω cum profunda carpi.
1 *Ulnaris* arteria
2 Rami ad Profundum & Flexorem ulnarem,
3 ad tendines vicinos,
4 ad Flexorem pollicis.
5 *Dorſalis* manus.
5 5 Anaſtomoſis cum 3.
6 Ramus ad dorſum,
7 ad Pronatorem quadratum.
8 ad cutem
9 Arteria *profunda volae.*
10 Rami ad muſculos minores digiti minimi.
11 Ramus minimi digiti ulnaris.
12 Ramus ſuperficialis.
13 Ramus ad cutem.
14 Ramus interoſſeus,
15 ab eo orta circumflexa radialis minimi.
16 Arteria ulnaris minimi circumflexa.
17 Ulnaris minimi digiti
18 Arcus primus,
19 alter,
20 ad unguem.
21 Ramus perforans intervalli tertii.
22 Ramus interoſſeus quinto quartus.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 360 sur 543

23 Ramus interoſſeus quarto tertius.
24 Ulnaris circumflexa quarti digiti ſ. *perforans inferior.*
25 Radialis circumflexa quarti digiti.
26 Retrograda.
27 Arteria ad Interoſſeos duos quarti, digiti
28 ad Interoſſeum quartum & quintum.
29 Ramus ad Lumbricalem.
30 Perforans III. IV. ſuperior.
31 Retrograda ad os magnum.
32 Perforans II. III. ſuperior.
33 Interoſſea III. II.
34 Circumflexa ulnaris tertii, ſ. *perforans inferior.*
35 Ulnaris.
36 *Arcus profundus volae.*
37 Retrograda prima.
38 Arteria interoſſea I. II.
39 Circumflexa metacarpi ulnaris indicis.
40 Anaſtomoſis inter 38 & arcum ſuperficialem.
41 Anaſtomoſis 38 cum Radiali indicis,
42 cum Interoſſea prima.
43 Interoſſea prima.
44 Truncus a radiali in volam.
45 Arteria *pollicaris*,
46 ejus ramus *radialis*,
47 *ulnaris.*
48 Arcus varii.
49 Ramus qui ad ſuperficialem volae radii pertinet ad 77.
50 Radialis indicis.
51 Arcus oſſis primi.
52 Arcus parvus &
53 major oſſis ſecundi,
54 tertii
55 Ramus a Radiali adrepens ad arcum ſuperficialem.
56 Arteria ulnaris indicis,
57 radialis medii.
58 Arcus oſſis primi,
59 & 60 primus & alter oſſis ſecundi,
61 tertii.
62 Arteria ulnaris medii digiti.
63 Arteria radialis quarti.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 361 sur 543

46 Arcus unguis.
65 & 66 Arcus primus & alter oſſis ſecundi.
67 Arteria ulnaris quarti,
68 radialis minimi.
69 Arcus ſuperficialis volae.
70 & 70 Partes ulnaris arteriae ſibi congruentes.
71 Arteria radialis.
72 & 73 Rami ad Bicornem & Supinatorem longum.
74 ad finem Pronatoris teretis,
75 ad Bicornem,
76 ad nudum radium.
77 Ramus faciens arcum ſuperficialem volae.
78 Ramus ad dorſum circumflexus.

TABULA V.

Fig. VI.

Dorſum brachii dextri remotis muſculis plerisque primi ſtrati.

OSSA ET MUSCULI.

A Mucro inferior ſcapulae.
B Pars aliqua humeri proxime caput,
C & ſub capite.
D Pars cubito vicina poſterior.
E Condylus flexorius,
F extenſorius.
G Olecranum.
H Pars ſumma ulnae,
I ejus proceſſus ſtyliformis.
K Pars radii.
L Carpus.
M M M M M Quinque oſſa metatarſi.
N O Officula nudata digiti tertii.
P Serratus major.
Q Infraſcapularis.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 362 sur 543

R Deltoides.
S Latiſſimus.
T Teres minor,
V major.
X Pectoralis.
W Serratus minor.
U Coracobrachialis.
Y Biceps.
Z Brachialis internus,
Γ externus.
Δ Longus.
Θ Brevis.
Λ Caput extenſorium.
Ξ Flexor ulnaris.
ΛΛ Supinator longus,
ΞΞ brevis.
Π Extenſor ulnaris.
Σ Indicator.
Φ Primus Extenſor pollicis,
Ψ alter ſive Everſor.
Ω Bicornis ejusque tendines.
AA Ligamentum armillare dorſale.
BB Abductor indicis.
& Interoſſei tres externi.
CC Abductor minimi digiti.
DD Extenſores digitorum.

V A S A.

a Arteriae ſubclaviae truncus *axillaris*.
b Ramus *ſcapularis*.
c Surculus ad Serratum magnum.
d Ramus ſcapularis.
e Surculus ad Scapulam, Serratum, Pectoralem,
f f Rami ad Infraſcapularem,
g ad Infraſcapularem.
Γ Ramus alius hujus trrunci.
Δ Ramus ad Serratum magnum,
Θ ad eum & Teretem parvum,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 363 sur 543

λ ad Latiſſimum.
h Truncus ſequens oram Scapulae T. II. f. 2. b.
π Truncus *circumflexus poſterior* humeri.
i Ramus circumflexus.
k Rami ad Teretem,
l Longum extenſorem,
m Deltoidem.
n Ramus ad Serratum ſupremum, Pectoralem, Latiſſimum.
o *Circumflexa anterior* ad caput humeri.
p *profunda humeri.*
q Ramus ad Longum extenſorem, & ejus anaſtomoſis cum ramo *l.*
r Ramus ad Longum,
s ad Brachialem externum & Coracobrachialem,
t ad Brachialem internum,
u ad Brachialem externum, Cutem, Flexores cubiti.
xx Rami ad Brachialem internum,
w externum,
y ad os humeri.
z Arcus articularis poſticus.
ω Ramus in articulationem.
β Ramus anaſtomoticus cum Interoſſea.
γ Duae anaſtomoſes.
δ Rami ad os & ſupra Longum extenſorem.
ε Ramus alius poſterior humeri.
ζ Anaſtomoſis cum articulari poſtico z
η Anaſtomoſis cum ramo recurrente ulnae.
θ *Recurrens ulnae.*
ϰ Rete olecrani cum Interoſſea.
λ Rami ad Flexorem ulnae,
μ ad Extenſorem.
ν Arteria *cubitalis.*
ξ Ramus *dorſalis Manus.*
π Rami ad ulnam,
ϱ ad carpum rete facientes cum Interoſſea,
σ ad digiti minimi muſculos & anaſtomoſis cum Perforante tertia.
τ Arteria *interoſſea*
υυ ad Extenſores,
φ ad Olecranum.
χ Ramus inferior,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 364 sur 543

ψ ad Extenſores,
ς ad Extenſores, Bicornem, Everſorem,
ω ad Extenſorem primum,
1 ad Indicatorem.
2 Anaſtomoſis cum Interoſſea inferior.
3 Alia ab Interoſſea ad Everſorem.
4 *Ultima interoſſea.*
5 Ramus ejus.
6 Ramus ad Bicornis tendinem *l.*
6 6 Anaſtomoſis inter 6 & arcum carpeum.
7 Rami ad Radium.
8 Rami ad ulnam,
9 ad ſextum Interoſſeum.
A Ramus *dorſalis carpi.*
B Anaſtomoſis cum ulnari,
C cum Perforante tertia
D duae cum Radiali anaſtomoſi.
E *Radialis* pars adparens.
F Ramus *dorſalis.*
G Surculi ad carpum,
H ad Interoſſeum primum,
I ad ligamenta.
K Inſertio in furcam II-III.
L Arteriae *radialis truncus* antrorſum euns.
M Ramus indicis.
N Ramuli ad oſſa.
O Ramus pollicaris.
P Surculi ad indicem,
Q alius.
R ad pollicem,
S ad ſedem oſſis Seſamoidei,
T ad coronam unguis,
V Perforans prima,
X ſecunda.
U Ramus ad Interoſſeum ſecundum.
Y inferior inſerta arteriae digitali quartae.
Z Perforans tertia.
† Interoſſea dorſalis tertia.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 365 sur 543

dd Interoſſea dorſalis ulnaris ultima.
æ Ramus perſorans inferior.
œ Inſertio in arteriam digitalem quartam.
ff Arteria digitalis quarta.
fl Rami ad nuda oſſa digiti tertii.
& Arteria digitalis tertia.
ct furca primo ſecunda.
et Rami ad tendinem Extenſoris & trans eum communicantes.
ch Arcus unguis.

TABULA II.

Fig. VII.

Arteriae profundae manus & perforantes.

OSSA.

A Radius.
B Ulna.
C Os naviculare,
D ſemilunare,
E triangulare,
F piſiforme,
G multangulum majus,
H minus,
I magnum,
K unciforme,
L metacarpi pollicis,
M N O P Reliqua oſſa metacarpi.
Q Os primum pollicis,
R S T V Reliqua oſſa prima.
X Y Z a Oſſa ſecunda digitorum.
b Os ultimum pollicis,
c d e f & reliquorum digitorum.

VASA

S

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 366 sur 543

g Arteria *radialis.*
h Ramus *dorſalis.*
i Ramus anaſtomoticus cum interoſſea anteriori.
k Ramus ad volam.
l Arcus *ſuperficialis volae.*
m Ramus euns verſus pollicem & inosculatus dorſali.
n Ramus cum ramo *t* faciens radialem indicis.
o Arcus cum ramo pollicis.
p Ramus pollicis ulnaris,
q radialis.
r Ramus ad dorſum pollicis,
s alter.
t Ramus indicalis a radiali.
u Circumflexa metacarpi indicis radialis, ſ. perforans inferior,
x ulnaris.
w Ramus indicis radialis,
ỹ ulnaris.
z Truncus rami h. in vola adparens.
α *Arcus profundus.*
β Retrograda prima radialis,
γ altera.
δ Interoſſea medii.
ε Circumflexa metacarpi medii radialis,
ζ ulnaris.
η Ramus huic inſertus alter.
ϰ Alia retrograda.
λ Circumflexa radialis quarti ex interoſſea.
μ Ramus quartus & quintus.
ν Ramus radialis minimi unus.
ξ Ulnaris quarti.
π Anaſtomoſis cum ſuperficiali.
ϱ σ Arteriae digiti quarti ulnaris, quinti radialis.
τ Arteria medii ulnaris, & radialis quarti.
υ Ramus ad metacarpum minimum.
φ Ramus minimi ulnaris.
χ Alius ad metacarpum minimum.
ψ Alius inosculatus cum μ
ϑ alius.
ω Ulnaris circumflexa metacarpi quinti.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 367 sur 543

1 Ramus a cubitali faciens radicem arcus profundi.
2 Ramus inde faciens cum π furcam quarto quintam.
3 Ramus cubitalis faciens arcum ſuperficialem volae.
4 Alia arcus profundi radix.
5 Ramus ad os unciforme.
6 Anaſtomoſis ejus 4. cum cubitali.
7 Alia cubitalis cum ſua dorſali anaſtomoſis.
8 Ramus ſuperficialis,
9 Cubitalis.
10 Ramus ejus dorſalis.
11 Anaſtomoſis cum Interoſſea antica.
12 Interoſſea.
13 Ramus ſuperficialis.
14 Rami ad radium.
15 Anaſtomoſis cum 11.
16 17 Anaſtomoſis cum ramo radialis *i*.
18 Interoſſea poſtica.

©BIU Santé

Fasc. VI. Tab. I.

Arteriae pectoris.



Kaltenhofer del. ad nat. et sc. Gott.

©BIU Santé


Fascic. VI.
Tab. II Arteriarum Brachij.
Fig. III.
Tab. II.
Fig. II.
Fig. VII.
Kaltenhofer del. et sc.

©BIU Santé

Fasciculus VI. Tab. III.

Fig. IV. Brachium dextrum, anterius visum.



Rattenhofer del. Schrader sc.

©BIU Santé


Fasc. VI. Tab. IV. Fig. V.
Brachium dextrum remotis primi strati musculis.


Fasc. VI.
Tab. V.
Fig. VI.
Arteriae dextrae manus.
J. P. Kaltenhofer del. ad nat. a. 1748.
Mich. Rößler sc. Norimb.

ICONUM ANATOMICARUM

QUIBUS ALIQUAE PARTES

CORPORIS HUMANI

DELINEATAE TRADUNTUR

FASCICULUS VII.

Arteriae cerebri Medullae ſpinalis

Oculi.

AUCTORE

ALBERTO v. HALLER

PRAESIDE SOCIETATIS REGIAE SCIENTIAR. GOTTING.
ACADD. ET SOCC. IMPER. BRIT. SUEC. PRUSS. BONON.
UPSAL. ET CHIRURG. GALL. SODALI.
REIPUBL. BERNENSIS DUCENTUMVIRO
ET CURIAE PRAEFECTO.

GOTTINGAE

APUD VIDUAM ABRAMI VANDENHOECKII, ACAD. BIBLIOPOL.

MDCCLIIII.

ILLUSTRISSIMO VIRO

GERLACO ADOLPHO

V. MUNCHHAUSEN

S. R. M. BRIT. ET ELECT. BR. LUN.

CONSILIARIO INTIMO

ET CAMERAE PRAESIDI

D. D. D.

AVCTOR.

Valetudo infirmior ab anno inprimis 1749 vires meas ita fregit, VIR ILLUSTRISSIME, ut ſomnus malignior, ſtomachique cruditas & multiplex febrium cohors mihi perpetuo fere gravis incumberet. Parum ejusmodo valetudini conveniebat cum iis honorificis, neque tamen otioſis officiis, quae TUUM de me benigniſſimum judicium mihi contulit. Creſcebat in dies exoptatus & omni otio dulcior labor, neque videbatur ſufficere debile & ſui incertum corpus. Quare eo facilius tuli ſortem eam, nam ſors fuit, ex maxime inſperatis, quae in patriam me revocavit, ſolutoque academicis decoribus modeſtae in ſenio & tranquillae libertatis ſpem mihi fecit. Neque tamen non dolui, & neque nunc deſii dolere, quod mihi hanc ipſam libertatem caro

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 376 sur 543

redimere oportuerit, caro inquam, abſentia nempe a theatro anatomico, ab occaſionibus experiendi, diſcendique, a TE denique CURATORE MUNIFICENTISSIMO, qui tot annis benignam meis deſideriis, meisque conſiliis aurem praeſtitiſti; tot beneficiis vitae meae faſtidia ſublevaſti, tam multas oportunitates lubens aperuiſti, quibus & ego felicior & diſcipuli doctiores fierent. Nunquam haec meo pectore decedet memoria, neque dediſcam alio ſub caelo, alias inter leges, alio in vitae genere conſtitutus, mente mea virtutes TUAS recolere, easque familiaribus & amicis, publice denique liberius praedicare, quam tunc licuit, quando nulla quidem rerum gnaris, aliqua tamen inexpertis & exteris poterat naſci ſuſpicio, fortunam TUAM & remunerandi poteſtatem aliquid addere iis, quibus TE ornabamus, teſtimoniis. Nunc autem ab homine ad libertatem nato, ſola mentis convictae monumenta proficiſci poſſunt, quae TE literarum, & ſuum patronum, & amicum denique, ſi fas ſit gloriari, quae fuit teneritudo humanitatis TUAE, toties experta eſt. Bernae Helvetiorum die 25. Ianuar. 1754.

Auctores, qui internae carotidis historiam illustraverunt, hac praefatione dicendum est. GALENI modica hic merita sunt, qui arterias carotides internas, ad glandulae, quae nunc pituitaria dicitur, latera in minores ramos atque mirabile rete solvi, iterumque aliam arteriam ex ejusmodi reti in unum truncum colligi ad aliquam fabricae ruminantium animalium similitudinem descripsit. Ea & apud GALENUM & ex GALENO apud ORIBASIUM reperiuntur. ANDREAS VESALIUS mirabile quidem rete recte refutavit de fabric. corp. hum. L. VII. C. 12. p. 796. 797. quae vero ipse pro GALENICIS reddidit, ita plena errorum sunt, ut omnino absque utilitate legantur. Nam carotidem arteriam internam uno trunco cum vena in sinum lateralem duxit L. III. c. 14. f. B I. cujusmodi fabricae nulla ne umbra quidem adest: Deinde alterum truncum ejusdem internae carotidis in quatuor ramos divisit, nasalem, durae membranae arteriam, ophthalmicam arteriam & plexus choroidei, ramumque cerebralem. Bifidum etiam ejus caudicem intra cranium fecit ib. u. u. & ite-

iterum coalescentem, praeter omnem observationem. Vide L. III, c. 14. p. 500. ic. C. XIV. L. VII. f. 17. Vertebralem denique arteriam per foramen condyloides cranium subire, & sinui transverso inseri scripsit L. III. p. 485. Glanduloſam tamen plexus choroidei naturam adtigit. IACOBVS SYLVIVS VESALIANIS *nihil addidit, praeter revocatum ex* GALENO *rete mirabile, quod negavit in homine vnquam deesse.* Isag. anat. *L. II. p. 38. Sed etiam* VALVERDVS *L. VI. c. 13. &* SPIGELIVS *L. VI. c. 2. &* SCHNEIDERVS de catarrh. *L. VI. c. 2. p. 47 - 48. & alii* VESALIANAS *descriptiones in universum retinuerunt. Contra* FALLOPIVS *vertebralem arteriam per magnum foramen occipitis subire, & sinui minime inseri p. 125. conjungi vero cum sodali p. 131. b. & ramos duos ejus arteriae anteriores esse monuit. ib. qui plexum choroideum adeunt; Carotidis internae truncum unicum recte fecit, retis mirabilis solam umbram reliquit, unionem cum vertebralibus, ramos ejus duos cerebrales & eorum anteriorem conjunctionem minime ignoravit. Obs. p. 134.* FALLOPII *verba iconibus, rudibus equidem, expressit* VIDVS VIDIVS *T. XXVII. f. 2.* EVSTACHII *opus periisse notum est. Plexum tamen medium, choroideis interjectum, & vasa a plexu choroideo in cornu anterius & posterius ventriculi tricornis euntia figuris expressit.* COLVMBVS, *quem plerique contemnunt, multa satis hic recte vidit, arterias vertebrales per magnum ossis occipitis foramen ire, uniri, dare ramos grandes, qui subeant plexum in vicinia glandulae pinealis positum, quem mirabilis retis nomine dignum existimat,*

GA-

GALENICVM *vero rete exiguum esse. Verum, ut in multis omnino factum est, rectiora docentem* FALLOPIVM *&* COLVMBVM *nemo fere secutus est, atque* VESALII *autoritas totam pene posteritatem in partes suas traxit;* LAVRENTIVS *tamen* COLVMBVM *sequitur L. IV. c.* 10. *p.* 146. *& aliqua parte* SPIGELIVS, *ut tamen pergat Carotidem in sinum durae membranae ducere L. VI. c.* 2. FALLOPIVM *etiam* BAVHINVS *excerpsit* Theatr. anat. *L. III. p.* 296. *In* CASSERII *figuris multa curatius & nitidius exprimuntur, ut circulus* WILLISII, *arteria cerebelli superior, cerebri posterior, membrana arachnoidea vasa tegens, plexusque medius.* RIOLANVS *nihil addidit, quod alicujus momenti sit.* VESLINGII *icones ex* CASSERIANIS *imitatae sunt.* NATHANAEL HIGHMOR *artificiosam tabulam vasorum capitis dedit, quae ad* VESALIANAM *clanculum ficta est. Ab ea enim arteriae grandis ex carotide natae insertionem in sinum transversum habet, & ramos reliquos Carotidis. Inosculationes arteriarum in sinus ipse de suo addidit. T. XVIII. f.* 1. THOMAS WILLISIVS *ad Carotidum historiam non plurima addidit, neque circulum, qui ipsi tribuitur, melius* CASSERIO *pinxit, rete tamen mirabile suis animalibus adsignavit, a vertebralibus vero, quarum duos tantum ramos habet, spinalem anteriorem primus deduxit pinxitque, in eo nimius, quod & nimis artificiosum rete arterioſum in corporibus vertebrarum delineet, & singulis nervis sodales duas arterias tribuat. Caeterum in universum vasa medullae spinalis primus descripsit. Ex* WILLISIO *vasa sua*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 380 sur 543

ſumſit BLASIVS. VIEVSSENIVS *minus quidem bene arterias deſcripſit, quam reliquas partes cerebri, minutos tamen ramos, qui ſingulos fere nervos comitantur, utique expreſſit. Plexum ventriculi tertii vix adtigit, in medulla ſpinali tamen hominibus eſt uſus.* AMATVS BOVRDON *ita brevis, ut vix poſſit uſui eſſe* deſcript. anat. *p.* 370. H. RIDLEYVS *recte arterias cerebelli ſuperiores & cerebri poſteriores in origine ſua pinxit, & vertebralium curvitatem, circulumque* WILLISII, *plexum etiam incumbentem opticis thalamis, anguſtum quidem nimis, tamen delineavit.* VERHEYENIVS *eundem plexum atque arteriolarum truncos expreſſit, qui eum adeunt, pleraque vero a* WILLISIO *ſumſit.* F. RVYSCHIVS *baſeos cerebri egregiam, ad cerebrum arte ſua ſiccatum, iconem dedit.* I. E. WREDE *Carotidis internae deſcriptionem minime malam reliquit, ophthalmicam arteriam a ramis minoribus orbitam adeuntibus diſtinxit, plexus Choroidei duas origines ſeparavit.* I. B. WINSLOW *minus plene in his vaſis verſatus eſt. Arteriae Baſilari, quae in quatuor ramos principes finditur, non plures quam duos tribuit, arterias cerebelli inferiores non definivit, neque ſurculos ad plexum Choroideum euntes. Carotidi externae arteriam oculi adſcripſit, eam enim & reliqui ſurculi, & inprimis ramus foraminis orbitarii prodit. Hujus viri deſcriptionibus recentiores Galli vix quidquam addiderunt.* IOHANNES BONHOMME *icones non valde divites rebus novis, tamen proprias dedit, & quatuor ramos vertebralis arteriae retinuit. Sermo ipſe* WINSLOWVM *exprimit* Cephalotomie *p.* 287. *ſeqq.* ILL. MECKELIVS *arterias receptaculi deſcripſit. Nos varia minutius ſumus perſecuti, & nomina rebus inpoſuimus, quorum ſumma neceſſitas eſt, cum iis deſtituti ſcriptores vix intelligantur. Maluimus etiam novas vaſorum ſpinalium tabulas dare, quae ſimplices eſſent, atque in ſitu omnia exprimerent. Neque omittendum cenſui, anno* 1753. *vix ingreſſo me hanc hiſtoriam deſcripſiſſe, licet ob diſceſſum meum in patriam ſerius ſub prelum miſſa ſit. Bernae die* 25. *Ian.* 1754.

Hac parte operis noſtri hiſtoria carotidis in primis internae continebitur, poſtquam externam tertio faſciculo deſcriptam dedimus. Adjicimus tantum de ſpinalibus arteriis, quantum ad arterias medullae dorſalis pertinet, et intercoſtalium & lumbalium vaſorum anatomen ultimo demum iconum faſciculo adjiciemus.

Internam Carotidem, *cerebralem* ſoleo vocare, quod omnino, ſi minute rem ipſam ſcrutari placet, interna dici nequeat, quae potius, ut ſaepe monuimus, poſterior atque exterior ſit. *Ic. art. pharyng.* p. 2. *Comm. Boerh.* T. II. p. 341. Major autem ſit, an minor, is demum definiverit, qui multa cadavera diſſecuit, atque obſervationes numeroſas collegit. Nempe, quoties thyreoidea ſuperior arteria continuo cum externa carotide & trunco provenit, toties etiam arteria carotis interna, quam externa, aut major eſt, aut fere aequalis. Ii caſus cum Cl. HVBERO conſentiunt *Epiſt. de orig. nerv. intercoſt.* p. 6. Quoties vero, ſed id frequens eſt, arteria thyreoidea ſuperior prima de trunco ſecedit, atque aliquo demum abinde intervallo, truncus in cerebralem & externam finditur, toties utique cerebralis eo trunco major eſt, quem externum vocant, & qui in hac fabrica thyreoideam non producit. Quando denique arteriae carotidis communis truncus ita dividitur, ut cerebralis ab externa ſecedat, haecque pluſculis ab ea diviſione lineis demum ſuperiorem thyreoideam educat, toties haec carotis externa etiam cerebralem mole ſuperat, cum thyreoideam nunc ſola generet. Vide *Ic. pharyng.* p. 2. n. 4. & conſentientem I. MARIAM LANCISIVM apud MORGAGNVM *Adverſ.* V. T. 2. f. 1. S vero quaeras, quae arteria vera continuatio trunci carotici ſit, & in quam ſanguis irruat rectius, qui ex corde prodiit, nullum utique dubium eſſe poteſt, quin ea praerogativa externae carotidi debeatur, a qua ſemper, ad latera interna & cerebralis, ut ramus a trunco, ſecedere mihi viſa eſt, ut nullum exemplum contrarium animo meo occurrat. Conf. I. B. WINSLOW *Expoſ. Anatom.* III. n. 50. 71. SYLVA *de la ſaignée* T. I. f. 2. Quae adeo phyſiologi de praeſtantia ſanguinis cerebralis prae ſanguine carotidis externae reliquerunt, eorum quidem omnium nihil mihi firmum, aut omnino probabile videtur.

Adſcendit autem Carotis per rectum majorem capitis muſculum multa celluloſitate & huic muſculo innexa, & anterius cum vicinis nervis, maxime octavo & magno ganglio nervi intercoſtalis. Hanc *Vaginam* Cl. I. ERNESTVS HEBENSTREIT dixit in *progr. de vaginis vaſorum*, & Cl. HVBERVS l. c. p. 23.

Prius vero quam adtingat canalem ſuum, ſaepe, neque tamen ſemper, inflectitur. Neque enim in aliis adultis, non paucis numero, corporibus, neque in eo, quod coram eſt, huiusmodi flexionem vidi, uti monui in *ic. art. phar.* p. 2. Neque exſtat in clarorum virorum nonnullis iconibus, uti EVSTACHII, CASSERII, VESALII, VERHEYENII. Nullam etiam flexionem icon habet, quam dedi in Faſc. III. tab. I. Utique tamen non infrequenter reperitur, in junioribus inprimis corporibus, flexio non modica carotidis cerebralis, fere eo modo, ut extrorſum eat, hinc contra ſe ipſam antrorſum deſcendat, atque iterum ad canalem ſuum paulum retrorſum adſcendat, utroque flexu conjuncto celluloſae telae ope, & ſibi parallelo. Alias primo ſurſum introrſum, hinc antrorſum deorſum, porro antrorſum & ſurſum, denique retrorſum & ſurſum ivit. Alias antrorſum transverſim, tunc ſurſum iterum & retrorſum: alias antrorſum hinc ſurſum, atque denuo antrorſum inceſſit. Alias fere ſpirae ad modum ſurſum, hinc introrſum, inde deorſum, porro extrorſum & ſurſum, migravit. Alias extrorſum, introrſum, iterumque extrorſum, adſcendit, ut omnino non conſtans hic fabrica ſit. Valde ſubitam & vehementem flexionem expreſſit COWPERVS apud IACOBVM DRAKE T. XX. n. 13. acutius quam in magno opere app. ad BIDL. T. III. Haec flexio, ut fere in corpore humano ſolent, pendet a celluloſitate, quae arteriam contrahit & frenat, atque deleta ea celluloſitate ſolvitur etiam gyrus & arteria recta fit. Contra injecto ſebo, ut vehementer turgeat arteria, flexio una augetur, atque auctior fit. Videtur ergo manifeſto ideo nata eſſe, ut longior arteria ſanguinis majori vi ſubeuntis majorem portionem recipere poſſit. Ad inpetum etiam ſanguinis minuendum factam eſſe COWPERI opinio eſt ad BIDLOVM T. VI. f. 6. idemque eo loco addidit Carotides dilatari, quod neſcio an facile ſit oſtenſu *Phil. Tranſ.* n. 280. Habet etiam hunc flexum WINSLOWVS l. c. n. 71. & I. M. LANCISIVS *Advers. anat.* V. T. 2. f. 1. brevem valde, & Cl. NICOLAVS le CAT ic. ad p. 299. *Tr. des ſens* inſigniter planum, & Cl. HVBERVS l. c. p. 8. valde vero ſpiralem Ill. MECKELIVS in tabula nervi quinti paris. Valde etiam flexam carotidem pinxit Cl. C. H. VELSE in obſ. 8. ad diſp. *de ingreſſu inteſtinorum.*

Ramos carotidem ſub cranio nullos edere, & ſemel occipitalem inde natam eſſe, alias monui *ic. pharyng.* p. 2. ſemel etiam pharyngeam ad lineae diſtantiam ſuper diviſionem trunci natam vidi.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 382 sur 543

Et nunc canalem petroſi oſſis arteria carotis ſubit, quem canalem dura membrana, continuata cum perioſteo exterioris partis capitis, undique oblinit, ut inter eam duram membranam & carotidem tantillum ſpatii celluloſitate pleni ſit, a quo radix utraque nervi intercoſtalis, profunda alia, altera conſpicua, tum vena nonnunquam incedit, quae ſanguinem a receptaculo ad latus ſellae equinae ad venas externas capitis ducere poteſt. Vaginam iſtam auctores paſſim dixerunt COWPERVS ad BIDLOVM T. 6. f. 6. Cl. NICOLAVS le CAT l. c. VIEVSSENIVS p. 31. WILLISIVS p. 54. HEBENSTREITIVS aliique. Cum eam Carotis utique deponat, factum eſſe videtur, ut arterias cerebri membranam muſcularem exſuere plerique ſcripſerint. Intercedere autem inanitatem aliquam, neque foramen carotidis ab arteria repleri, ut Cl. A. FRIDERICVS WALTHERVS ſcripſit *de ſcarif. occip.* X. non credo admitti poſſe. Vacuum enim ſpatium, quod natura feciſſet, non potuerat non arteria ipſa in non reſiſtens inane dilatata occupaſſe.

In eo nunc canale altera perpetua obtuſa flexio carotidis eſt, quam ipſa oſſei canalis neceſſitas facit. Prima nempe pars ejus canalis recta ſurſum it, ut tamen una leniter antrorſum inclinet. Altera antrorſum inprimis, & ex anteriori termino paulum tamen ſurſum meat. Tertia pars adhuc in oſſe petroſo ad obtuſum cum priori angulum ſurſum it & antrorſum. Has flexiones non bene aut WILLISIVS aut BIDLOVS expreſſit T. 6. f. 6. rectius Ill. MECKELIVS, & nos etiam in *art. maxill. internae* icone. Neque enim hic multum natura ludit, ut in oſſea parte.

In angulum petroſi oſſis, quem prima pars canalis cum ſecunda intercipit, irruit ſanguis, qui a corde ad caput fertur, atque in violentioribus febribus adeo vehementer inpellitur, ut manifeſto caput ſuccutiat. Unde non obſcure utilitas ejus flexionis intelligitur. Eo enim inpetu, ſi ad cerebrum ſanguis inpelleretur, quo in oſſeum parietem illiditur, non poſſent non varia inde mala ſequi, in tanta mollitie cerebri, vaſorumque encephali. Nunc per totum caput pars hujus motus diſtribuitur, & quaſi abſorbetur.

In ipſo canale arteriolam nonnunquam dedit ad promontorium & tympanum, dictam etiam VALSALVAE T. VII. f. 1. quae cum ramulo meningeae fiſſuram ſubeuntis aquaeductus, in ipſo promontorio anaſtomoſin habet. Canalis autem ipſe ejusmodi eſt, ut pars inferior cum ſulco in latere ſellae equinae inſcripto continuetur, pars ſuperior prima aperiatur, atque porro absque oſſe ſit, ſolaque dura membrana tegatur, dum inferior in oſſe nititur. Neque absque exemplo eſt, laminam oſſeam ex latere canalis exteriori efflorueſſe, atque pontis modo partem aliquam aperti meatus texiſſe. Talem fabricam Cl. olim Vir I. T. CRELLIVS in E. N. C. Vol. IX. obſ. 56. deſcripſit. Margo etiam receptaculi, quem dura membrana ſuper ſextum nervum perficit, frequenter variae molis ſquama oſſea augetur & confirmatur, quae in ea ſede durae membranae enaſcitur, & qualem coram video, uncia non breviorem. Haec ſunt *oſſicula ſeſamoidea*, non commodiſſime dicta RIOLANO, quae in carotidis arteriae per cranium tranſitu ideo ſcripſit poni, ut ea arteria aperta maneat *Enchir. Pathol. p. 253.* Haec etiam ſunt *oſſicula parva in carotide* CORTESII *Miſcell.* Dec. I. c. 7. qui idem in hac etiam ſede carotidum cellulas nobis non notas habet. Nos aliquoties vidimus.

Deinde ubi jam in cranio carotis eſt, hinc ſemicanali oſſeo ſenſim explanato excepta, inde durae membranae lamina interiori, multo circumdatur ſanguine, qui ad usque angulum adſcendentis tertiae partis canalis oſſei cum transverſa ſecunda continuatur, aut certe a me viſus eſt continuari. Id receptaculum *ad latus ſellae equinae* VIEVSSENIANVM *eſt*, cujus eam partem tangemus, quae ad carotidem pertinet. Sanguinem autem eo receptaculo vere contineri in celluloſis laminis fibrisque irretitum, & res ipſa declarat & cera pro ſanguine poſt repletas venas in id receptaculum effuſa. Recte ergo ſinubus accenſuit primus, ni fallor, RAYMVNDVS VIEVSSENS, neque bene RIDLEYVS negavit ſanguinem recipere. c. V. Conf. *Comm.* BOERH. T. II. p. 361. Eum denique ſanguinem propria vena avehit, olim nobis dicta *Comm.* BOERH. p. 343. ſodalis arteriae carotidis.

In ejus receptaculi anteriori fine iterum inſignis arteriae carotidis flexio eſt. Quae enim oblique ſurſum & antrorſum ibat, ea quando venit ad proceſſum clinoideum poſticum, erigitur & recta adſcendit, inde vero transverſim antrorſum tendit, cum aliqua nonnunquam quaſi ſerpentina undulatione, ſurſum & deorſum facta, ad usque proceſſum clinoideum anteriorem, inde tecta eo proceſſu, recta demum ſurſum it, tunc vero retrorſum ſurſumque reflectitur atque ita perforat durae membranae laminam interiorem, & nunc in ea cavitate eſt, quae dura membrana cerebri undique continetur. Perforat autem utique, ut undique dura membrana parietibus carotidis adhaereat. Alias paulo minus flectitur, ut directio, quae antrorſum eſt, potius ſurſum vertatur, & una modice antrorſum. Satis accurate hanc flexionem Cl. WEPFERVS exprimit *de apoplex.* p. 38. aliter & minus fere commode COWPERVS apud DRAKIVM T. XX. n. 14. Nimis plana eſt icon WILLISII p. 66. f. 1. Aliter pinxit Cl. GAVTIER *Tr. de la tête* T. III. f. 2. paulum nimis introrſum primo, caeterum ſatis recte. Conf. *Tab.* noſtram *baſeos cranii.* d. addendo eam partem, quae adhuc dura membrana tegitur. Conf. etiam Cl. WINSLOW n. 73.

Etiam

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 383 sur 543

Etiam ibi latiorem carotidem esse, IDEM, quem modo laudavi, WEPFERVS jam monuit.

Rete mirabile eo loco nasci veteres reliquerunt & inprimis GALENVS, quod contineat in orbe glandulam, & retro longissime pertingat, toti cerebri basi substratum, compositum ex plurimis accumulatis retibus, non separabilibus, ex arteria inprimis carotide natum apud ORIBASIVM p. 20. tum *de utilit. part.* L. IX. c. IV. & de HIPP. & PLAT. *decret.* L. VII. c. 3. A GALENO descriptio ad totam scholam transiit, recepta, ut solebat, ab omnibus medicis. Primus edoctus a natura IACOBVS BERENGARIVS CARPENSIS fassus est, se sibi in eo rete non satisfacere, neque certum aliquid invenire. Carotidem vero omnino non dividi, ut in se ipsam redeat, ad MVNDINVM p. cccclix. in osse basilari autem omnino rete mirabile nullum reperiri p. ccccxxxi. 6. & in *Isag. anat.* p. 57. NICOLAVS MASSA rete ita confirmavit, ut inane viderit, in basi cranii *Introduct.* p. 89. b. 90. quem virum vehementer suspicor, nervum quinti paris in receptaculo vidisse, cum rete *fibrarum simile* faciat. Aliud autem rete, diversum a mirabili, ex ramis Carotidis arteriae & jugularis venae idem componit, quod non valde intelligo p. 89. b. VESALIVS in bove rete mirabile adgnovit L. VII. f. 17. ex homine rejecit ib. C. XII. Contra IACOBVS SYLVIVS, ut solebat, audax adfirmavit, semper reperiri *Isag. anat. L.* III. c. 21. Modestior FALLOPIVS, umbram retis ex minutis Carotidis propaginibus factam unice admisit *Observ. anat.* p. 133. I. PHILIPPVS INGRASSIAS in homine adseruit, a se ipso visum. R. COLVMBVS, fere ut FALLOPIVS, arteriolas quasdam admisit, nihil ultra *de re anat.* p. 184. FALLOPIVM, ut solet, sequitur VIDVS VIDIVS, umbram nempe, dum sub dura matre arteria latet, adparere L. III. c. 16. p. 137. Icon vero T. 27. f. 2. omnino est ramusculorum carotidis, qui infundibulum & nervum opticum adeunt. VOLCHERVS COITER in homine minus manifestum esse, in quadrupedibus conspicuum, exque nervis tertii & quinti paris factum scripsit, ut confirmaret meam de MASSA conjecturam *Observ.* p. 123. FALLOPIVM C. BAVHINVS sequitur *Theatr. anat.* p. 296. Contra SPIGELIVS reperiri in homine, etsi minus sit, contra VESALIVM adfirmavit. L. X. p. 317. I. RIOLANVS, ut erat perpetuus GALENI defensor, utique scripsit reperiri, quid esset, non scripsit, cum tamen *in os puncta s. fossulas* habere scribat *anthrop.* p. 261. Vascula carotidis ad duram membranam euntia videtur intelligere. GVERNERVS ROLFINCKIVS duplex omnino rete fecit, unum ad basin calvariae, Galenicum, alterum ad basin cerebri *Diss. Anat.* p. 1217. Inde I. I. WEPFERVS scholarum figmentum mascule refutavit *de apoplex.* p. 34. 388. *de cicuta aquatica* p. 115. tum SCHNEIDERVS *de catarrhis* L. II. c. 18. & GLASERVS *de cerebro* p. 14. DOMINICVS de MARCHETTIS fere FALLOPIVM sequitur p. 125. & obscurius se rete vidisse DIEMERBROECKIVS reliquit p. 363. 364. natum ex utraque carotide, earumque commistis ramis, brutis animalibus, ut videtur, usus. THOMAS WILLISIVS ex vitulo depictum dedit T. ad p. 56. f. 3. inque animalibus, ut se habeat, exposuit: ex arteriis nempe multis, venis paucis, & fibris nervosis fieri, ut tamen arteriae iterum coeant, inque herbivoris animalibus majus esse monuit p. 31. in homine & equo nullum reperiri, recte fassus est. Et nos etiam in animalibus ruminantibus singularem utique arteriarum plexum vidimus. A carnivoris abesse PARISINI auctores sunt, in tigride & leone, tum in castore & elephanto ex herbivoris. RAIMVNDVS VIEVSSENS, ut antiquum nomen retineret, explicavit de arteriolis ad nervos opticos, receptacula, pituitariam glandulam, plexus nervi quinti paris osque spongiosum adeuntibus, in homine exiguis *Neurograph.* p. 44. praestitisset autem nomen brutis animantibus reliquisse, quibus convenit, homini demsisse, cui minime respondet. H. RIDLEY retinet rete mirabile in ea sede, qua sinum circularem respicit, inter glandulam pituitariam & carotidem *of the brain* p. 64 & similes procul dubio, quales VIEVSSENIVS, arteriolas intelligit. Sed etiam RVYSCHIVS vascula aliqua (*Epist. Problem.* T. XIII. ad T. I.) pro rete habet, ad nervum opticum & infundibulum euntia, atque alias iterum arteriolas COWPERVS pro rete mirabili admittit apud DRAKE ad E. E. quae, si recte picta sunt, ea esse videntur, quae ab arteria basilari ad pontem exeunt, in descriptione vero ad Tab. 89. BIDLOI sunt ramuli carotidis, juxta sellam equinam orti. Quid velit Cl. LITTRE, quando rete mirabile ex ramo primo quinti paris sextoque & arteriis componit *Mem. de l' Acad. des Sciences.* 1707. p. 128. id non facile intellectu est, arteriolas enim ad infundibulum vidimus, nervos ejus glandulae arduum fuerit ostendisse. Et, ut taedioso labore denique defungar, praestat omnino hoc nomine abstinuisse, cui erroneam ideam veteres adfinxerunt. Physiologicas etiam utilitates omnino omisisse oportet, quas veteres valde singulares, huic plexui adscripserunt. RVYSCHIANA vero vascula, quae pro rete esse CLARVS Vir suspicatus est, non alia mihi innotuerunt unquam, nisi ea sumas esse, quae nunc dicam. Ad infundibulum nempe ex carotide interna, exque facie interna transversi stadii hujus arteriae, in ipso receptaculo arteriola venit, & ad glandulam pituitariam. Ea vel communi trunculo cum arteria anteriori receptaculi oritur, vel posterius demum aliquanto nascitur. Dat etiam durae membranae, & ramulum cum sexto pare venientem. Ejusmodi vascula glandulam pituitariam adeuntia habet R. VIEVSSENS T. XVII. f. I. p. 44. & WILLISIVS p. 30.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 384 sur 543

Deinde *arteriae receptaculi*, quod ad latus sellae equinae est, plerumque duae reperiuntur. Earum *posterior*, saepe minor, ad partem receptaculi posteriorem, & processus cognominis clinoideos, nervique sexti regionem, & ad processum occipitis cuneiformem abit, ubi luculentam depinxit Cl. GAVTIER, longe lateque ad vertebrarum usque caveam, per duram membranam divisam *de la tète* T. III. f. 2. qua ratione altera admitti potest internae carotidis, cum vertebrali unio. Eadem arteriola inprimis etiam quinto nervo ramulos mittit, & denique sub glandulam pituitariam ramum in periosteum sellae turcicae, inque foveas ossis ibi conspicuas edit. Ejusmodi ramulos retrorsum euntes in substantiam spongiosam ossis dixit VIEVSSENIVS p. 44. Ramum etiam antrorsum & ad quartum nervum, processumque clinoideum anteriorem eadem dare visa est. Contra ramum glandulae pituitariae alias anterior arteria receptaculi generat. Haec est *arteria receptaculi posterior* Ill. MECKELII l. c. n. 35. etsi rami paulo aliter describuntur, quam a nobis, uti fere in his minutiis solet natura ludere.

Anterior vero *receptaculi arteria* super radicem nervi intercostalis ex carotide nata, causa fuit, ut dudum sum suspicatus (diss. de *vera orig. nervi intercostalis*) fingendi rami, qui ab ophthalmico quinti paris ramo ad intercostalem nervum efficiendum descendat. Ea nervum tertium, quartum, quintum, ejus tres ramos, vicinamque duram membranam adit. Est *anterior* MECKELII n. 35. *ramuli ad quintum nervum* VIEVSSENII p. 44. Nunc coram ita video dividi. Ramus *primus* cum sexto pare antrorsum it, versus orbitam, huic nervo & ophthalmico ramo quinti paris & angulo durae membranae orbitae proximo inpensus. *Alter* exterior surculus secundum quinti ramum & cum eo duram membranam retro orbitam adiit, ad duos fere pollices late sparsus. *Tertius* tertium quinti ramum subiit, atque duram matrem supertensam cranio retro Carotidis ingressam. Est etiam, ubi unicum pro duabus arteriis receptaculi trunculum vidi, qualis pictus est in *ic. baſ. cran.* Caeterum eaedem arteriae sunt, quas ad duram membranam a carotide ire scripsit I. ERNESTVS WREEDE. T. VIII.

Alias non modicus ramus ab ophthalmica ad receptaculum redit, nervumque quintum & duram membranam adit, qualem etiam Cl. MECKELIVS dixit l. c. p. 24. Tum ramuli aliqui meningeae arteriae ab ophthalmica natae, per duram membranam euntis, ad ingressum carotidum cum arteriis receptaculi innectuntur. Vide GAVTIER *anat. de la tète* T. 3. f. 2. A meningea etiam media maxillaris internae propagine, ad duram membranam partis posterioris receptaculi truncumque quinti nervi ramus it, non exiguus, qualem etiam Cl. MECKELIVS eodem loco habet, ut ramulos maxillaris internae omittamus, qui nervorum sodales in receptaculum veniunt, cumque ejus arteriolis communicant.

Deinde in angulo, quo arteria carotis interna ab osse multiformi recedit, edit eadem in canalem sphenoideum, arteriam, quae sodalis exterior & inferior nervi optici est, & *ophthalmica* vocatur, de qua porro suo loco dicemus. Duos pro una ramos aliqui recentiorum ad orbitam ducunt, ad oculum unum, alterum ad adipem oculi, ut I. ERNESTVS WREEDE T. VIII. WINSLOW n. 74. BARBAVT p. 392. & alii; & olim DOMINICVS de MARCHETTIS ramum cum secundo, ut ipse vocat, pare, quod nobis tertium est, peculiari foramine ad oculum deduxit. *Anat.* p. 107. Ita neque in homine unquam duas carotides communicasse vidi transverso ramo, qualem ex equo WILLISIVS p. 56. f. 2. p. 37. ex homine GAVTIER expressit T. 3. f. 2. c c atque Cl. ESCHENBACHIVS p. 818.

Quando vero carotis duram membranam perforavit, solet in ea sede, prius quam findatur, carotis arteria ramulos numerosos & confertos edere. Inter eos datis nervis opticis & infundibulo, major etiam aliquis glandulae pituitariae unum alterumque ramum dat, diversos ab iis, quos in receptaculum dedit. Ab hoc etiam indiviso hactenus trunco carotidis saepe ad plexus Choroidei finem inferiorem & anteriorem surculus ivit non minimus, qui transcrura cerebri dum incedit, sodalis orientis nervi optici huic minimas propagines varias mittit, dictas etiam Cl. TARINO *anthrop.* T. II. p. 34. Quinque enim in uno latere ramos plexus Choroidei saepe reperio, hunc, qui a carotide venit, alium a circulo WILLISII natum, & tres ab arteria vertebrali, ejusque ramo profundo cerebri missos. Est tamen, ubi hae ultimae solae adsunt & nihil a carotide accedit, est ubi numerus truncorum a vertebrali natorum minor est.

Inde vel eodem loco, quo prior ramus, vel paulo post, nascitur *arteria communicans*, sive ea, quae *circulum* WILLISII facit, quae modo major est, ut in icone VESLINGII c. XIV. T. 3. f. 3. & WILLISII T. I. & VERHEYENII T. 17. f. 4. si cum ramo anteriori & posteriori comparaveris & BIDLOI T. 9. f. 1. quae omnino nimia est & COWPERI app. ad BIDL. T. III. & BOVRDONI T. 8. f. 1. Alias minor reperitur, ut apud VIEVSSENIVM T. 4. b. b. RIDLEYVM, RVYSCHIVM, I. BONHOMME & I. B. MORGAGNVM *Adverſ. anat.* VI. p. 6. Perpetua tamen est, etsi ludere diametris certum est, & magnam modo, alias exiguam reperiri, inque utroque etiam ejusdem cerebri latere diverso diametro esse. Eam arteriam cum vertebralibus communicantem primus, ni fallor, CASSERIVS icone expressit L. X. T. 9. f. 2. & Tab. X. quem imitatus est paulo post VESLINGIVS. WILLISIVS nomen inposuit. VERHEYENIVS figuram ex

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 385 sur 543

ex ſitu diſtractam dedit. RIDLEYI f. I. icon cæterum ſatis apta eſt, niſi quod circulum habet minimum. DRAKIANA obſcura eſt, RVYSCHII figura inter optimas locum meretur *Epiſt. anat.* T. XIII. & harum arteriarum flexiones exprimit. CHESELDENIVS non bene ipſos ramos anteriores arteriae baſilaris carotidis truncis inſertos pinxit III. T. XVI. In icone IOHANNIS BONHOMME nimis breves rami ſunt. Situ moti ſunt & nimis propinqui in Tab. VIII. f. I. GAVTIERII. Neque bona eſt icon CLAVDII NICOLAI le CAT, qui & brevem ramum fecit, & prius ex arteria carotide natum, quam flecteretur. WINSLOWVS communicantem a poſteriori potius trunco carotidis jam diviſae derivat, quod minime infrequens eſt. Nos mediocritatem quandam ſecuti ſumus, alias recta, alias ſerpentina, etſi curva, recta parando fit.

Retrorſum autem & introrſum fertur, atque latera mammillarium utrinque eminentiarum praetergreditur, atque ad tres fere lineas a diviſione ramis cerebralibus arteriae vertebralis inſeritur. Liberrimum commeatum ſanguini praeſtat, ut a carotide in vertebralem retrorſum ire, aut a vertebrali in carotidem vehi queat, uti hic illicve minor reſiſtentia fuerit, duaeque hae adeo arteriae fere pro uno trunco haberi poſſint.

Ab ea communicante arteria rami veniunt numeroſi, dum ſecundum corpora mammillaria retrorſum it. Aliqui adeunt eminentias mammillares, alii nervum opticum, alii inter nervum eum & crus medullae oblongatae anterius ad id crus ſe demergunt, alii, aliquot omnino, id crus adeunt, quales cum ſimilibus ramis arteriae poſterioris cerebri profundae uniuntur. Alius, niſi a carotidis trunco jam ortus eſt, uti diximus, cum nervo optico ad plexum Choroideum venire ſolet, datis ad eum nervum & ad ſedem unionis utriusque dextri & ſiniſtri nervi ramo. Hujusmodi ramum habet T. WHARTON *Adenogr.* p. 159. & I. ERNESTVS WREDEN T. 14. &c. Vidi grandem hanc arteriam, & unicam, & tres uncias longam fuiſſe. Denique ramus aliquis ad thalamum nervi optici profunde per ipſam cerebri medullam adſcendit, atque per eam medullam excurrit ad ſedem usque, quae eſt ſub ſtriato corpore.

Data communicante, truncus carotidis nonnunquam iterum ramum prius dat, quam findatur, nempe arteriam choroidei plexus, inſignem nonnunquam & majorem, quam eae, quae ex vertebrali prodeunt, vel una praeter eam prius dictam, vel ſolam, cum iſta deſideretur. Ea cum nervi optici origine trans medullarem cerebri pedunculum advenit, dans utrique. Hunc ramum videtur deſcripſiſſe MICHAEL LYSER in *cultro anat.* p. 109.

Tunc dividitur Carotis interna, atque in anteriorem & poſteriorem truncum ſecedit ſatis perpetuo, ut varietatem non viderim, in angulo diviſionis lobi poſterioris & anterioris cerebri, niſi quod ea diviſio vel trivium fecerit, quando eodem loco, quo anterior truncus a poſteriori ſecedit, etiam communicans arteria, naſcitur, vel quadrivium, quando ibidem praeterea arteria plexus choroidei provenit. Habent eam diviſionem plerique ſcriptores, ab ipſo retro VIDO VIDIO. I res vero ramos eſſe carotidi anteriorem medium & poſteriorem, ut Cl. WINSLOWVS nonnunquam vidit T. IV. *anat. de la Tete.* n. 167. & PETITVS apud PALFYN. *anat. Chir.* II. p. 364 ego quidem non invenio, etſi reperiri non nego.

Anterior carotidis internae ramus ſive *arteria corporis calloſi* ſemper poſteriori minor eſt, perpetua tamen. Primam ejus memoriam apud FALLOPIVM reperio, cui eſt *ramus interior Obſſ. anat.* p. 133. b. VIDVS VIDIVS non bonam quidem, ejusmodi tamen iconem dedit, ut adgnoſcas T. 27. f. 2. *α*. *β*. Meliores figuras ſculpi curavit IVLIVS CASSERIVS, variasque regiones hujus trunci delineavit, originem L. X. T. 9. f. 2. H. H. & T. X. & decurſum ſecundum corpus calloſum in T. III. IOHANNIS VESLINGII utraque icon ex CASSERIO eſt c. 14. T. I. f. 2. & T. 3. f. 3. Inde has arterias uberius deſcriptas dedit I. IACOBVS WEPFER cum nomine *rami anterioris, de loco affecto in apopl.* p. 106. ſeqq. THOMAS WHARTON *ramos anteriores carotidis dixit, qui ſub falce reflectuntur ad poſteriorem partem cerebri Adenograph.* p. 159. ramosque addidit ad plexum choroideum euntes. THOMAS WILLISIVS origines habet & anaſtomoſin T. I. & *anteriores* dixit leviterque deſcripſit: rectius, ut ſolet, VIEVSSENIVS p. 32. BIDLOI icon non bona eſt. T. 9. f. I. neque valde utilis VERHEYENII T. 17. f. 4. COWPERI aut DRAKII delineatio praeter anaſtomoſes non optime naturam imitatur, cum nullam ſitus rationem ſervet. In CHESELDENII figura arteria noſtra T. XVI. *Anat. of human body.* ed. III. reflexa, cum multis ramis pingitur. Eſt *værderer Aſt* I. E. WREDE T. VIII. & LAD. KVLMUS p. 80. *la branche anterieure* I. BENIGNI WINSLOW & eorum, qui hunc auctorem ſecuti ſunt T. III. n. 76. ſqq. T. IV. *de la tête* n. 161. In ſuo ſitu una cum corpore calloſo pinxit Cl. GAVTIER *Anat. de la tête* T. IV. & inferiorem partem expreſſit Cl. HEVERMANN *Phyſiol.* P. II. T. 8.

Ab origine ſua recta fere introrſum & paulum una antrorſum incedit T. I. W W. Edit multos ſurculos lobo anteriori cerebri, antrorſum extrorſum euntes T. I. inoſculatos etiam ramis aliorum truncorum carotidis, trans cerebri anteriorem marginem. Tales WEPFERVS p. 109. & WILLISIVS p. 8. deſcripſit, & alibi addidit ad criſtam galli quaſi ferri, inde vero interſtitium cerebri adire pag. 5. Hi ſunt *laterales duo*, ut creditur, VIEVSSENII. Hic eſt

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 386 sur 543

le premier WINSLOW III. n. 77. IV. n. 165. Habet BONHOMME T. IX. L. L. & in T. XI. absque numero. Duos fecit GAVTIER *anat. de la tete* T. IV. 17. 18. Unum RVYSCH in *epiſt.* T. XIII.

Alios dat ad ſuperiorem partem nervorum opticorum jam diviſorum, capillares ſurculos atque alium inſignem ad nervum olfactorium adque vicinum cerebri lobum anteriorem, cujus ſurculos expreſſit RVYSCHIVS l. c.

Inde communicat cum ſodali alterni lateris ramo inſigni, lato brevique T. I. Eam conjunctionem FALLOPIVS dixit p. 133. b. VIDVS VIDIVS utcunque expreſſit l. c. neque multo melius CASSERIVS L. X. F. X. C. WEPFERO ea unio dicta eſt p. 109. & a WILLISIO picta T. I. R. a VIEVSSENIO vero T. V. p. 32. & a VERHEYENIO T. 17. f. 4. CHESELDENIO T. XVI. ad 4. WINSLOW. III. 76. IV. 167. Longiorem nobiſcum fecit Cl. BONHOMME. XI. nimis vero brevem, & qualem antiqui T. XI. ad N. Aliquando hanc anaſtomoſin duplicem eſſe vidi. Duplicem etiam fecit IACOBVS DRAKE T. 20. & Cl. HEVERMANNVS l. c. Ex ea unione ramus adſcendit in ventriculi quarti anteriora, venitque ad fornicis partem cavam adque cerebri medullam, ante commiſſuram anteriorem, eamque ipſam commiſſuram T. I. A. T. III. p. 9. & ad anteriorem partem ſepti lucidi.

Inde pergit truncus ſurſum ad ſuperiorem anteriorem finem corporis calloſi T. II. edit, dum eo ſe confert, ramos in lobum anteriorem cerebri, tam in faciem inferiorem, quae orbitae incumbit, quam in eam, quae alterum hemiſphaerium reſpicit.

Eorum aliquis etiam nervum olfactorium adit, eumque comitatur, niſi prius, uti diximus ea arteriola nata eſt T. I. ad Ξ VIEVSSENS p. 32 qui ad nares venire addit. Ego, ut eo non deduxi, ita non negavero eousque ferri. Idem duos comites hujus nervi trunculos expreſſit T. 17. f. 1. e. e. e. e. Breviores etiam facit WINSLOWVS n. 76. ſat magnos GAVTIER T. 8.

Alius ramus ante commiſſuram anteriorem cerebri in ſedem cerebri it, quae ante fornicis crura eſt, & ad ipſa ea crura anterius, & ad commiſſuram cerebri venit. Aliquando oritur prius, & ex ortu arteriarum calloſi corporis, alias ex ipſa, uti dixi, arteria anaſtomotica arteriarum calloſi corporis. Pictus eſt T. II. ad Υ. T. III. p. q. Hae ſunt *exiles propagines, quae anteriores cerebri ventriculos ſub ingreſſae parietes eorum & ſeptum lucidum alluunt, ad unum in plexus choroideos deſinunt.* VIEVSSENII p. 32. quem ego finem non vidi. Duos credo a DRAKIO pingi l. c. Eſt ramus ad ventriculum anteriorem I. E. WREDE T. VIII.

Quando truncus nunc corpus calloſum adtigit, dat maximos ramos cerebri anteriori ſedi, gyriſque modo ſummis, modo gyrorum fundo, in origine enim ſua arteriae cerebri fundo propiores, in progreſſu in ipſa ſuperficie ſolent incedere. Hi rami in univerſum extrorſum eunt, cumque ramis poſterioris rami carotidis internae introrſum tendentibus plurimis locis inoſculantur.

Truncus porro praecipuus (VIEVSSENS p. 32. *le ſecond* WINSLOW III. 77. IV. 168.) circa corpus calloſum retrorſum reflectitur, ita, ut dexter ramus ſiniſtro vicinus & in univerſum parallelus ſit. Convergentes quidem expreſſit CASSERIVS, divergentes potius rectius VIEVSSENIVS T. 3. cum calloſum corpus retrorſum lateſcat. Unum in ſitu longitudine corporis calloſi exhibet Cl. GAVTIER *anat. de la tète* T. IV. 19. & TARINVS *Advers. Anat.* T. II. f. 1. utraque. Suſpicio caeterum mihi eſt, a duabus iſtis arteriis corpori calloſo incumbentibus, aque earum pulſatione oriri duos corporis calloſi nervos. Verum opportunitate deſtituor, quae requiritur ad eam ſuſpicionem confirmandam.

Dum corpus calloſum ſequitur, ipſi incumbens, ramos numeroſos inpendit: ii rami in ſuperiorem cerebri ſuperficiem adſcendunt, extrorſum euntes & cum arteriae ramis, quae per foſſam SYLVII adveniunt, paſſim inoſculatur, uti dixi. Vide WEPFERVM p. 109. 110. qui diviſionem in ramum ſublimiorem & profundum adfirmat, nos non unum, ſed plures ſublimes ramos reperimus. Confer iconem TARINI apud GAVTIER l. c.

Denique anticae hae propagines Carotidis cis finem poſticum calloſi corporis, in vicinum utrinque cerebrum uno pluribusve truncis adſcendunt, & in id ipſum conſumuntur, in lobo poſteriori, factis anaſtomoſibus cum ramis arteriarum vertebralium eosdem lobos adeuntibus. Tales ramos ad lobum poſteriorem euntes pro uno trunco *tertii* nomine deſcribit WINSLOW III. n. 78. IV. n. 168.

Ultimi rami aliquando in falcem iverunt, inque principium tentorii, etiam WEPFERO obſervante p. 110. & VIEVSSENIO p. 32. WINSLOW. l. c. Caeterum penitus non ſolent totum corpus calloſum perambulare, partisque maxime poſterioris rami a vertebralibus aque plexu, qui pinealem glandulam tegit, advenire ſolent, & uniri iis, quos nunc a Carotide derivavimus. Aliter & ultra corpus calloſum provectas habet VIEVSSENIVS T. 3. neque diffiteor, ejusmodi reperiri.

Vidi aliquoties anteriorem carotidis ramum dextrum in cerebrum ejusque lobum anteriorem iviſſe, cum interim ſiniſter ſolus duas corporis calloſi arterias generaret, quae ſolito more ejus longitudinem retrorſum relegerunt. Inſertos vero ramos ſinui quarto nunquam vidi, dictos WEPFERO p. 40. neque eos, quos idem ad cerebellum protendi vidit, & his quidem fidem non denego, priores autem

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 387 sur 543

tem alibi refutavi. Certiſſimus enim vidi, cum arteriis felicius repletis, dura membrana tota rigeret ramis cranio inmiſſis, & cum eorum ramorum infinita vis de ſede ſinus falciformis exiret, ne guttam quidem ſebi in ſinum ipſum penetraſſe. Haec ideo monui, quia liquorem tenuiorem in ſinum eum ab arteriis exhalare, nuper repetierit VIR ILL. I. G. GVNZIVS. *de cerebro.* p. IX.

Ramus *poſterior internae carotidis* poteſt pro trunco haberi, cum anteriori perpetuo major ſit. Eum primus dixit FALLOPIVS, cui *ramus* eſt *exterior* p. 134. tum VIDO VIDIO T. 27. f. 2. *d.* Tantum ejus habet CASSERIVS, quantum a fiſſura SYLVII liberum eſt L. X. T. IX. in ipſa vero fiſſura eum numeroſis ramis pingit T. X. B. *Poſteriorem* rectius WEPFERVS dixit l. c. p. III. Satis bene expreſſit eum eodem nomine WILLISIVS T. I. R & repetiit, paucioribus cum ramis, quam veteres, VIEVSSENIVS p. 32. Nimis exiguam & minorem, quam arteria communicans, pinxit BIDLOVS T. IX. f. I. RIDLEYVS contra T. I. perinde ut VIEVSSENIVS grandem & omnino tanquam truncum carotidis, tum COWPERVS T. III. *append.* & apud DRAKE T. XX. CHESELDENIVS numeroſos ramos, ſed incerti finis & truncum juſtae molis fecit l. c. n. 3. Eſt *der hindere* I. E. WREEDEN ſatis bene, & I. ADAMI KVLMVS p. 80. *La branche poſterieure* WINSLOW III. n. 78. IV n. 169. breviter. *Externus* eſt IOSEPHI LIEVTAVD 405. Non incommode expreſſit I. BONHOMME T. IX. paulum dimotis lobis cerebri. Nihil addit Cl. TARIN *anthrop.* T. II. p. 35. In ſulco etiam delineavit Cl. HEVERMANN T. VIII.

Ceterum is truncus fere recta extrorſum it, & dat multos ſurculos minutos parti cerebri, quae anteriorem & poſteriorem lobum conjungit. Eorum ramorum aliquis nervi optici comes, non longe ab ortu ſuae arteriae natus, imam partem choroidei plexus adire ſolet, quae in cranium propullulat T. I. utrinque, ſola pia membrana tecta, inque eo plexu adſcendere, atque cum reliquis ejusdem plexus ramis, quos vertebralis arteria genuit, inoſculari. Ipſum ſurculum habet FALLOPIVS l. c. & VIDVS l. c. E. & ROLFINKIVS l. c. p. 1220. & WEPFERVS p. III. qui equidem plura noſtris addit, ramos nempe ad ſinum quartum, ad glandulam pinealem, & crura fornicis p. III. euntes, quos equidem nos a vertebralis propagine potius naſci vidimus. Eosdem pro unicis arteriis plexus choroidei deſcribit WILLISIVS p. 20. Habet etiam I. E. WREDE. Pinxi originem ad Δ. T. I.

Alii rami piam matrem, quae cerebri crura baſinque obducit, minimi & elegantiſſimi numeroſi abeunt, qui digni viſi ſunt WEPFERO *retis mirabilis* nomine p. III. 112.

Subit inde truncus *foſſam* illam SYLVII, ſive ſulcum cerebri profundiorem, tum ſuperficiali ramo, tum profundo trunco, qui retrorſum adſcendit. Eum anfractum deſcripſit FRANC. SYLVIVS de le BOE, dixitque ad oculorum radices incipere, & ſecundum tempora ultra radices medullae retrorſum pergere. *Diſſ. anat.* n. IV. & apud BARTHOLINVM *anat. ranar.* p. 470. Lobum autem cerebri poſteriorem ſeparari ab anteriori, hujus ope arteriae VIEVSSENIVS auctor eſt p. 33.

Ramos edit porro innumerabiles ad lobum anteriorem & poſteriorem cerebri euntes per ſuos ſulcos, quorum qui ſuperiorem ſuperficiem conſcendunt, retrorſum eunt, occurruntque ramis, qui a ſodalibus calloſi corporis naſcuntur, poſteriores vero cum arteriis a vertebrali natis irretiuntur. Ab iis ramis illi plerique prodeunt, qui medullam perforantes trunculis ſuis intima cerebri petunt, punctaque cruenta abrupti formant dicta EVSTACHIO *de multitudine* p. 141. *novae editionis.* Piae matris autem ſurculos inde naſci, atque innumeras inde quaſi radiculas in corticem cerebri demergi, notum eſt, neque ad hanc anatomen pertinet.

Adparet ex iis, quae enumeravimus, carotidem internam dare ramos nervis nonnullis, durae membranae, glandulae pituitariae, oculo, indeque palpebris, naſo, frontique, tum ventriculis cerebri tribus, cruribus cerebri, plexui choroideo imo, & parti cerebri anteriori proſpicere, inprimis in ſuperficie, deinde in intimis, ſed ibi minoribus ſurculis, & in parte unice anteriori.

Vertebralis arteriae, ſub cranio hiſtoriam alias dictam, nunc omittimus. Unice ramos adjiciemus, quos ſolet ad duram matrem edere.

Exiguum equidem cum ipſo proceſſus transverſi atlantis ſulco, nervoque primo ſurculum ad duram pariter medullae ſpinalis matrem remittit. Alium ſuper atlantem, eum inter & occiput, poſteriorem edit, qui duram matrem cerebelli adit, per eam retro magnum foramen longe lateque diviſus, tum ad falcem, quae lobos ejus viſceris dividit. Vide initium *Tab. Thyr. inf.* II. aliquos vero ramos apud VIEVSSENIVM T. I. K. K.

Sed in ipſo denique aditu ad cerebrum non raro, aut prius ad primam vel ſecundam vertebram, quod mihi frequentius viſum eſt, *arteriam poſteriorem durae membranae* emittit, quae longe lateque per cerebelli ſedem in cranio regnat, tum ſuper crucem occipitis, ſinusque transverſos, tum verſus proceſſus clinoideos. Hanc ramum plerique ſcriptores tamquam conſtantem deſcribunt, ut VIEVSSENIVS p. 33. T. 18. f. 3. c. c. qui equidem videtur ab ipſo in cranium introitu deducere, POVPARTVS apud le CLERC p. III. & IOSEPHVS CHARRIERE *anat. de la tête* p. 129. Cl. SYLVA naſci ſcribit, prius quam foramen occipitis truncus ſubeat *de la ſaignée* p. 343. IAC. B. WINSLOW III. n. 103. ortum non expreſſit.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 388 sur 543

expreſſit. Sub prima vertebra natum hunc ramum egregie pinxit GAVTIER T. III. f. 2. Hic eſt etiam procul dubio *ramus carotidis, quem per foramen ſupremae vertebrae duraematri mittit*, ROLFINKIO dictus p. 1216. per errorem addictus carotidi. Surculi ejus irretiuntur cum ramis receptaculi, cum arteriis comitibus venae jugularis, & cum occipitalium ſurculis maſtoideis GAVTIER l. c.

Inde uterque truncus vertebralis perpetuo, per magnum foramen occipitis, ita cranium ſubit, anterius ſubjectus medullae oblongatae, ut ad eandem ſedem flectatur utraque, atque adeo altera introrſum, extrorſum altera convexa ſit. Recte RIDLEYVS T. I. ad h. VESALIVS multis errandi auctor fuit cum per foramen vertebralis venae occipiti inſculptum hanc arteriam intra cranium duxerit, *fabric. corp. hum.* p. 466. & in *Examine obſerv. Fallop.* p. 95, neque FALLOPIO quidem monenti crediderit *Obſ. anat.* p. 132. Correxit etiam VESALIVM COLVMBVS p. 182. & tamen hunc errorem WILLISIVS retinuit p. 57. aliique, nunc res nimis nota eſt, quam quae fuſe narrari debeat.

Pollice vero prius, quam conveniat uterque truncus, retrogrado angulo naſci ſolet *arteria cerebelli profunda*, non valde diſtincte a ſcriptoribus propoſita. Multos ramos ad cerebellum vocat WEPFERVS l. c. p. 113. & *partem ſuperficiei cerebelli adire, partem plexum choroideum proprium efficere* ſcribit WILLISIVS p. 57. Rectius VIEVSSENIVS unam utrinque propaginem ſuperiorem ſpinalibus poſticis dixit p. 33. RVYSCHIVS a vertebralibus nondum ſeparatis deduxit. *Epiſt.* T. XIII. Breviter tetigit WINSLOWVS n. 95. Cl. BONHOMME utrinque ex truncis vertebralium ſeparatis naſcentes pinxit T. IX. prope B. & fere ſimiliter, alterum tamen altiorem HEVERMANN T. VIII. h. h. Eſt *un rameau conſiderable* LIEVTAVD p. 405. Non autem perpetuo eodem modo provenit haec cerebelli arteria, nam nonnunquam in uno latere a ſeparata adhuc vertebrali, in altero ab iisdem truncis coalitis naſcitur T. l. d. h. Alias a ſeparata quidem hactenus vertebrali prodit, ut tamen duo trunculi ſint, qui continuo confluunt. Vidi dextram arteriam parvam fuiſſe, ſiniſtram inſignem, ut ea ſola utrunque comitem vermis ramum ederet. Alias omnino unica fuit lateris ſiniſtri, ut non alius dexter impar truncus adeſſet in eo cadavere.

Abſcondit ſe inter fibras acceſſorii nervi & octavi, quibus ſolet irretiri T. I. dat ramos ad interiorem ſuperficiem cerebelli, qualis eſt *d* T. I. Porro inter cerebellum & medullam oblongatam ſe pergit abdere T. I. dato prius ſurculo ad medullam oblongatam & corpora olivaria, qui cum aliquo ramo inoſculatur, eorum, qui pontem adeunt ex cervicali trunco nati. Dat ramulos pari nono & octavo & laterali parti medullae oblongatae, quales etiam ex trunco vertebrali alias naſcuntur. Dat *ſpinalem arteriam poſticam T. med. ſpin. poſt.* h. GAVTIER T. VII. f. 2. & apud BONHOMME T. XI. ad 7. quando haec ejus origo eſt, minimam, circumflexam circa naſcentem medullam oblongatam, ſodalique ſuae unitam, arcu, qui ventriculo quarto ſubtenditur. Verum de ea arteria ſeorſim agemus.

Dat alium ramum, quando nunc ad poſteriora oblongatae medullae perrexit, cujus ſurculus ſurſum cum plexu Choroideo quarti ventriculi adſcendit, & cum ſodali ſuo alterius lateris inoſculatur, & cum ſequente ramulo. Idem proceſſum a cerebello ad medullam ſpinalem euntem adit, & expreſſus eſt Tab. III. o. o. apud VIEVSSENS uno T. IX. & X.

Alius magnus ramus cerebellum exterius, quam vermis adit, alii minores medullam oblongatam. Truncus ipſe ſe ad latus naſcentis vermis demergit, & denuo ramum ventriculo quarto prioribus inoſculatum, quos diximus, alium transverſum, immiſſum ſodali lateris alterius. Pergit ſe demergere inter vermem & cerebellum, datque ramos duos, exteriorem & interiorem, qui cum verme circumvoluti jam VESALIO T. III. *l. l.* obſervante L. VII. f. IX. B. tum VIEVSSENIO ſuperioribus truncis occurrunt. Conf. VIEVSSENS p. 33.

Arteria *ſpinalis poſterior* nobis ita naſci, uti modo dixi, viſa eſt, alias vero peculiaris arteriae vertebralis ramus eſt, qualem etiam fecit VIEVSSENIVS, ita tamen, ut duabus ex radicibus ajat naſci p. 33. T. IV. K. K. tum BONHOMME T. XI. 7. & LIEVTAVD, qui ex variis trunculis conſtruit p. 405. Unicam fecit WILLISIVS in icone, ceterum non mala T. XII. Duas, & fere quales nos dicemus, WINSLOWVS habet III. n. 176. 177. Omnium autem commodiſſime originem expreſſit GAVTIER. T. VII. f. 2.

Deſcendit flexuoſa in finem calami ſcriptorii, inque medullam ſpinalem datis ramulis in plexum choroideum quarti ventriculi, & arcu cum compare ſub eo ventriculo facto. Cum aliis etiam cerebelli inferioribus ramis inoſculatur. In ipſa medulla ſpinali arteriae poſteriores in univerſum minores ſunt, & binae ſibi parallelae, cum anterior potius ſolitaria & absque pare ſit. Conf. T. *med. ſpin. poſt. tot.* Frequentes autem ab una ad alteram ſerpentinae anaſtomoſes intercedunt. *T. med. ſpin. poſt.* ubique. Tales in dorſo pinxit VIEVSSENS T. 18. f. 3. Aliquando & duae ſunt arteriae ſpinales poſticae, & reti medio conjunguntur: neque tamen nunquam unicus truncus eſt, qualem WILLISIVS depinxit l. c. & VIEVSSENS in collo T. XVIII. f. 3. Deſcendunt autem in eo ſpatio, quod inter fibras nerveas utrinque nudum eſt *T. med. ſpin. poſt.* Inoſculantur cum numeroſis ramis exterioribus nervorum comitibus, ut ſuo loco dicetur, eaedemque

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 389 sur 543

que in ſulcum medullae ramos piam matrem ſequentes numeroſos dimittunt. Aliis etiam ramulis, circa medullae ſpinalis craſſitiem conflexis, irretiuntur cum ſimilibus ramulis ſpinalium anticarum. Eas vero conjunctiones, tegit nervorum ibi prodeuntium ſeries. Numeroſiſſimis etiam ſurculis in fiſſuram poſteriorem medullae ſpinalis cum pia matre penetrant, & adeunt eam partem intimam medullae, qua cohaeret indiviſa, & paulo obſcuriori colore eſt. De cortice enim interiori medullae ſpinalis non ſatis mihi conſtat, quem repetito deſcripſit RVYSCHIVS, vir autem in anatome valde curioſus *Iohannes Franciſcus* PETIT renuit admittere *Epiſt. anat.* p. 15.

Finis ejus arteriae caeterum eſt in ipſa medulla ſpinali, circa alteram lumborum vertebram. Inde rami a vertebralibus aliquot minuti ad eminentias pyramidales & medullam oblongatam eunt, etiam ſpinali poſticae inoſculati. Ibi etiam ſpinalis poſtica, diverſo a cerebellari trunco, nonnunquam provenit & inter fibras nervi acceſſorii inceſſit, atque ſub ventriculo quarto cum ſodali juncta fuit. Inter eos vero ramulos aliqui nervos adeunt, nonum, octavumque & nonnunquam ſeptimum a VIEVSSENIO picti T. XVII. f. 1. Eſt etiam quando minores ſurculi diverſi, ab arteria cerebelli nati, ſubeunt Ventriculum quartum & plexum choroideum adeunt, etiam VIEVSSENIO dicti p. 33. Valde rara vero fabrica eſt, quam Cl. HEVERMANNVS Tab. VIII. expreſſit, neque mihi viſa, ut ramus, neque exiguus, transverſus, arterias duas vertebrales conjungat.

Paulo poſt datas eas *cerebelli arterias profundas* naſcitur ſaepe ad angulum contra truncum auctum retrograda alia, utrinque a vertebrali arteria *ſpinalis anterior*, T. I. nihilo tamen infrequentius nata a communi trunco jam conjunctarum vertebralium. Ea arteria, WILLISII, quantum video, inventum eſt. Originem ex bifurcata vertebrali pingit T. I. oſtenditque prius ſe in hujus arteriae fine erraſſe p. 218. 219. iconem autem ex animale dedit T. XIII. f. 1. BLASIO haec ſola, & ex WILLISIO, innotuit p. 28. VIEVSSENIVS originem, quam WILLISIVS, pinxit T IV, *m. m.* tres autem, alibi nempe duas ex ſeparatis vertebralibus, unam ex coaleſcentibus delineavit T. XIX. f. 4. T. XVIII. f. 3. & p. 34. RIDLEYVS in altero tantum latere pinxit a vertebrali nondum ſeparata natum T. I. i. i. Ex diviſione ducit VERHEYENIVS T. 17. f. 4. RVYSCHIVS ex cruribus vertebralium utrinque derivat *Epiſt.* T. XIII. Duos, quales nos pinximus, ramos unitos deſcribit WINSLOW III. n. 101. & ejusmodi ſunt icones IOHANNIS BONHOMME l. c. T. IX. & XI. Unicam & ex altera vertebrali videtur facere HEVERMANNVS T. VIII.

Ea ergo arteria parallela ſuae ſodali per medullam oblongatam & ſpinalem deſcendit, inter corpora pyramidalia & olivaria, ramosque inpertit utrique, & imo ponti, & fiſſurae medullae oblongatae atque ſpinalis anteriori, in eam una cum pia membrana inmiſſos. Ab ea etiam arteriola ſodalis nervi noni nobis nata eſt T. I. ad *a. a.* quem alias truncus generat. Anulum autem dextra & ſiniſtra ſpinalis antica primum quadratum facit ad ſedem nervi noni T. I. g. alterumque in colli principio T. *Med. ſpin. ant.* Alias duae ſunt in collo, arteriae ejusmodi, alias jam ibi unica, in dorſo vero maxima parte unica ſpinalis anterior in univerſum recta, ad uſque imam dorſi vertebram, inde porro flexuoſa ad imam uſque columnam ſpinalem deſcendit & in vaginam a pia matre factam recepta pro nervo inpare habita eſt. T. *med. ſpin. ant.* Eum nervum antiqui fere omnes habent & nuper HEVCHERVS revocavit *Oper.* p. 523. recte vero repudiavit VIEVSSENIVS T. XX. qui idem, cum absque pare mediam propaginem arteriae ſpinalis anticae pingat, videtur de ea arteria nobiscum ſenſiſſe. Ultimus finis eſt in coccygis cum oſſe ſacro confiniis.

Ramulos emittit numeroſos, & ſenſim decreſcit. Eorum ramorum alii in piam matrem medullae ſpinalis conſumuntur, alii in nervorum membranas, alii cum nervis exeunt, & communicant, ut ſuo loco addemus, cum arteriis exterioribus vertebralibus, intercoſtalibus, lumbalibus & ſacris, alii cum poſticis ſpinalibus, alii denique cum pia matre profundam fiſſuram, quae medullam ſpinalem pene bipertit, inque ipſam medullae ſubſtantiam ut vocant, numeroſi deſcendunt. BLASIVS 12. 13. 14. 15. anticam arteriam poſteriori, aliter quam mihi viſum eſt, minorem facit. Eosdem medullae hiatus deſcribit PETITVS *Epiſt. anat.* I. p. 15. ante vero eum MOLINETTVS *diſſ. anat. path.* 201. atque BARTHOLINVS *hiſtor. IX. Cent. III.* Ipſum vaſorum ingreſſum pinxit VIEVSSENIVS T. IX. f. 3. p. 144. idemque anterius tantum piam matrem ait ſubire, hactenus nobiscum ſentiens, quod anterior fiſſura nobis potius profundior viſa ſit, ut arteria in ea ſede major eſt. Caeterum cum ſpinalis anterior retrograda ex vertebrali prodeat, ſanguinem inprimis ob anguſtas communicantes WILLISIANAS refluum recipere ſuſpicatur RIDLEYVS p. 37. in qua quidem hypotheſi non videtur ad magnos illos ramos cerebralem poſticum & cerebellarem ſatis reſpexiſſe, qui ex vertebrali naſcuntur.

Paulo ante eandem conjunctionem, quam dixi, dant porro trunci vertebrales ramos in angulum cavum inter pontem & inter corpora pyramidalia. Conveniunt autem in fine medullae oblongatae anteriori, in fovea, quae inter eam orientem medullam & VAROLII pontem eſt. T. I. vel paulo etiam anterius, ut apud RVYSCHIVM *Epiſt.* T. XIII. Neque unquam vidi in cervice conveniſſe, quae WILLISII eſt opinio p. 218.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 390 sur 543

Arteriam conjunctam ex vertebralibus *cervicalem* VIEVSSENIVS p. 34. saepe vocat, alii *basilarem*, nos *truncum vertebralium communem*. Pergit ea antrorsum in sulco levi, inscripto pontis faciei inferiori, paulum inflexa, inter piam membranam & arachnoideam, quae ibi evidentissima est, depicta a CASSERIO L. X. T. IX. Major est vertebralibus singulis, uti recte pinxerunt Cl. le CAT, VIEVSSENIVS, RIDLEYVS T. I. Ceterum hunc concursum vertebralium FALLOPIVS primus, ni fallor, habet *obs.* p. 132. unde in iconem VIDVS VIDIVS traduxit T. XXVII. f. 2. tum COLVMBVS *de re anatom.* p. 182. nisi is Fallopio prior est.

Dat arteriam in foramen, quod pontem inter & medullam oblongatam profunde in medullam penetrat, & in fissuram medullae oblongatae mediam, inosculatam ramis prioribus, a spinalibus anticis in eamdem sedem datis. Dat nonnunquam hoc demum loco *arteriam inferiorem cerebelli*, a qua spinalis postica nascitur T. I. *lat. sin.* h. Conf. WEPFER p. 113. Dat arterias varias minores in corpora pyramidalia & olivaria, qualis est apud HEVERMANN in T. VIII. Dat *ramum cerebelli inferiorem alium*, qui serpentino ductu per pontem ad cerebellum it, & partim superficiem ejus inferiorem sequitur, partim profunde ejus medullarem pedunculum subit T. I. k. Tales ramos habet Cl. HEVERMANN T. VIII. & RVYSCHIVS utrinque l. c. Ab eo cerebelli rami furculum in durum nervum & alium majorem in mollem nervum ire, ita constans est. T. I. m. ut tamen ab alio aliquo ramo pontem adeunte similis ramus nascatur. Hanc *auditivam interiorem* s. comitem nervi mollis WILLISIVS, a rete vertebrali deduxit, VIEVSSENIVS vero a vertebralibus nondum conjunctis T. XVII. f. 1. a trunco communi demum WINSLOWVS III. p. 102.

Sed varios alios, nullo certo ordine, utrinque ex eo sulco truncus vertebralium emittit. In exemplo alius transversus in pontem abiit, deinde alii similes minores, tres & ultra utrinque exierunt, paulum retrogradi T. I. i. i. i. Conf. RIDLEY T. I. r. r. & numerosos valde apud CHESELDEN T. XVI. Solent & ipsi in sulcis quibusdam decurrere, quos intermediae lineae eminentis medullae decurrunt. Eorum aliqui nervo quinto comites furculos emittunt T. I. quos VIEVSSENIVS resectos pinxit T. XVII. f. 1. p. p. Alii foveam subeunt, quae pontem inter & cerebelli pedunculos est.

Finditur autem truncus communis vertebralium in arteriori fine pontis Varolii, & fere in quatuor ramos T. I. V. V. b. b. aut certe in quatuor ramorum fasciculos abit, cum non rarum sit, pro aliquo eorum quatuor truncorum ramo, duos & etiam tres ramos adesse. Vetustiores anatomici duos truncos expresserunt, ut FALLOPIVS & CASSERIVS L. X. T. IX. f. 2. T. X. ubi praeterea nimis exigui & communicantibus arteriis minores picti sunt, & WILLISIVS T. I. w w. Solas etiam cerebrales, easque nimis exiguas, pinxit VIEVSSENIVS T. IV. Duobus non plures unice ramos VERHEYENIVS T. XVII. f. 4. & duos etiam COWPERVS *append.* T. III. & WINSLOWVS, ita timide, ut *nonnunquam in duos* dividi scribat, quae ex descriptione cerebrales esse videntur. IV. n. 175. III. n. 100. Neque alia est descriptio IOSEPHI LIEVTAVD p. 409. Cl. HEVERMANNVS anteriores ramos valde exiguos expressit, posteriores non penitus omisit T. VIII. & fere eodem modo indicavit Cl. NICOLAVS le CAT. Omnino nullos cervicalis arteriae ramos fecit CHESELDENIVS T. XVI. qui totum eum truncum vertebralium in communicantes WILLISII continuat. Soli quantum nunc video, quatuor ramos expresserunt CASSERIVS T. X. L. X. RIDLEYVS T. I. RVYSCHIVS l. c. & BONHOMME Tab. IX. nam undecima tabula obscura est.

Posterior ergo horum, quos dixi, ramorum idemque minor est *arteria superior cerebelli*, quae hujus visceris parti superiori, tum natibus & testibus furculos mittit. Non rarum est pro uno ejusmodi ramo duos tresve sibi parallelos similesque fuisse, ut tunc quidem, quos nos ramos dicemus, ii diversi trunci sint. Non multa horum truncorum memoria est, neque habuerunt antiqui, aut ipse WILLISIVS, WEPFERVS equidem de ramo scripsit, qui proxime bifurcationem arteriae vertebralis natus ad cerebellum exit. l. c. p. 114. VIEVSSENIVS ramos ad cerebellum euntes trunco posteriori cerebri adtribuit p. 35. H. RIDLEY breviter ad plexum choroideum deduxit.

Emittit prius, quam circa crura cerebri reflectitur, ramos superficiem cerebelli inferiorem & anteriorem pingentes F. I. BONHOMME ad P. Dat ramum unum pluresve ponti, reflectitur inde circa pedunculos cerebri super nervum quintum, sursum, versus sedem natum testiumque. In exemplo tres praecipui ejus trunci rami fuerunt, tum in aliis plusculis.

Anterior, brevior, sequitur crus cerebelli, & in ejus substantiam profunde abit. Vidi longius ivisse ad cerebellum vermemque, in ejus partem anteriorem, alteroque ramo plexum inpositum thalamis adiisse. Alias hic ramus aut nullus, aut vix memorabilis, fuit.

Medius, mole caeteris superior, venit ad cerebellum, & longe lateque per ejus superficiem regnat, & in vermis parte maxime piae matri vicina circumflexus T. II. S. S. T. III. g. gg. anastomosibus occurrit ramis arteriae cerebelli inferioris, cum eodem verme advenientibus T. II. prope C. & apud VESALIVM L. VII. f. 18. 8. Habet etiam VIEVSSENS hos ramos superiores cerebelli T. V. & T. II. HH. & GAVTIER T. VI. f. 3. Sulcos etiam vermem inter & cerebellum, & circa arbusculos vitae positos, profunde idem subit. Alius grandiusculus

ramus

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 391 sur 543

ramus venit ad thalamos nervorum opticorum, nates & teſtes, & nonnunquam ad glandulam pinealem. Ejusdem ſurculi alii ad cerebellum iterum, ejusque ſuperficiem veniunt T. III. m aut d. Aliquid ſimile habet GAVTIER T. VI. p. 3. ad 25. Alius poſterior ramus *l.* crura cerebelli in ventriculum quartum ejusque proceſſum reſtiformem ad teſtes nervique quarti originem & valvulam magnam it. Idem cum ramis cerebralis profundae in plexu thalamis inpoſito inoſculatur ad *n*; in quarto vero ventriculo occurrit ramis cerebellaris arteriae inferioris, quam diximus. Hunc ramum expreſſi T. III. ad l. k. & in altero latere duos pro uno trunculos i. k. In Tabula II. ſignantur & T. V.

Tertius ramus modo minor eſt, modo major, ſemper hactenus diverſus a priori, quod *profundior* ſit, nempe remotior a cerebelli ſuperficie, magisque inter cerebellum cerebrumque lateat. Eſt, ubi proprium truncum habet, nempe ſeorſim ex communi trunco vertebralium proveniat. Perinde vero, ut prior, circa pedunculum cerebelli conflexus, dum inter cerebellum & thalamos latet T. III. a. a. dat & pedunculis & thalamis, aliquot ramulos; Eorum aliquis T. III. *a.* & in altero latere d. exterior, ad ultimos fines eminentium natium & teſtium incedens, cum prioris ſurculis *n.* cumque cerebrali profunda unitur *z.* Alias paulo major, ipſam glandulam pinealem adtingit, inoſculatus cum ſurculis trunci cerebelli medii. Alius *interior* easdem nates teſtesque & ipſam glandulam pinealem ramulis adit T. III. *b. b.* & *i.* plexumque inpoſitum thalamis opticis, alio proceſſus a cerebello ad teſtes euntes, cujus ſurculi in ventriculum quartum etiam deſcendunt, aliique adeunt valvulam magnam, atque ſedem, unde nervus quartus oritur. Eum vero ramum alias prior trunculus ſive *medius* edit, ut in icone T. III. *m.* idem nempe, qui adit ſuperficiem cerebelli ſuperiorem. Hujus tertii rami propago eſt, quae non minima crus cerebelli ſequitur, & cum eo profunde in ſubſtantiam hujus viſceris medulloſam, & ad corpus rhomboideum pervenit. Alias, cum haec ipſa arteria proprius truncus a cervicalium communi ſtipite natus eſſet, ad proceſſus a cerebello ad nates, & ad partes exteriores natium venit.

Ludunt iſta, id tamen conſtans habent, ut cerebellaris arteria ſuperior aliis ramis ejus viſceris ſuperficiem, aliis profunde ventriculum quartum, nates, teſtes, conarium, plexum thalamis inpoſitum, & crura medullae cerebellaria adeat, ſitque *ſuperior profunda cerebelli* vicinique iſthmi WILLISIANI arteria.

Multo notior eſt, & aliquando major arteria, quae ex communi vertebralium trunco, anterius utrinque ſecedit, & quam poſſis pro dextro & ſiniſtro caudice vertebralium habere. Ea nobis arteria *poſterior* aut *profunda cerebri* audit. Hae ſunt *duae propagines* vertebralis arteriae, *quae plexum choroideum efficiunt* FALLOPII p. 132. quas ut ſolet, in T. 27. expreſſit VIDVS VIDIVS f. 2. D.D. Deſcripſit pro re nova REALDVS COLVMBVS p. 183. quando rete mirabile a vertebralibus inprimis vaſis ſtatuit. CASSERIVS ſatis recte delineavit L. X. T. 10. g. g. ſolas vero absque cerebelli arteriis T. 9. f. 2. Vertebralis ad plexum choroideum conſtituendum ventriculos ſubire non ignoravit ROLFINCKIVS l. c. p. 1222. ſimplicem & nimis exiguam hanc arteriam pinxit WILLISIVS T. I. cui eſt *ramus inſignis ad glandulas pone cerebellum ſitas & plexum choroideum* p. 7. 8. Eſt *ramus ad anfractus poſteriores* WEPFERI *de apoplex.* p. 114. Hi ſunt *ſuperiores & majores* VIEVSSENII p. 34-35. T. IV. qui plenius reliquis deſcripſit. Pinxit RIDLEYVS T. I. ad *e* anterius, tum VERHEYENIVS T. XVII. f. 4. Habet I. E. ERNESTVS WREEDE ramosque ad plexum choroideum, & lobum cerebri poſteriorem. Solos etiam ramos ad cerebri lobum poſteriorem recenſet WINSLOWVS III. n. 100. Expreſſit truncos *le* CAT l. c.

Hanc inter & cerebellarem arteriam medius nervus tertius conprehenditur RVYSCH Ep. T. XIII. Deinde, uti nata eſt, dat continuo ramum unum utrinque, qui ventriculi tertii imum fundum ſubit, & thalami nervi optici interiora & inferiora. Originem expreſſi ad vv T. I. Eadem pingitur a WILLISIO T. I. w. w. Sunt *duae utrinque propagines ad ſpatium infundibuli & proceſſui annulari intermedium albicantes proceſſus & thalamos* VIEVSSENII p. 34. T. IV. f. f. Habet etiam BIDLOO T. IX. f. 1.

Dat ea arteriola ramulos infundibulo, nervo optico, in quo cum carotidum propaginibus conjungitur, tum eminentiis mammillaribus, cruribus fornicis. Adſcendit ante commiſſuram cerebri poſteriorem, & longe medullam thalami oprici perambulat, antrorſum eundo, fere cum alba origine commiſſurae, quam diximus, hisque etiam thalamis ramos ſuperficiei propiores edit, pervenitque ad gemini centri ſemicircularis originem. Aliquos etiam ſurculos retrorſum mittit ad ſedem Sylviani aquaeductus, & pontem illum huic ſuperſtructum, qui poſterius in nates teſtesque quaſi ſculpitur.

Deinde truncus arteriae poſterioris cerebri generat communicantes WILLISII jam pridem dictas Φ. Φ. T. I. niſi eae prius ex trunco indiviſae carotidis natae ſunt. Circumflectitur circa pedunculos cerebri uno pluribusve ramis, inter cerebellum, thalamum nervi optici, & lobum cerebri poſteriorem. Edit ſurculos cruribus cerebri medullaribus, dat ramum primum, unum, alterum, tres denique ſerpentinos ramos T. II. L. L. & T. I. T. plexui choroideo adſcendentes, inoſculatos ſequentibus. Sive is ramus unus ſit, ſive pluſculi iter eſt per plexum choroideum, cum numeroſis

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 392 sur 543

roſis ad plexum thalamosque opticos ſurculis, adque eos thalamos & corpora ſtriata & velum inpoſitum thalamis glandulaeque pineali pervenit. Alii ab eodem ramo orti ſurculi cerebrum adeunt, & thalamos opticos, & taeniam his inpoſitam, pedesque hippocampi. Ejus ſurculus eſt, qui per ventriculi ſuperius cornu poſterius longe excurrit. Ejusmodi ſurculum EVSTACHIVS indicavit T. XVII. f. 3. In ipſis plexubus Choroideis cum ramis a Carotide huc miſſis inoſculantur. Hos ramos ad proceſſum choroideum euntes EVSTACHIVS pingit ib. f. 3. 4. & VIEVSSENS p. 35. Duos facit RIDLEYVS p. 58. & duos reſectos pinxit VERHEYEN. T. XVIII. f. 4. D. D.

Pergit interim truncus aliumque ramum emittit, qui dimidia fere uncia prius naſcitur, quam is, de quo proxime ſermo erit. Hic autem perinde cum thalamo optici nervi circumvolvitur, adque nates, teſtes & pinealem glandulam pervenit, adque plexum his particulis inpoſitum, & ad ventriculum tertium, thalamos, qui eum ventriculum efficiunt, & ad fornicem. In eo velo cum proximo ramo communicat, quem dicemus, & cujus iſte nonnunquam propago eſt. Hi ſurculi pinguntur ad X. X. T. II.

Alius nempe ramus cerebralis poſticae eſt T. III. Y. qui majori parte ſuarum propaginum ſulcos corticales cerebri poſteriores adit prope S. T. II. & Z. T. III. VIEVSSENS p. 35. quem ſolum finem toti cerebrali poſticae WINSLOWVS, & alii ſcriptores aſſignarunt. Unum tamen etiam ſurculum neque eum contemnendum, ad plexum thalamis inpoſitum mittit, cum prioribus ramulis, & cum arteriae cerebelli propaginibus inoſculatum. Vide elegantem plexum T. II. ramosque iſtos Z. & V. Tres in T. III. pinxi β. a. & b. Ab eo trunculo ad thalamos opticorum nervorum & plexum inpoſitum antrorſum ſurculi excurrunt, prioribus varie irretiti, adque fornicis crura poſteriora baſinque & partem inferiorem calloſi corporis & ad corpora ſtriata v. T. II. lucidumque ſeptum veniunt Idem ramos duos fere pineali glandulae mittit, & natibus teſtibusque & proximis thalamis P. T. III. Ab eodem etiam trunculo ii rami naſcuntur, qui poſtremam partem calloſi corporis adeunt, neglectam a carotide, cerebrique vicina hemiſphaeria. Hi ſunt, aut proxime priores, rami ad glandulam pinealem, nates, teſtes etc. VIEVSSENII p. 35. Hi ſunt etiam duo ramuli VERHEYENIO indicati T. XVIII. f. 4. dd. Exiguos autem ramos eſſe, qui fornicem, corpus calloſum, & interiora cerebri adeunt, recte IDEM VIEVSSENIVS obſervat p. 40.

Incertus equidem eſt horum trunculorum arteriae cerebralis numerus. Vidi enim omnino quatuor fuiſſe, unum ad unciae a natibus diſtantiam ortum, alterum ad plexum choroideum thalamique optici partem interiorem inpenſum, tertium ad eundem plexum & lateralem ſedem natium teſtium & thalamorum, quartum paulo interius quam priores & profundius ad nates teſtesque euntes. Alias alii tres rami fuerunt. Primus adiit thalamum opticum, centrum geminum ſemicirculare, plexum choroideum, quem longe percurrit, & terminatus eſt in eum plexum in dimidio fere nervo optico, ubi plexus dexter & ſiniſter in anteriori parte thalami conveniunt. Altera arteria profunda nates petiit. Tertia trans glandulam pinealem, cui & ad nates ramos miſit, venit in fiſſuram thalami, eumque antrorſum perambulavit, cum vena duplici, ad crura anteriora fornicis uſque, ubi dextra & ſiniſtra communicavit in anteriori parte thalamorum, trunculus autem exiit in ſuperficiem cerebri, & dedit etiam tentoriis (VIEVSSENS p. 35.) In eo cadavere alia arteria a vertebrali circumflexa venit in ventriculum quartum, & ad thalamos opticos, natesque & teſtes. Neque eo minus arteria cerebelli profunde, qualem diximus, adfuit. Ramorum nempe paulum alia ſubinde ratio, res ipſa conſtans eſt, ut cerebri intima ramos ſuos ab hac arteria cerebri profunda conſtanter accipiant.

Qui vero rami a cerebrali profunda in plexum & medium veniunt, utrumque demum orti fuerint, eorum ultimi ſurculi excurrunt ad thalamum nervi optici H. T. II. & T. III. β. & tecti centro gemino ſemicirculari eminent, ad corpus ſtriatum utrunque ib ad finem anteriorem uſque (EVSTACH T. XVII. f. 3. VESAL. L. VII. f. 6. o. o. WILLIS. T. VII. f. I. VIEVSSENS T. XI. RIDLEY T. V. ad K. TARIN T. I. f. I. *adverſ.* nobis vero T. II. H. H.) tum ad partem anteriorem cerebri Y. Y. Dextra vero & ſiniſtra vaſa in ipſo plexu communicant, tum utraque cum cerebelli arteriolis V. T. v. T. II. Vide denuo iconem T. II. & EVSTACHIANVM rete T. cit. f. 4. Aliquis vero ramorum, qui reliquis anterior corpus ſtriatum adit, in crura fornicis, hinc in corpus calloſum, ejusque partem cavam adit, ramulis parallelis ſulcos inferiores ejus corporis interlegentibus.

Ipſa vero arteria cerebri poſterior his editis ramis dat inter eos numeroſos ſurculos ad pedem hippocampi, quarum una longe currit, & poſterioribus ſive profundis ramis, quos diximus, ejusdem trunci inoſculatur. Truncus ipſe multis & magnis ramis in lobum poſteriorem cerebri dividitur, atque cum ramis anterioris carotidis a corpore calloſo venientibus, & cum poſteriori trunco carotidis paſſim anaſtomoſes habet. Atque adeo arteria vertebralis ſola adit cerebellum, oblongatam medullam, pontem VAROLII, nates, teſtesque, thalamosque opticos, & corpora ſtriata. Partito vero cum Carotide imperio adit crura nervi optici, plexus choroideos vulgares

gares, & ventriculi tertii partem anteriorem, atquej cerebri ſedem poſteriorem, ut omnino nihil videatur de diſcrimine firmiter dici poſſe, quod inter ſanguinem carotidem & vertebralem intercedat, ut vitalis alter, animalis iſte ſit. Nam cerebro certe arteria vertebralis perinde, ut Carotis proſpicit.

Caeterum plexum, quem hae arteriae adeunt, neceſſe eſt deſcribere, cum non ſatis pro elegantia ſua notus ſit. Ipſa nempe pia membrana ſecedit a lobo cerebri poſteriori, & a crure fornicis, & a verme cerebelli medioque cerebello, & antrorſum fertur, atque ſubit ſuper cornarium, ventriculos laterales. Incumbit teſtibus, natibus, glandulae pineali, thalamis nervorum opticorum. Hoc eſt *rete mirabile* COLVMBI p. 183. 184. 185. unde ramos in cerebri ſubſtantiam ire pro invento ſuo refert. Hic potius, quam choroideus plexus, deſcribitur a CASSERIO L. X. T. V. f. 1. ut tamen intelligas, ex f. 2. CASSERIVM utrumque plexum non ſeparaſſe. Eſt *aliud rete mirabile* RIOLANI *anthropogr.* p. 262. *aliud rete ſimplex* ROLFINCKII p. 1220. Obſcuriores voces ſunt de arteriis reticulatis BARTHOLINI p. 491. quam ut quidquam pronunciem. Haec eſt *a reticular expanſion* RIDLEY p. 88. cum icone nimis anguſta T. V. g. g. in ipſo ſermone vero CL. VIR recte nates, teſtes & glandulam pinealem tegere, & alteram partem plexus choroidei efficere ſcripſit. Nimis etiam exigua figura eſt, neque adtingit plexus choroideos, quam VERHEYENIVS dedit T. XVIII. f. 1. E. Omnino omiſit IOHANNES BONHOMME. Breviter tetigit WINSLOW IV. n. 87. & vocat *partie epanouie du plexus choroide*. Anguſtum etiam & diſſitum a plexu choroideo pinxit TARINVS *adverſ.* T. I. f. 1. Utrinque adhaeret plexui choroideo non ſolum in apice, ut EVSTACHIVS expreſſit T. XVII. f. 4. aut VESALIVS L. VII. f. 6. H. aut RIDLEYVS T. V. ſed in tota ſua longitudine, ut recte CASSERIVS tribus figuris expreſſit T. V. f. 1. 2. T. VI. f. 1. Figura trianguli eſt, cujus baſis poſterior ſit, vertex in fine anteriori ventriculi tertii EVSTACH T. XVII. f. 4. CASSER. l. c. Pone ſe poſitum habet pſalterium, cujus lineae ſulcique videntur arteriarum hujus plexus inſcriptiones eſſe.

Arterias denique, quibus *medulla ſpinalis* irrigatur, ita deſcribemus, ut primo conſtantes ramos dicamus, qui ad omnes vertebras reperiuntur, deinde eos, qui adſunt quidem ad aliquas, ab aliis vero abſunt. Exilis autem harum rerum memoria eſt, & a WILLISIO fere incepit. Nam VESALIVS L. III. p. 486. ejusque ſequaces, & in iis RIOLANVS p. 226. utique ramos ad medullam ſpinalem a vertebralibus & intercoſtalibus ire viderunt, minutioris hiſtoriae curioſi non fuerunt, quae inpedito praeterea loco & minimarum rerum ſit. BLASIVS p. 25. & 26. & in ic. in quibus etiam numerum tabularum WILLISII retinuit, tum VERHEYENIVS T. XI. unice WILLISIVM imitati ſunt. Humanis corporibus uſus eſt VIEVSSENIVS, & elegantes, licet ſitu motas icones dedit, quas tamen ob conſtantiam ramorum vereor, ne poſſemus ſuſpicione aliqua liberare.

Tres ergo ad ſingula nervorum intervalla rami advenire ſolent, trunco unico aut duobus, aut tribus denique, ut tamen tertius in dorſo lumbisque deſideretur. Eorum prior medullam ſpinalem ipſam adit, WILLISIO dictus p. 218. inmiſtus fibris nervi cujusque, & ſaepe receptus intra duram membranam ganglii, ſub ea aliquamdiu latet, alias libere idem accumbit. *Alter* exiguus per ganglii & durae membranae ſuperficiem & adipem injectum medullae dividitur *Tab. art. thyr. inf.* a. b. c. d. e. f. *Tertius* major per involucrum vertebrarum durum, durae matri circumjectum ramoſus conſumitur ibid. i. i. i. non ignoratus WILLISIO. p. 218.

Minor ergo ſurculus, qui duram membranam medullae ſpinali circumjectam adit, valde incertus eſt, eum enim modo thyreoidea inferior generat, ut alibi enumeravi in *faſciculo* II. Idque factum recenſui in primo corpore ſub vertebra ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta: in altero ſub tertia, quarta & quinta; iterumque ſubquarta & quinta, & in alio ſub ſecunda, quarta & ſexta *Vid. faſcic. II. Tabb. II. Thyreoid.* Reliquas, quas thyreoidea non dedit arteriolas, partim vertebralis tunc generat, partim alii in parte inferiori colli trunculi. Nam ſub quinta, ſexta, ſeptimaque ab alio cervicali profundo trunco, ex ſubclavia nato, & dura membrana medullae ſpinalis & ipſa corpora vertebrarum ramum ſuum acceperunt *Tab. Thyr.* II. 8. Omnibus collectis, videtur ramulus iſte ſuperficialis in collo frequenter ſeorſim naſci, neque a ramo involucri vertebrarum, neque a ſurculo medullam adeunte provenire. In dorſo lumbisque idem fere ſemper a ramo medullae proprio provenit, quod pro perpetuo etiam in collo expreſſit VIEVSSENIVS T. XIX. f. 4.

Deinde *major ramus* eſt, qui vertebrarum involucrum adit, aliis ſurculis, qua corpora earum medullae reſpiciunt, & aliis per eam ſedem, quae ſpinis obvertitur. Varie vero in ramos ita diſtribuitur, ut quisque cum binis proximis, ſuperiori & inferiori, & cum ramo ſibi oppoſito, in involucro arcus & retia faciat. Confer WINSLOW III. 119. Ea retia nimis uniformiter polygonia pinxit WILLISIVS T. XIII. f. 3. p. 219. Ejusmodi vero rami ad corpora vertebrarum ab ipſo atlante deorſum ad coccygem uſque reperiuntur, neque ullum intervallum ejusmodi trunculo deſtituitur. In collo a vertebrali arteria prius naſcuntur, quam ramus durae membranae, ut in *Tab. poſt. med. ſpn.* expreſſi. In dorſo ſupremas, ad quartam uſque

verte-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 394 sur 543

vertebram, ſuperior intercoſtalis ſolet mittere. Vide tres ramos in *T. ead.* & idem in *tab. anteriori med. ſpin.* Eadem ſuperior intercoſtalis nonnunquam ſupremum etiam cervicis ramum generat, alias & eum & octavum, tum primum, alias octavum demum. Infra quartam vel nonnunquam infra ſecundam tertiamve, aut infra quintam demum dorſi vertebram, rami involucrum vertebrarum adeuntes enaſcuntur ab iis intercoſtalibus, quas aorta emittit, & quorum aliqui duobus intervallis proſpiciunt. In lumbis naſcuntur a lumbalibus, & a ſacris in ſacro oſſe *Tabb. utraq. med. ſpin.*

Tertius, qui medullam ſpinalem ipſam nervi comes adit, dicetur, poſtquam de ordine aliqua addiderimus, quo tres hi trunculi a ſuis caudicibus proveniunt. Nimis enim uniformiter WILLISIVS p. 21. 8. tot trifidos ſurculos fecit, quot nervi ex medulla prodeunt, & quemlibet uno ſurculo per vertebrarum corpora dividi, altero bifido medullam ſpinalem amplecti ſcripſit p. 218. pinxit T. XIII. f. 3. c. d. cum neque ſemper ramus medullaris uno trunculo cum eo naſcatur, qui in vertebras dividitur, neque bifidus ubique trunculus medullam amplectatur. VIEVSSENIVS etiam T. XVIII. f. 3. ex ſingulis ramis poſticarum ſpinalium ſingulos trunculos ad vertebrarum involucra deducit s. s. s. ex ſingulis vero anticis ſpinalibus ramum & duram membranam T. 19. f. 4. f. t. nimis conſtanter.

In *collo* ergo aliqua inconſtantia in ortu hujus rami medullaris eſt. Eum tamen in ſuperioribus vertebrarum intervallis frequentius vertebralis arteria, in imis potius thyreoidea aut cervicalis aliqua profunda generat. Ita in corpore, ex quo *icon poſterior* ſumta eſt, ſub ſex prioribus vertebris arteria involucri vertebrarum a vertebrali, ſub ſeptima vero ab intercoſtalis ſupremae propagine nata eſt. Et ita ſe fere habere ſolet, unice ſeptimum etiam ramum vertebralis nonnunquam addit. Medullarem autem ramum frequentius arteriae cervicales generant, ut in *T. poſter. med. ſpin.* in omnibus fere intervallis, primo excepto, alias in paucioribus, fere ſemper in nonnullis. Trunci plerumque ab iis diverſi ſunt, qui involucra vertebrarum adeunt.

In dorſo ramus *dorſalis* intercoſtalis arteriae ſaepe omnes tres arterias medullae ſpinalis, durae matris, & involucri vertebrarum generat, primo eam, quae vertebras adit, inde, linea ultra, alteram ad duram membranam & nervum ipſamque medullam. Alias unus eſt trunculus, a dorſali intercoſtalis propagine natus, qui hic & involucra, & medullam ſpinalem, & duram matrem irrigat. Alias prima naſcitur, quae corpora vertebrarum adit, altera ad medullam ſpinalem; reliquus truncus dorſi muſculis proſpicit. Alias ex trunco intercoſtali nondum diviſo ramus ad corpora vertebrarum venit, ramus vero medullaris a dorſali, jam ſeparato a coſtali. Alias & medullaris ramus, & is, qui corporibus vertebrarum proſpicit, communi trunco ab intercoſtalis caudice nondum diviſo naſcitur. Alias duas vidi medullares in uno intervallo, tertiamque ad corpora vertebrarum, omnes a dorſali natas. Alias medullaris una ſub prima vertebra dorſi ab intercoſtali ſuprema, altera a cervicali profunda venit. In *icone poſteriori* adparet, ſeorſum natam eſſe arteriam corporibus vertebrarum dicatam ſub vertebra ſecunda, tertia, quarta, quinta, octava dorſi. Communi vero trunculo cum medullari ſub ſexta, ſeptima, nona, decima, undecima, duodecima. Natam fuiſſe autem a trunco non diviſo intercoſtalis, ſub ſecunda, tertia, quarta, quinta, a dorſali vero jam ſeparata ſub ſexta, ſeptima, octava, nona, decima, undecima, ab intercoſtali vero ſeparata ſub duodecima vertebra dorſi. In corpore, unde *anterior icon* ſumta eſt, omnes rami a dorſali jam ſeparata provenerunt.

In *lumbis* alias prior naſcitur trunculus, qui corpora vertebrarum irrigat, poſterior, qui duram membranam & medullam ſpinalem. Alias idem trunculus, utrumque, quem dixi, ramum generat. Vide *iconem poſt. med. ſpin.* ſub omnibus vertebris lumborum. Vidi ſub quinta lumborum vertebra duos ramos fuiſſe, unum a ſacra, alterum ab ileo lumbali. Vidi ſecundam arteriam lumbalem generaſſe utrumque ramum primi & ſecundi intervalli lumborum. Vidi quartam lumbalem dediſſe ramum ſub quarta vertebra ſubeuntem, & alterum, qui ſub quinta vertebra ſe penetravit, cum nulla arteria lumbalis quinta adeſſet. Eam tamen arteriam, quae ſub quinta vertebra lumborum ſubit, plerumque ileo lumbalis generat. Vid. *T. ant. med. ſpin.* ſed eam aeque recte ſacram primam dixeris.

Ad ſacri oſſis ſpecum tot trunci eunt, quot hujus oſſis ſunt vertebrae, undecunque demum ſacrae arteriae natae fuerint, de quibus nunc quidem ſilere fas ſit, cum fuſe de iis egerimus in *faſciculo quarto*. Inconſtanter autem medullaris & vertebralis ramus, aut eodem trunculo aut diverſo naſcitur, prius tamen ſemper, qui vertebras adit. Uno trunculo provenerunt in corpore, unde *icon anterior* ſumta eſt, & in eo unde *poſterior*. In lumbis & oſſe ſacro inſigniter majores eſſe ſolent, quae vertebras adeunt. Earum, quae in collo naſcuntur, prima ad os occipitis & proceſſus condyloideos usque venit.

Deinde *coccygea arteria* iſchiadicae propago *Faſcic. IV.* ſolet unum ſurculum dare ad corpora vertebrarum imi oſſis ſacri, qui etiam ramulum nervi ſodalem generat, altero per dorſum oſſis ſacri diſpergitur. Sacrae vero lateralis ultimae ramus, qui adit corpus ſuae vertebrae, ex hypogaſtrica natus ad perioſteum

anterius

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 395 sur 543

anterius ossis sacri venit, & cum sacra media inosculatur *ic. corp. anter.* & f. V. *arter. pelv. t.*

Tertium ramum, qui, ipsam medullam spinalem, nervi comes adit, & cum spinalibus inosculatur, paulo minutius nunc considerabimus. Ejusmodi *medullares* arteriae aliae *anteriores* sunt, aliae *posteriores*, idque discrimen superest, quam longum est ligamentum denticulatum, nempe ad pollicem fere supra finem medullae spinalis, primamque lumborum vertebram. Id ligamentum, ubi finem sui fecit, porro in lumbis singulos nervos una arteria comitatur, aut si omnino duae sunt, non possunt tamen in anteriores & posteriores distingui. Anteriores solent, ubi duram matrem perforant, ramos anterius durae membranae dare. Posteriores non rarissime circa medullam spinalem convolutae in anteriores abeunt, & anteriori arteriae se inplantant, quod infra tertiam & quartam colli vertebram & in dorso sub sexta costa factum vidi, alibique, vide *iconem posteriorem* & arterias sub quarta, quinta, sexta & ultima vertebra colli natas.

Verum horum ramorum, qui nervis ramulos dant, piaeque membranae, & cum spinalibus longis varie inosculantur, numerus minor est, quam vertebrarum, & multa saepe vertebrarum intervalla ejusmodi ramo destituuntur tam anteriori quam posteriori. Quae vero deficiant, nulla, credo, lege constitui potest, neque res perpetuitatem habet. Varietates naturae, quantum licet, enarrabimus. Id nunquam vidi, quod tamen WILLISIVS p. 218. & T. XIII. f. 1. & VERHEYENIVS T. XIX. & XXVII. & VIEVSSENIVS T. XIX. f. 4. & XIIX. f. 3. RIDLEYVS T. 1. & I.B. WINSLOW III. n. 95. 101. & BONHOMME T. IX. & XI. pro re certa posuerunt, cuivis nervo comitem arteriam ad medullam spinalem ferri. Prudenter alibi WINSLOWVS *frequentes* unice eas anastomoses vocat IV. n. 178.

De *anterioribus*, quas perpetuas expressit VIEVSSENS T. XIX. f. 4. in uno cadavere puerili adscenderunt ad spinalem arteriam rami sub 2. 3. 4. & 5. vertebra colli, in thorace infra 3. 8. & 12. costam. Alias prima anterior fuit a vertebrali infra atlantem, ultima sub sexta a cervicali profunda nata. In dorso alias prima anterior quarta fuit ab aortica prima genita, quae duobus intervallis adiit vertebras, & tertium quartumque nervum comitata est. Infra quintam iterum, & septimam, & nonam anterior arteria medullaris adfuit, & haec quidem magna.

In alio, ex quo *icon* desumta est, anteriores fuerunt sub secunda vertebra colli, sub tertia, quarta, hae parvae; sub quinta & sexta satis magnae, sub septima parva: sub quarta dorsi anterior eademque posterior fuit in icone non expressa, tum sub quinta & septima, quarta & nona magna anterior, trunco spinali aequalis advenit.

In alio corpore majuscula anterior sub secunda vertebra advenit, & alia magna sub quarta, a vertebrali utraque nata, sub quinta vero parva, tum sub sexta, ab eodem trunco natae; sub septima colli primaque & secunda dorsi anteriores fuerunt ab intercostali, quae est ex subclavia. Sub decima costa magna anterior, & denuo sub quinta lumborum ab ilio lumbali nata magna adfuit, insignique trunco corpora vertebrarum adiit. In intervallo quarti & quinti ossis sacri duae anteriores fuerunt.

In alio cadavere vasa nervos comitantia priores, quae singula etiam dant corpori vertebrarum, ita orta sunt. Ex vertebrali sub secunda & tertia vertebra colli, haec magna: tum sub quarta, quinta & sexta, haec major: sub septima ab intercostali, quae ex subclavia nascitur: sub quarta dorsi ab intercostali antica, & sub decima.

In alio singulae vertebrae colli habuerunt parvas anticas, tum dorsales, sed majores fuerunt sub colli vertebra sexta, sub quinta dorsi, & in altero latere sub decima.

In alio corpore anticae arteriae fuerunt sub sexta vertebra colli, tertia dorsi (haec quidem & antica & postica) tum infra 5. 6. 8. 11. & 12. dorsi. Cum lumbalibus & sacris perpetuae adfuerunt, sed ut anteriorem & posteriorem locum una repleret.

Posticae spinalis medullae arteriae in universum anterioribus minores sunt, ut truncus ipse minor est, quod etiam WILLISIVS vidit p. 218. saepe etiam in anteriorem partem se circumflectunt, & anterioribus trunculis inmittuntur & earum, uti dixi, inferiores proxime superioribus frequenter inosculantur. Primam posteriorem arteriam spinali conjunctam, vidi a vertebrali ortam fuisse *T. poster. med. spin.* Id rarum est. Altera sub sexta vertebra colli accessit, tertia erat sub quarta vertebra dorsi ab intercostali tertia nata, tum alia infra nonam, alia infra undecimam dorsi, infraque primam secundam & tertiam lumborum aliae.

In alio corpore, ex quo icon sumta est, vertebralis dedit ramum infra vertebram tertiam colli, cum quarto adeo nervo, insignem, qui duobus ramis, cum nervo nempe tertio & quarto, ad medullam spinalem per latus adrepsit. Deinde infra sextam ab intercostali superiori ramus advenit, & infra septimam ab eodem trunco, cum anteriori, atque infra primam dorsi. Hujusmodi fabricam pro certa & perpetua constituit WILLISIVS p. 218. ut nempe idem trunculus bifidus ante & pone medullam spinalem amplectatur. Ab intercostali aortica prima ramus infra secundam dorsi advenit, priori inosculatus, tum parvus alius infra quartam, alius major & longe adscendens infra quintam, infra septimam exiguus, infra octavam magnus, & infra nonam per latera

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 396 sur 543

medullae adſcendens exiguus; infra undecimam inſignis, inoſculatus ſodali octavo. Porro infra duodecimam dorſi parva, magna vero infra primam lumborum, inoſculata cum undecima dorſi, & infra ſecundam lumborum exigua adfuit.

In alio corpore poſterior fuit ſub ſecunda vertebra colli, alia ſub tertia, & ſub quinta alia, & ſub tertia dorſi, & ſub octava, & ſub decima, haec omnium maxima.

In alio cadavere poſteriores fuerunt ſub quarta, ſub quinta, & ſub ſeptima dorſi, tum parva ſub nona, & ſub decima dorſi.

EXPLICATIO TABVLARVM.

TABVLA I.

Baſis cerebri ab anterioribus adſpecta, lobo poſtico paulum reclinato, ut fiſſura SYLVII pateat, & repulſo paulum cerebro, ut ima ſedes ventriculi ſiniſtri conſpiciatur.

A A Lobi poſteriores cerebri. *a*)
B B Lobi anteriores cerebri.
C C Foſſa SYLVII, quae ad usque bivium ventriculi anterioris adſcendit.
D D Cerebellum.
E Medullae ſpinalis principium.
F F Corpora pyramidalia.
G G Corpora olivaria.
H H Pons VAROLII, inſcriptus non transverſis ſolum, ſed varie ſe decuſſantibus ſulcis, quos arteriae videntur efficere, ſulcis interceptae.
⊙ Pars Plexus choroidei.
I I Eminentiae mammillares. *b*)
K K Pars crurum cerebri.
L L Nervi optici prius quam convenerunt.
M Eorum conjunctio.
N N Nervi optici ſeparati.
O Pars piae matris ſubjecta ventriculo tertio.
P Infundibuli ſedes. *c*)
π Corporis calloſi pars anterior.
≈ Pars

a) Nihil unquam vidi ſimile diviſioni in lobum medium & poſteriorem.

b) Eas CASSERIVS dudum L. X. T. X. M. (quam iconem BVCRETIVS non intellexit,) exque eo VESLINGIVS pictas dedit c. XIV. T. 3. deinde ante WILLISIVM deſcripſit D. de MARCHETTIS *anat.* p. 124.

c) Id mihi aliquoties, perinde ut CL. LIEVTAVD, ſolidum viſum eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 397 sur 543

ϟ Pars lobi anterioris cerebri perpendicularis, objecta conpari.
R R Nervi olfactorii. *d*)
S S Nervi tertii paris.
T T Nervi quarti paris.
V V Nervi quinti.
X X Nervi ſexti.
Y Y Nervi duri, mollesque.
Z Z Nervi octavi.
a a Nervi noni.
b b radices anteriores nervi primi cervicis.
c c arteriae *vertebrales*.
d *arteria cerebelli inferior dextra*.
e ramus ad faciem inferiorem cerebelli.
f f arteriae *ſpinales anticae*. *dd*)
g earum primus arcus.
h *arteria cerebelli inferior ſiniſtra*.
i i rami arteriae baſilaris ad pontem Varolii.
k k rami ejusdem ad cerebellum.
λ ramus auditorii nervi comitis.
μ ramus nervi quinti.
ν ν arteriae *ſuperiores cerebelli*.
π arteria *cervicalis* aut *baſilaris*.
σ σ arteriae *cerebri profundae*, a cervicalibus natae.
τ ramus inde ad plexum choroideum.
υ υ rami ad eminentias mammillares & ventriculi tertii fundum.
φ φ arteriae *communicantes* ſive *circulus Williſii*.
ϕ ϕ trunci *carotidum internarum*.
ω ω Earum *rami anteriores*.
Λ eorum anaſtomoſis, & ramus inde ad ventriculum tertium euns.
Γ Γ rami *poſteriores carotidum*.
Δ ramus inde ad plexum choroideum.

TA-

d) Pia mater interceſſit, ne recte duplex huius nervi origo exprimeretur, brevior a lobo anteriori cerebri prope pedunculi principium, & longior ab intervallo duorum loborum anterioris & poſterioris.

dd) Earum ramulos adpinxi, qui fiſſuram anteriorem medullae oblongatae ſubeunt. In ea fiſſura ſtrias equidem reperio, verum transverſas & nihil unquam ſimile chiaſmi.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 398 sur 543

TABVLA II.

Remota maxima parte cerebri, tum anterioris tum posterioris, ad finem usque ventriculi tricornis posteriorem, donec nudum & integrum conspiciatur velum injectum thalamis opticis.

AAA Medulla cerebri.
B pars cerebelli.
C vermis.
D Corpus callosum
E E Arteriae ejus corporis resectae.
F pars cerebri anterioris media inter corpora striata, confuse expressa.
G G Corpora striata. *e*)
H H Thalami nervorum opticorum.
I I Geminum centrum semicirculare. *f*)
K K Crura fornicis posteriora in se ipsa reflexa.
L L plexus choroidei. *g*)
M glandulae aliquae in dura matre tentorii. h)
NNN Origo *veli sive plexus choroideis interpositi* a pia matre lobi posterioris cerebri.
O Finis ejus veli anterior, in ipsos eos choroideos plexus.
P Glandula pinealis huic medio plexui subjecta, obscure apparens.
Q Venae magnae GALENI truncus dexter. *i*)
R truncus ejusdem sinister.
S S rami arteriae *superioris cerebelli* per id viscus sparsi.
T furculus ejus arteriae ad plexum interjectum choroideis.

V.

e) Obscuriora pinximus cum tota cortice fiant.

f) Sive limbus corporis striati WILLIS. *de anim.* T. T. E. alba stria, quae venam ejus corporis subjectam contra id ipsum corpus adprimit. Ejus venae rami fere sunt, qui in corpore striato pinguntur VESAL. L. VII. f. 6. O O. Caeterum ad unciae fere longitudinem descendit in ventriculi cornu anterius, ibique sub & retro corpus striatum multis fibris finitur in cerebri substantiam. Anterior finis varius est. Una crassa fibra fornicis cruri anteriori continuatur, alia vero parte ante id crus in partem cerebri corpori calloso subjectam evanescit, alia denique in faciem posteriorem commissurae crassioris nervi aemulae, quae crassior hoc VIEVSSENIANO centro est, & majori parte a medulla cerebri, thalamis anteriori nascitur.

g) Non expressi (quod oportebat, hic vero fieri non potuit) uti plexus isti dilatentur in principio descensus ventriculi, ut totum pedem HIPPOCAMPI protegant, atque in thalamis angustiores fiant. Utrumque expressit I. BONHOMME T. 5. Neque directionem exprimere licuit, qua uterque plexus adcedit primo ad fornicem, inde apice suo ab eo recedit, ut apex dextri plexus sinistrum non adtingat, verum uterque medio plexu, atque venis inde advenientibus insignibus conjungatur.

h) Nulla mihi de his glandulis memoria occurrit.

i) Recte non venam solum, sed ejus divisionem vidit VIR CEL. *magnamque venam* dixit, *cujus divisionem Conarium impleat. de util: part.* L. VIII. c. ult. Declivem etiam circa Conarium esse monuit *admin. anat.* L. IX. c. 3. Habet bifidam VESALIVS L. VII. f. 6. H. I.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 399 sur 543

V alter ejusmodi furculus.
X X arteriae a *cerebrali profunda* ad eum plexum.
Y Y Ejusdem plexus rami anteriores, exeuntes in corpora ſtriata & *k*)

TABVLA III.

Plexu medio remoto, nudati thalami & majori parte cerebri reſecta, cerebellum etiam patens. Pondus partium ventriculum anteriorem continentium eos utrinque recedere coegit, ut ipſe ventriculus, qui rima eſt, nunc inſigniter pateat.

A A Cerebrum. *l*)
B B Cerebellum.
C Pars corporis calloſi. *m*)
D D Corpora ſtriata extus cinerea.
E E Geminum centrum ſemicirculare.
F F Thalami nervorum opticorum qua pertinent ad ventriculos ſuperiores, *n*)
G G & qua ſpectant ventriculum tertium.
H H Linea alba, quae orditur commiſſuram poſteriorem, & inſeritur gemino centro ſemicirculari. *o*)
I Commiſſura poſterior cerebri.

K K

k) Obiter in hac figura cornu ventriculi poſterioris expreſſi, quod ego incerta longitudine breve, & iterum ad duas uncias longum reperi, tubere repletum, quod ita videtur a pede hippocampi oriri, ut tamen foſſa quaedam ab eo pede ſeparetur. Solet autem hoc tuber ovale eſſe, utcunque tamen unico fine introrſum flecti.

l) Mihi medulla a ſanguine diſſectarum arteriolarum flaveſcere viſa eſt, alba vero eſſe, quando eas guttulas abſterſeram.

m) Strias in corpore calloſo transverſas poſterius evidentiores facile eſt videre. Verum etiam in ejus interiori medulla lineae ejusmodi adparent WILLIS. T. 7.

n) Eorum facies ſuperior exterior partim alba eſt, partim cinerea. Ad ventriculum tertium primo convexi ſpectant, & fornicem recipiunt inpoſitum, deinde rectis faciebus quaſi reſectis ſe contingunt, & frequenter confuſo utroque cortice coaleſcunt. Fundi Ventriculi III. pars media fere altiſſima eſt, inde utrinque declinat. Tubera autem, in quae ſeparatur, a VIEVSSENIO partim delineata a preſſione incumbentis fornicis naſci videntur.

o) Haec linea oritur ſuperius & anterius paulo, quam fornicis inſertio, inde flexa in ſpeciem arcus adſcendit, hinc transverſa retrorſum it, deſcendit iterum, & ſuper commiſſuram poſteriorem, ab ea diverſa, transverſim thalamos unit, ante glandulam pinealem. In eam glandulam filamentum ſubtile utrinque inmittit, quod non ſemper neque absque magna cura oſtendi poteſt. A fornice deduxit id filum PETIT apud PALFYN II. p. 369.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 400 sur 543

K K crura anteriora fornicis reſecta. *p*)
L Commiſſura cerebri anterior.
M teſtes.
N Nates.
O Glandula pinealis.
P Linea transverſa alba inpoſita ventriculo quarto.
Q Pars medullae oblongatae, qua ventriculi quarti anterior paries eſt.
R Calamus ſcriptorius.
S Lineae albae, a quibus nervus mollis naſcitur. *q*)
T Plexus choroideus quartus.
V V pars crurum cerebri.
X X proceſſus a cerebello ad nates. *r*)
Y Y arteria *cerebri profunda* a vertebralibus nata.
Z Z Rami ad proceſſus poſteriores cerebri, reſecti.
a Ramus inde ad plexum medium, & thalamos, primus, externus.
β Ramus ſecundus ad teſtem & eum plexum.
b b ramus tertius ad eum plexum.
d Ramus arteriae *ſuperioris cerebelli* ad nates & teſtes euntis.
e Nervus quartus ſiniſter ſimplici radice natus.
f Nervus quartus dexter radice duplici oriens.
g g Rami ab arteria ſuperiori cerebelli ad id viſcus.
h arteriae *cerebelli ſuperioris propago profundior* ſiniſtra.
i arteria ad nates teſtesque a ſuperiori cerebelli.
k k ramus ab ea ad quartum ventriculum.
l ramus major ad nates, teſtes, glandulam pinealem & quartum ventriculum.
m Alius ejus ramus ad nates teſtesque.
n anaſtomoſis rami α & *l*.
α Ramus ab *arteriae cerebelli profundiori trunco* ad nates & teſtes.
a a truncus ejus *arteriae* dexter.
b b Ramus alius ad nates teſtesque.

o o

p) Ea nos in multis ex ordine corporibus retro commiſſuram anteriorem inmiſſa reperimus, quod ideo monemus, quia aliter nuper a Cl. Viro, & ante eam commiſſuram depicta ſunt. Inmittuntur autem non quidem in eminentias mammillares, ſed dilatata & in apicis digiti ſpeciem clavata, in cerebri medullam, ſub thalamis opticis, recta deorſum. Fibras aliquas gemini centri & commiſſurae & albae lineae thalami optici recipiunt.

q) Earum linearum alia ſuperior, una aut pluſculae, ad proceſſum a cerebello ad nates ivit, altera nervum mollem genuit.

r) Ab eo proceſſu, ejusque parte ſuperiori, tres fibrae, duaeque aliae, ex parte inferiori pedunculi cerebelli, latiuſculae ſtriae albae exeunt, & flexae extrorſum adſcendunt, ſeque pontis tranſverſis ſtriis inmiſcent. Vidi non ex proceſſu, ſed ex margine exteriori valvulae magnae veniſſe, & trans eum proceſſum inceſſiſſe, atque majori faſciculo ſe cerebelli cruri inmiſiſſe, minoribus vero duabus fibris una cum eo crure ad pontem adſcendiſſe.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 401 sur 543

o o arteriolae ad plexum choroideum a *cerebelli arteria* inferiori natae.
p arteriae ab anterioribus carotidibus ad cerebri profunda, ante commiſſuram anteriorem ſurgentes.
q & retro eam commiſſuram adſcendentes.
r Arbuſcula vitae.

TABVLA IV.

ARTERIAE SPINALIS POSTERIORIS ICON.

Nervos, ligamentum, duram matrem *a*) coſtas literis non deſignavimus, ne iconem corrumperemus, cum praeterea ex prioribus ſatis intelligantur. Sola ergo vaſa literis inſignivimus, quae apertis vertebris paravimus.

A Cor.
B Arteria pulmonalis ſiniſtra.
C Ductus arterioſus.
D Aortae arteriae arcus.
E Carotis & ſubclavia dextra.
F Carotis ſiniſtra.
G Subclavia ſiniſtra.
H *Thyreoidea ſiniſtra inferior.*
I Ramus ad glandulam thyreoideam.
K Ejus ramus adſcendens cervicalis.
L Hujus ramus ad medullam ſpinalem *inferior* ſ. comes quarti paris nervorum.
M ipſe ramus ganglii comes.
N Ramus *ſuperior*, comes tertii paris.

O

a) Medullam ſpinalem latiſſimam ad os occipitis expreſſimus, contractam & gracileſcentem ad medium dorſum, in imo dorſo lumbisque, priusquam finem faciat, paulum iterum craſſioremi. Situm vero variabilem vix fuit in artificis poteſtate exhibere. Nempe in ſumma parte colli poſterior, in initio dorſi anterior eſt, verſus medium dorſum & imum retrorſum cedit, & denuo in ſummis lumbis antrorſum it, a dextra vertebra vero lumbalium iterum retrorſum recedit. Filamenta firmantia duram matrem, & nervos quaſi germinantia, non ſolum in ſacro oſſe, ſed in collo & dorſo paſſim reperimus. Ligamenti denticulati minutiora incerta ſunt, origo conſtantior, ab oſſe occipitis inter noni paris exitum & vertebralem arteriam, finis inter duodecimam dorſi & primam lumborum, longiſſimo filamento & gracili, ex quo ipſo fila exeunt. Nervum primum utique perpetuo poſteriorem radicem, eamque duplicem, habere video, ut tamen non in eadem cum reliquis nervis linea, ſed anterius reliquis ea exeat.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 402 sur 543

O *Cervicalis profunda* arteria.
P ramus *ſuperior* comes nervi quinti.
Q ramus inferior.
R Ejus ſurculus ad duram Matrem, comes nervi ſexti.
S Surculus ad duram membranam nervi ſeptimi.
T *Vertebralis truncus ſiniſter.*
V Ramus ad corpora vertebrarum comes nervi ſeptimi.
X ſimilis ramus comes paris ſexti.
Y & ſimilis ramus comes nervi quinti.
Z ramus ad duram matrem medullae ſpinalis ejusdem ſurculi comes.
a ramus ad corpora vertebrarum, comes nervi quarti.
b ramus ad corpora vertebrarum, comes nervi tertii.
c ramus comes nervi ſecundi ad duram membranam & nervum.
d ramus ad occiput extra duram membranam natus.
e truncus vertebralis intra duram membranam.
f alius ramus natus intra duram membranam & occiput adeuns.
g *arteria cerebelli inferior.*
h arteria *ſpinalis poſterior ſiniſtra.*
i i anaſtomoſes ejus cum dextra.
k Arteria *intercoſtalis ſuperior.*
l ramus *ſuperior* comes nervi octavi, & inoſculatus arteriae ſpinali poſteriori.
m ramus alter inferior.
n ejus ſurculus ad corpora vertebrarum, cum nervo octavo euns.
o ramus ad medullam ſpinalem, inoſculatus ſpinali poſticae cum nervo ſeptimo.
p ſurculus inferior rami m.
q ſurculus ad corpora vertebrarum, comes nervi noni, ſeu dorſalis primi.
r ſurculus cum eodem nervo medullam ſpinalem adeuns, & inoſculatus ejus arteriae poſticae.
ſ ſurculus medullam ſpinalem adeuns cum nervo octavo.
t Arteria *intercoſtalis aortica prima.*
u ſurculi muſculares.
x ramus ad medullam ſpinalem.
y ramus ad corpora vertebrarum.
z aorta deſcendens.
α ramus *intercoſtalis aorticus alter*, ejusque trunculus muſcularis.
β ramus ad duram membranam & medullam ſpinalem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 403 sur 543

γ ramus ad corpora ſ. involucrum vertebrarum.
δ truncus *intercoſtalis aorticae ſecundae.*
ε truncus *tertiae.*
ε ramus muſcularis ſ. intercoſtalis.
ζ ramus comes nervi ſui ad medullam ſpinalem.
η ramus ad duram membranam.
θ ramus ad corpora vertebrarum.
λ arteria *intercoſtalis aortica quarta.*
μ ramus muſcularis ſeu intercoſtalis.
ν ramus ad medullam ſpinalem comes nervi.
ξ ramus ad duram membranam.
π ramus ad corpora vertebrarum.
ϱ *Intercoſtalis aortica quinta.*
σ ramus muſcularis.
τ ramus ad medullam ſpinalem.
υ ramus ad corpora vertebrarum.
φ *Intercoſtalis aortica ſexta.*
χ ramus intercoſtalis.
ψ ramus dorſalis.
ω ramus ad medullam ſpinalem.
1 ramus ad corpora vertebrarum.
2 arteria *intercoſtalis aortica ſeptima.*
3 ramus intercoſtalis.
4 ramus dorſalis.
5 ramus ad medullam ſpinalem.
6 ramus ad corpora vertebrarum.
7 ramus ad medullae ſpinalis duram membranam.
8 *Intercoſtalis aortica octava.*
9 truncus intercoſtalis.
10 ramus ad medullam ſpinalem.
11 ad corpora vertebrarum.
12 ad muſculos dorſales.
13 *Intercoſtalis aortica nona.*
14 truncus intercoſtalis.
15 truncus ad medullam ſpinalem.
16 ad corpora vertebrarum.
17 ad muſculos dorſi.
18 *Intercoſtalis aortica decima.*
19 truncus intercoſtalis.
20 ramus ad medullam ſpinalem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 404 sur 543

21 ad duram membranam.
22 ad corpora vertebrarum.
23 ad muſculos dorſi.
24 Arteria *lumbalis prima.*
25 truncus muſcularis major anterior.
26 truncus poſterior muſcularis.
27 ramus ad medullam ſpinalem.
28 ramus ad corpora vertebrarum.
29 Arteria *lumbalis ſecunda.*
30 ramus muſcularis anterior.
31 ramus ad medullam ſpinalem.
32 ramus ad duram membranam.
33 ramus ad corpora vertebrarum.
34 *Lumbalis tertia.*
35 ramus anterior.
36 ramus ad medullam ſpinalem.
37 ramulus ad corpora vertebrarum.
38 *Lumbalis quarta.*
39 ramus anterior.
40 ramulus ad medullam ſpinalem.
41 ad corpora vertebrarum.
42 ramus muſcularis poſterior.
43 *Lumbalis quinta.*
44 ramus ad nervum ſocium.
45 ad corpora vertebrarum.
46 truncus anterior.
47 *Sacra prima.*
48 ramus anterior.
49 ramus ad nervum ſocium.
50 ad corpora vertebrarum.
51 *Sacra ſecunda.*
52 ramulus ad nervum ſocium.
53 ad corpora vertebrarum.
54 *Sacra tertia.*
55 ramus muſcularis.
56 ramus ad nervum ſocium.
57 ramus ad corpora vertebrarum.
58 *Sacra quarta.*
59 ramus muſcularis.
60 ramus ad nervum ſocium.

61 ramus

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 405 sur 543

61 ramus ad corpora vertebrarum.
62 *Sacra quinta.*
63 ramus ad nervum.
64 ramus ad corpora vertebrarum.
65 *Sacra ſexta* vel *ſacra coccygea.*
66 ramus ad corpora vertebrarum.
67 arteria *azygos* a ſpinali antica nata.

TABVLA V.

SIVE MEDVLLAE SPINALIS ANTERIOR.

A Os occipitis ex tribus adhuc partibus compoſitum.
B 2. 3. 4. 5. 6. 7. Proceſſuum transverſorum vertebrarum colli reliquiae.
B 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 181. Vertebrarum dorſi proceſſus transverſi.
19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Coſtae duodecim defractae.
C 31. 32. 33. 34. Tum vertebrarum lumbalium.
D Primae vertebrae oſſis proceſſus transverſus.
35. 36. 37. 38. Tum quatuor reliquarum vertebrarum oſſis ſacri.
E cor obiter expreſſum.
F Arteria pulmonalis.
G Aorta.
H dura mater medullae ſpinalis aperta.
I ligamentum denticulatum.
K K K K ejus adhaeſiones ad medullam ſpinalem.
L filamentum ultimum.
M N O P Q R S T octo primi nervi *cervicales.*
V X Y Z a b c eorum ganglia.
d e f g h i k l m n o p nervi duodecim colli & eorum anteriores radices.
q r s Radices nervorum poſticae pellucentes per ligamentum denticulatum.
t cauda equina.
Γ Δ Θ Λ Ξ nervi lumbales.
Π Σ Φ Ψ Ω nervi oſſis ſacri quinque priores & ultimus.
u Medulla ſpinalis variae ut in icone magnitudinis.
x finis ejus conicus.
y arteria *ſpinalis anterior* utraque.
z Inſula in ſumma cervice.
α alia in pene imo collo.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 406 sur 543

β finis arteriae ſpinalis in vaginam a pia membrana factam terminatae.
γ arteria *vertebralis.*
δ ramus ad ſpinalem anticam arteriam ſub vertebra ſecunda euns.
ε ramus ad involucrum vertebrarum anterius miſſus.
ζ ramus ad involucrum vertebrarum ſub tertia vertebra colli.
η ramus ad ſpinalem arteriam ſub ſexta vertebra.
ϰ ramus ad corpora ſ. involucra vertebrarum.
λ arteria *ſubclavia ſiniſtra.*
μ ramus *thyreoideus inferior.*
, ejus ſurculus *cervicalis adſcendens.*
ξ inde natus ramus ad arteriam ſpinalem ſub tertia vertebra.
ϖ & ſub quarta.
ϱ arteria *cervicalis profunda.*
ϭ ramus ſub ſexta vertebra ad corpora vertebrarum euns.
τ & ad arteriam ſpinalem.
υ ramus *cervicalis* reſectus.
φ ad arteriam ſpinalem ſurculus.
χ alia arteria *cervicalis ima* ſ. *intercoſtalis ſuperior.*
ψ ramus ad ganglion & duram matrem ſub vertebra ſeptima colli euns.
ω ramus ad involucra ſ. corpora vertebrarum.
40 ramus alius ejusdem trunculi.
41 ſurculus ad corpora vertebrarum.
42 ſurculus ad duram membranam & ganglion.
43 arteria *intercoſtalis ſuprema* aorticarum.
44 ramus ad in volucra vertebrarum.
45 ad ganglion.
46 ramus intercoſtalis.
47 arteria *intercoſtalis aortica ſecunda.*
48 ramus intercoſtalis.
49 ramus ad vertebras.
50 ad glanglion.
51 arteria *aortica intercoſtalis tertia.*
52 ramus intercoſtalis.
53 dorſalis.
54 ad arteriam ſpinalem communicans.
55 arteria *quarta intercoſtalis aortica.*
56 ramus intercoſtalis.
57 ramus ad dorſi muſculos.
58 ramus ad ganglion & duram membranam.

581 ad

581 ad corpora vertebrarum.
59 arteria *intercoſtalis aortica quinta.*
60 ramus intercoſtalis.
61 ad duram membranam.
62 ad vertebras.
63 arteria *intercoſtalis aortica ſexta.*
64 ramus intercoſtalis.
65 dorſalis.
66 ad ganglion.
67 ad vertebrarum involucrum.
68 arteria *intercoſtalis aortica ſeptima.*
69 ramus intercoſtalis.
70 dorſalis.
71 ad vertebras.
72 ramus ad medullam ſpinalem communicans.
73 arteria *intercoſtalis aortica octava.*
74 ramus intercoſtalis.
75 dorſalis.
76 ad ganglion duo furculi.
77 ad vertebras
78 & ad arteriam ſpinalem furculus communicans.
79 arteria *intercoſtalis aortica nona.*
80 ramus intercoſtalis.
81 dorſalis.
82 ad vertebras.
83 ad ganglion.
84 arteria *lumbalis prima.*
85 ramus anterior.
86 ramus ad vertebras.
87 ad ganglion.
88 arteria *lumbalis altera.*
89 ramus anterior muſcularis.
90 ramus ad arteriam ſpinalem.
91 ad vertebras.
92 arteria *lumbalis tertia.*
93 ramus muſcularis.
94 ramus ad arteriam ſpinalem.
95 *Lumbalis quarta.*
96 ramus ad vertebras.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 408 sur 543

961 ramus muſcularis.
97 ad arteriam ſpinalem.
98 *Lumbalis quinta.*
99 ramus muſcularis.
100 ad vertebras.
101 ad arteriam ſpinalem.
102 *Sacra prima.*
103 ramus muſcularis.
104 ad vertebras.
105 ad arteriam ſpinalem.
106 *Sacra ſecunda.*
107 ramus ad nervum.
108 *Sacra tertia.*
109 ramus ad vertebras.
110 ad nervum.
111 *Sacra quarta.*
112 ramus primus, ſurculus ad vertebras.
113 ramus ad nervum tertium ſacrorum & caudam equinam.
114 ramus ad nervum quartum ſacrum.
115 ad / quintum.
116 ad coccygem.
117 arteriae anterioris ludentis per vertebrarum corpora *finis.*
118 prima anaſtomoſis cum laterali ſacra.
119 altera.
120 Coeliaca arteria.
121 Meſenterica ſuperior.
122 inferior.
123 Iliaca ſiniſtra.
124 dextra.
125 hypogaſtrica.
126 alii ejus rami.

ARTERIARVM OCVLI HISTORIA.

Subtiliſſimas arteriolas cum aliqua voluptate fuſius ſum perſecutus, quam forte oportuerat, ſi vaſorum dignitas ex diametro recte aeſtimaretur. Verum dudum conſueverunt recentiores anatomici in oculo minutiis indulgere, tum quod chirurgia valde accuratas diviſiones & deſcriptiones requirat, tum quod ipſa fabricae pulchritudo animum invitet. Nomina nova inpoſui ramis conſtantibus ophthalmicae arteriae, quod plurima & certe gratuita difficultas ex defectu nominum in deſcriptiones irrepat.

Sequitur, ut ſcriptoribus, qui bene de hujus arteriae hiſtoria meriti ſunt, ſuas laudes tribuam. GALENVS *ergo retinae arterias venasque notas habuit.* VESALIVS *ciliares arterias, & choroideae & ſcleroticae depictas dedit.* FALLOPIVS *arteriam ethmoideam anteriorem, ab ophthalmica*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 411 sur 543

natam, egregie notam habuit. Eam ophthalmicam primus conſtituit IOH. PHILIPPVS INGRASSIAS, *& optico nervo ſodalem non venam, ut* VESALIVS *&* FALLOPIVS, *ſed arteriam dedit.* BARTHOLOMAEVS EVSTACHIVS *vaſa retinae ad naturam iconibus expreſſit, choroideae vaſa paulum minus ordinate, retinam, etſi haec laus alio pertinet, ad lentem cryſtallinam uſque deduxit. Vaſa denique ſanguine plena per ſubſtantiam nervi optici decurrere vidit. Ab eo viro ad* THOMAM WILLISIVM *parum eſt, quod acceſſit hiſtoriae harum arteriarum, neque* CASSERIVS *aut* H. FABRICIVS *ab* AQVAPENDENTE, *cum de oculo proprios libros ederent, vaſis aliquid addiderunt. Iſte vero* (de anim. brut. *P. I. c.* 15. *p.* 154) *multa utiliter adjecit, diſertius prioribus, arteriam ophthalmicam nervum opticum ſequi ſcripſit, & ſex propaginibus, arteriis nempe ciliaribus, ſcleroticam adire, eamque perforare, ut uveam adeant. Multum ſubtilitate obſervationum priores ſuperavit* ALLEN MOULINS (anat. of an elephant burnd at Dublin). *Nam choroideae vaſa continua ſanguiferis ſcleroticam perforantibus, in iridem, proceſſus ciliares, lentem cryſtallinam ipſam, & vitream membranam deduxit, brutis quidem animalibus uſus.* ANTONIVS NVCKIVS *ductuum aquoſorum nomine videtur vaſa longa choroideae, & circulum uve-*

uveae depinxiſſe. H. RIDLEY *ethmoideam poſteriorem ab ophthalmica deduxit, etſi in origine aberravit, deinde ramum a lacrumali ad duram membranam orbitae, absque adſignata origine, nominavit* (of the brain *p.* 38.). IOSEPHVS *de la* CHARRIERE *hanc arteriam habet, & ad ophthalmicam refert.* Anat. nouv. de la tete de l homme *p.* III. IACOBVS RAVIVS *eamdem & fuſius deducit a meningea, quam maxillaris interna generat & ab ophthalmica recte diſtinguit apud* VALENTINVM append. ad amphit. Zootomicum *p.* 102. F. RVYSCHIVS *multa ſubtiliora addidit, vaſa retinae copioſiora, vaſa* RVYSCHIANAE *tunicae a vaſis choroideae diverſa, circulum uveae majorem & minorem, manifeſtius conſtitutum, vaſa iridis pulchrius expreſſa, vaſa proceſſuum ciliarium, vaſa capſulae lentis cryſtallinae, ciliarium arteriolarum ductus ſerpentinos. Retinae duas laminas non ignoravit, etſi non auſus eſt novum nomen inponere, territus forte a fato maligniori* RVYSCHIANAE *ſuae.* LAVRENTIVS HEISTERVS, RUYSCHII *diſcipulus, in diſp. inaugurali* de Choroidea tunica *Leidae* 1708. *defenſa & non dudum recuſa, ornatius arterias externas oculi deſcribit, quam priores a labiali, infraorbitali & temporali natas, tum internas, tam opticam, quam eam, quae per fiſſuram laceram*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 413 sur 543

advenit. Perſuadetur autem Cl. V. omnes hos quinque truncos inter ſe convenire, & ciliares arterias conſtituere, quas porro ad Ruyſchianas praeparationes deſcribit. De IACOBO HOVIO *difficilius eſt judicium. In variis animalibus vaſa oculi ſubtiliter videtur repleviſſe, nam circuli inprimis arterioſi figura oſtendit, Cl. Virum non omnia finxiſſe. Vaſa longa ſeparavit, cum novo fontium nomine. Rete ophthalmicum animalium, arterioſum & venoſum, detexit, unde ciliaria vaſa oriuntur. Verum ſubtiliſſimas illas icones proceſſuum ciliarium cum ſuis ramis, arterioſis venoſisque, tum vaſorum lentis vitreae, papillarum, unde vaſa vitrei humoris proveniunt, neurolymphaticorum retium in propria lamina choroideae, & laminas demum quinque ejus tunicae, nulla recentior induſtria confirmavit. Multum etiam Viro nocuit dictionis, qua laborat, obſcuritas. Hominem vix adtigit.* ILL. ALBINVS *nihil quidem de oculo hactenus edidit, quantum tamen ex diſcipulorum* PETRI LOBE, I. HENRICI MOELLERI & CAMPERI *aliorumque diſputationibus videmus, addidit hiſtoriae oculi, quod vaſa retinae interiorem diverſam a medullari laminam conſtituere, poſt* RVYSCHII *conjecturam, firmius docuerit, & arteriam a centrali retinae per medium humorem vitreum recta ſe ad lentem cry-*

cryſtallinam penetrare viderit. ILL. VIR IACOBVS BENIGNVS WINSLOW *orbitariam arteriam, diverſam ab ophthalmica, a Carotide interna deduxit III. n. 74. quae aut nulla eſt, aut nullius certe momenti, & nimis ornavit ramum arteriae infraorbitalis IV. n. 297. & Carotidi internae nihil reliquit, niſi minutos ramulos, indeque natam arteriolam centralem retinae, & ciliares IV. n. 298. 299. & longe plerosque & majores ramos ophthalmicae, omnino palpebrales, ethmoideas, lacrumalem, muſculares, aut omiſit, aut ad alios truncos retulit. Eum virum, ut ubique, plerique recentiores ſecuti ſunt Cl.* ESCHENBACH, VERDIER, BARBAVT *&c.* AMBROSIVS BERTRANDVS *in* anat. diſſ. de oculo *vaſa minutiora etiam adtigit, vorticoſa, & ea quae iridem adeunt, & lymphatica ab iſtis diverſa, fines etiam rubrorum vaſorum in lente cryſtallina confirmavit. Cl.* VIRI I. GODOF. ZINNII, *Gottingenſis profeſſoris, amici noſtri integerrimi, obſervationibus debetur, circulus ſcleroticae poſterior, anterior, circulus retinae anterior, vaſorum choroideae membranae, ad fluitantem illam coronam radiatam, continuatio. Verum plura ab ejus hiſtoria oculi humani exſpectamus.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 415 sur 543

Ego, ſi de meis aliqua addidiſſe licet, primus arteriam ophthalmicam tanquam truncum, cum omnibus ramis deſcripſi, ramos oculares ipſi reſtitui, quos aliunde vir maximae auctoritatis IACOBVS BENIGNVS WINSLOW *deduxerat. Addidi vix definitos ramos, inferiorem oculi, ſupraorbitalem, arcum tarſeum ſuperiorem, inferiorem, & arterias ciliares anteriores, circulum uveae adeuntes; vorticoſa vaſa venoſa eſſe oſtendi; centralem retinae ab origine ſua perſecutus ſum; arteriolae fiſſurae lacrumalis ortum finesque definivi. Uſus ſum autem ad hanc hiſtoriam cadaveribus humanis viginti & quatuor, & in plerisque integram ſeriem ramorum arteriae meae exaravi, in aliis praecipuas ejus particulas. Terebinthinae oleo rubro fere vaſa replevi, quod facile iridis, retinae, & proceſſuum ciliarium vaſa ſubit. Aliqua uberius perſecuturo obſtitit diſceſſus ab Academia & ab anatome. Dedi Bernae die* 12 *Februar.* 1754.

Vaſo-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 416 sur 543

Vasorum oculi longe princeps est, quod nos *arteriam ophthalmicam* vocamus, ea nempe arteria, quae a carotide interna, proxime processus clinoideos anteriores, intra durae matris caveam nascitur, & nervum opticum per foramen huic nervo proprium comitatur. Neque enim nomen ophthalmicae arteriae, quam generat infraorbitalis, ullo modo convenit. Nempe Cl. VIRIS voces WINSLOWI fraudi fuerunt, qui arteriam a sphenomaxillari, quae nobis infraorbitalis est, ad musculos globumque oculi mitti paulum fusius scripserat *Expos. anat.* T. IV. n. 297. cum nervi optici comites interim vocaret *des petits rameaux* n. 298. Inde factum est, ut arteriam ophthalmicam ex sphenomaxillari deducat Cl. I. ERNESTVS HEBENSTREIT. *de vas. sanguif. oculi.* Verum arteriolae, quas emittit, aut recipit infraorbitalis arteria, exiguae sunt, & interiora oculi vix tangunt, atque ad adipem potius oculo circumpositum, demumque, quories maximae sunt, ad musculum obliquum inferiorem, & aliquam particulam sclerocticae eunt, uti suo loco plenius dicemus. Arteriola vero fissurae lacerae, quam plurimi Cl. VIRI pro oculi aut unica aut principe arteria habuerunt, ea & parva est, & cum oculo vix quidquam commune habet, quae aut ophthalmicae venae propago sit, aut, quoties lacrumalis trunculus a meningea nascitur, tamen paucis furculis musculos rectos superiores adit, glandulamque lacrumalem & palpebras. Pertinet autem ad hanc haeresin, quantum video, VESALIVS, qui arteriam ad oculum & musculum temporalem per foramen secundi paris ducit, (nempe paris tertii sive fissuram laceram) nulla alterius trunci mentione facta, qui oculum adiret L. III. p. 501. edit. 1555. Eum secutus est FALLOPIVS, IACOBVS SYLVIVS idem & obtrectator & plagiarius VESALII *Isag. anat.* L. II. c. 5. p. 38. R. COLVMBVS, si conparaveris p. 184. ubi arteriam ophthalmicam a Carotide derivat, cum p. 37. VALVERDVS, PLATERVS, SPIGELIVS in magno opere p. 176. DOMINICVS de MARCHETTIS *anat.* p. 107. & nuper AMBROSIVS BERTRAND, qui manifesto arteriam, ex qua nascuntur ciliares trunculi choroideae, per foramen lacerum deduxit *de oculo* n. 26.

Arteria ophthalmica vera non diu latuit. VESALIVS equidem venam nervi optici comitem fecit L. I. p. 62. T. XII. f. 3. E. obsequente hic non bene FALLOPIO *de ossib.* p. 137. Correxit errorem autem proximus aetate I. PHILIPPVS INGRASSIAS, atque *juxta exterius & superius latus sub acutis processubus angulum acutum & exiguum* descripsit, *per quem arteriola, quam nonnulli venam dicunt, ex interioribus ad oculum iret. Comment. de ossib.* p. 90. Hic adeo Vir clar. primus ophthalmicae arteriae inventor est, cum interciderint, quae de oculo scripserat EVSTACHIVS. Longo inde intervallo THOMAS WILLISIVS a Carotidibus internis anterioribus arteriolam comitem nervi optici (*de cerebr.* p. 89. & *de anim. brut.* p. 154.) procedere monuit. Nimis brevis est BRIGGSIVS *Ophthalmogr.* p. 45. Verum tenuit CAROLVS DRELINCVRTIVS *Praelect. anat.* p. 194. & PHIL. VERHEYEN L. I. p. 194. VIEVSSENIVS arterias comites nervi optici pinxit, nimis utique angustas T. XVII. f. 1. G. G. Habet veram arteriam opticam I. ERNESTVS WREEDE T. 8. & RAVIVS *amphiteatr. Zootom.* p. 102. & IACOBVS KEIL *Compend. anat.* p. 188. ed. 1742. &. W. KENNEDY *Ophthalmogr.* p. 188. & D. le CLERC *Chir. complete* ed. 1739. p. 102. Originem a Carotide iconi suae addidit IACOBVS DRAKE T. XX. Foraminis rotundi huic arteriae dicatam, appendicem figura expressit Cl. ALBINVS *de oss. fet.* f. 24. & arteriam ophthalmicam dixit discipulus Cl. VIRI P. LOBE *de oculo humano* n. 34. Non erravit a vero L. HEISTERVS *de choroidea* n. 20. neque Cl. HEVERMANN *Physiol.* II. p. 884. Ortam ex interna carotide recte pinxit GAVTIER *anat. de la tête* L. VIII. f. 1. etsi in reliqua figura raram aliquam fabricam secutus est. Ex animalibus depinxit HOVIVS, similem humanae, sed a rete proprio ortam, quod in homine non reperitur, comitem caeterum optici nervi. Ex animalibus etiam videtur habuisse RIOLANVS, qui ex rete mirabili nasci reliquit *anthropograph.* p. 279. Non bene centralem retinae ab arteria durae matris derivavit, atque separavit ab ophthalmica P. DIONIS *cours d' anat.* p. 564. 565.

ILL. vero WINSLOWVS nimis humiliter de arteria nostra sensit, quando exiguos ramulos (IV. n. 298.) dicit, qui ciliares arterias & centralem nervi optici generant, quas voces I. LIEVTAVD *essays anat.* p. 132. aliique secuti sunt. Rectius certe ophthalmicam vocavit *grosse branche* D. LE CLERC *Chir. complete* p. 79. & diameter in iconibus nostris expressa, non est supra veram. Deinde unica est, neque plures unquam trunci mihi visi sunt. Sed & in eo obfuit huic historiae Vir Cl. quod aliam praeter ophthalmicam arteriam proxime prius a Carotide interna mitti scripserit, quae per fissuram laceram adveniat, & quam diversam facit ab arteria, quam per eam fissuram euntem, & ipse recte alias descripsit, et nos dicemus, quando agemus de arteria lacrumali, conf. III. n. 60. cum n. 74. Inde caeterum factum est, ut Cl. ESCHENBACH solam centralem nervi optici arteriae comiti hujus nervi reliquerit, ab arteriola fissurae sphenoideae vero ad iridis usque ambitum arteriolas deduxerit p. 819.

Magis cogimur dissentire a Viro ILL. HE-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 417 sur 543

BENSTREITIO, quando a ramulis arteriae meningeae, praecipuae *ſpinoſae*, perreptantibus duram membranam optici nervi, eas deducit arterias, quae inter ſcleroticam & choroideam ſe explicant, & in circulum arterioſum deſinunt l. c. p. 5. &c. Neque enim vaſcula durae membranae ejusmodi ſunt, ut vaſa tunicae choroideae generare poſſint, cum adeo minuta ſint, neque a meningea veniunt, ſed ex ramulis carotidis internae, quos, ubi ex receptaculo prodiit, numeroſos his nervis inpertit. Erepunt autem ad circulum uſque in radice ſcleroticae poſitum, & cum vaſis ab ophthalmica eamdem duram membranam adeuntibus, atque cum ciliaribus communicant. Conf. Cl. ZINN *de vaſis ſubtil. oculi* p. 27. Neque firma ſunt, quae IOH. TAYLOR ſcripta reliquit. Arteriam enim opticam equidem habet *mechan. du globe de l' oeil* p. 37. Sed illi, quam per fiſſuram laceram a Carotide interna inquit ſubire, ramos etiam ad choroideam membranam humoremque vitreum tribuit ib. p. 39. 40.

Oritur autem ea, de qua nobis ſermo eſt, arteria ex Carotide interna, qua ſede ſe ex receptaculo verſus poſteriora & interiora conflectit, atque nervo optico viciniſſima eſt, ex arcus, quem Carotis efficit, convexitate. V. *Tab. bas. cran.* f. f. *Tab.* VI. *faſc.* VII. f. 2. GAVTIER T. VIII. *de la tête* f. 1. neque enim alias arteriae noſtrae figuras reperio. Antrorſum autem & plerumque ſub nervo incedit, ut ejus latus exterius petat, ſub dura matre, quae receptaculi lacunar facit, ſubque nervo tertio quartoque, paulum extrorſum eundo, ſub origine muſculorum oculi, in receſſu proprio foraminis optici, quem ILL. ALBINVM pinxiſſe, & deſcripſiſſe INGRASSIAM jam monuimus, didici vero ex codice MS. CASSEBOHMII, aliquando proprium foramen eſſe, ſeclusum ab optico. Semel vidi arteriam ophthalmicam ſupra nervum inceſſiſſe.

Diviſio & progreſſus ophthalmicae in orbita non conſtans eſt. Quare primo plenam aliquam deſcriptionem dare viſum eſt, ita tamen, ut ramos primos unice enumerem, eorum ſurculos & progreſſum ex ordine fuſius dicturus. Deinde ex aliquam multis aliis cadaveribus breviter alios ordines ramorum recenſebo, multo quidem pauciores, quam ſunt in adverſariis, ne obſcura mea diligentia moleſtus fiam. Denique, quid ex variis cadaveribus commune & conſtans eſt, perinde brevi colligam. Deſcriptio prima erit, quae reſpondet figurae 2. T. VI. Primi ſurculi, continuo ubi perioſteum orbitae ex dura membrana ſe explicat, exigui, ſunt ad eam duram matrem, tum ad origines muſculorum oculi, inferioris, interni & ſuperiorum. Exigui hi ſunt, eorum vero loco alias, ſed raro, magnus ramus ad duram membranam it, qualem in lacrumalis arteriae hiſtoria dicemus, & qualem l. c. valde luculentum depinxit Cl. GAVTIER.

Lacrumalem ramum in cadavere, quod deſcribimus, arteria ophthalmica nullum, alias duabus lineis ab ingreſſu in orbitam emiſit, alias paulo ultra, ut in *tab. baſ. cran.* 2. inter externum rectum muſculum & palpebrae levatorem: Alias pene in media orbita, inter ciliares trunculos naſcitur. Frequentius tamen ſe habet, uti in principio diximus, ut lacrumalis ab ophthalmica paulo poſt oriatur, quam haec orbitam ingreſſa eſt.

Porro dedit ramum *Ciliarem externum* (ad l exterius tab. *baſ. cran.* Y. T. VI. f. 2.) aliumque ſurculum ad rectum ſuperiorem & externum ib. Z. Tunc cepit tecta recto utroque ſuperiori ſe introrſum conflectere, ut ſuper nervum opticum incedat f. 2. & *baſ. cran.* Trans vero eum nervum modo in media orbita, propius tamen originem orbitae, modo propius ſcleroticam fertur. Deinde alias lente, ut f. 2. T. VI. faſc. VII. alias magis praecipiti flexu nervum ſupergreditur. Rarius ſub eo nervo introrſum iviſſe vidi.

Prius tamen quam exterius nervi latus deſerat, dedit *ciliarem ſuperiorem internam* ad 4. *tab. baſ. Cran.* & e. T. VI. f. 2. faſc. VII. Tum ſurculos duos ad rectum oculi ſuperiorem & palpebrae levatorem edit; reſecti ſunt T. VI. f. 2. b. c. & in ea ſede *poſteriorem ethmoideam*, quae alias a lacrumali naſcitur, aut omnino nulla eſt, ut hic nulla fuit.

Inde in ipſo nervo *centralem retinae* dat T. VI. f. 2. a cujus loco alias duo tresve ramuli; etiam retrogradi, ad eum nervum mittuntur. Vide *ic. baſ. cran.*

Sequitur in nervo ipſo ramus muſcularis *ſuperior* vel *ſupraorbitalis.* lb. *l.* & in eodem porro nervo *ciliaris inferior k* proximaque *muſcularis inferior* f. ib.

Et nunc deſerit nervum opticum, interior, propior oſſi plano, cujus longitudinem legit, ſubjecta muſculo pathetico, interno ſuperpoſita. Dedit hic tres ramulos interno muſculo, qualem expreſſi in *ic. baſ. cran.* h. i. o. T. VI. f. 2. Horum loco unum fuiſſe vidi, ſed inſigni magnitudine, ut duas ciliares, & ethmoideam poſteriorem generaret.

Porro alium perioſteo oſſis plani *n.* T. VI. f. 2. duosque pathetico nervo mittit, inde *ethmoideam anteriorem* perpetuam *m.* ib. Deſcendit trunco ſuo ſub trochlea p. q. ib. Dat laepe ea ſede ramulum ſacco naſali, qui alias poſt palpebrales demum provenit. Edit *palpebralem* aut *inferiorem*, aut *communem*, alias ut hic in exemplo *r.* & in f. 1. l. adſcendit iterum ſerpentina, ſecundum os planum. Dat duos ſurculos ad ſedem trochleae, qui cum tendine pathetici reflexi oculi globum adeunt p. q. ib. & *s.* f. 1. Generat porro *palpebralem ſuperiorem*, quae

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 418 sur 543

quae minime infrequenter etiam inferiorem producit. Tunc vero fiſſa in *naſalem* & *frontalem* dividitur. In univerſum autem alterne flexa incedit, quae curvitas etiam magis intorquetur, ſi injectio acceſſerit. Vid. Tab. I. *baſ. cran.*

Secunda deſcriptio. Primus ramus adiit muſculum rectum ſuperiorem oculi & palpebrae levatorem. Eum alias lacrumalis edit f. 2. T. VI. Y. Secutus eſt trans nervum opticum magnus ramus *ciliaris ſuperior* ib. qui in exemplo ramum introrſum nervo optico remiſit, pluſculos vero antrorſum dedit ad ſcleroticam tunicam. Secuta eſt *centralis retinae*, nata prius, quam arteria ophthalmica nervum conſcenderet, hic inſignior. Alii minores ramuli adiverunt piam membranam & medullam nervi optici. Inde, tecta hic nervo optico, ut ſuperius indicavi, introrſum ivit ophthalmica, quae alias ſupra nervum incedit. Dedit huic nervo denuo magnum ramum. Emerſit ad interiora nervi, quem dixi. Edidit hic demum *ſuperiorem muſcularem* multo quam ſolet majorem, vel *ſupraorbitalem.* Tunc aliam internam *ciliarem ſuperiorem*, & ſurculum muſculo interno edidit. Antrorſum recta perrexit ſub muſculo trochleae, dedit *ethmoideam anteriorem, palpebralem inferiorem*, ramos duos exiguos trochleae 5. f. 1. & *ſuperiorem palpebralem*, quae alias utrique communis eſt, ut in f. 1. aliumque ſurculum ad palpebralem ſuperiorem, in transverſum ductum, & lacrumali arteriae inſertum, magis profunde ſive remotius a tarſo, quam arcus palpebralis ſuperior. Alias duo ejusmodi rami fuerunt, quorum alter nihil cum lacrumali commune haberet f. 1. T. VI. 9. Porro truncus *ſuper ciliarem* genuit, inoſculatum temporalibus; ſubcutaneum ib. n. Inde a frontali *naſalis* ſecedit X. Et reliquum *frontalis* fuit, tum *ſuperficialis u. ib.* tum *profunda t. ib.*

In tertio exemplo ordo ramorum fuit, ut hoc ordine naſcerentur. Arteriola durae membranae lacrumalis, centralis retinae, muſcularis inferior, ciliaris interna, ramus muſculi interni, ramulus pathetici, ethmoidea anterior, palpebralis communis rami duo ad trochleam, ramus alius palpebralis ſuperior, ramus ſuperciliaris, ramus profundus frontalis, ramus naſalis, & frontalis ſubcutaneus.

Quarta ramorum ſeries eſt ejusmodi. Ciliaris inferior, a qua ramus ad opticum nervum ivit; ramus retrogradus, per fiſſuram laceram in receptaculum & nervum quinti paris atque duram membranam redeuns, porro ethmoidea poſterior, a qua cum ſurculo lacrumalis arteriae conjuncta, alia ciliaris nata eſt; ramus muſcularis inferior; ramus levatoris palpebrae; ramus ſupraorbitalis; ramus perioſtei orbitae; ethmoidea anterior, a qua ramus ad patheticum ivit; ramus trochleae; palpebralis communis; naſalis; frontalis.

Alias iſte ordo fuit, ciliaris interna inferior; lacrumalis: ciliaris ſuperior interior, grandis: muſcularis inferior; ſupraorbitalis; ciliaris interna inferior alia: ethmoidea anterior, ramuli trochleares, & ſacci naſalis: palpebralis, alia minor ad palpebram & reliqui perpetui.

Alias iverunt ad opticum nervum rami tres, tunc ciliaris ſuperior, centralis retinae, muſcularis inferior, ciliaris inferior: lacrumalis; ethmoidea anterior; ramuli pathetici & ſacci naſalis; palpebralis communis; ſuperciliaris; naſalis; frontalis; ſubcutaneus & profundus.

Plures varietates recenſere ſuperſedeo. Ex his vero, quae narravi, adparet, ramos arteriae ophthalmicae praecipuos eſſe, lacrumalem, quae equidem alias aliter oritur, ethmoideam poſteriorem non perpetuam; ciliares incerto numero, non facile plures a trunco, quam tres, centralem retinae, unam pluresve, ſupraorbitalem, muſcularem inferiorem, ethmoideam anteriorem, palpebralem unam, aut duas, ſuperiorem nempe & inferiorem, ſuperciliarem, naſalem, frontalem profundam & ſubcutaneam. Reliqui ramuli minores ſunt, & minus certi, neque nomina merentur.

Sequitur, ut perſequamur ramos ſingulos, quorum nonnulli inſignes ſunt, & multas partes adeunt. Initium a LACRVMALI fiet, qui ex primis oritur. Res ipſa dudum nota fuit, etſi ſcriptores verum non totum perſpexerunt. Nempe arteriam, quam nunc dicemus, plerumque equidem ophthalmica generat, uti inter ejus ramos diximus. Inter ſeptemdecim tamen cadavera omnino quatuor fuerunt (T. VI. f. 2. X.) in quibus arteria meningea, propago externae carotidis, ex praecipuo ſuo trunco, per foramen, aut per hilum in extrema fiſſura lacera, arteriam lacrumalem ad orbitam miſit. Id vidit VESALIVS p. 501. qui arteriam a carotide interna ad oculum & muſculum temporalem per eam fiſſuram deduxit. FALLOP. *de oſſib.* p. 137. tum I. SYLVIVS, VIDVS VIDIVS, VALVERDVS, PLATERVS, SPIGELIVS, D. de MARCHETTIS p. 107. COWPERVS T. 89. f. 2. Porro arteriolam per foramen exiguum ad oculum duxit IOHANNES PALFYN *van de beenderen* T. 2. f. 3. a. a. ad adipem oculi I. E. WREEDE T. VIII. & I. KVLMVS p. 80. & ad orbitam ALEXANDER MONROVS *of the bones* p. 119. ad orbitam vero & oculum I. B. WINSLOW. III. n. 74. tum VERDIER *abrègè anat.* II. p. 346. & AVGVSTVS SCHAARSCHMIDT *angiol. tab.* p. 12. ad membranas oculi ad usque iridem C. ESCHENBACH. p. 819. Canalem pro eadem arteria habet BAGET. *Oſteolog.* p. 71. Ad ea omnia autem inprimis animadvertimus, hanc arteriolam, quantum ego quidem tot in exemplis vidi, nunquam a carotide interna, raro a meningea, plerumque ab ophthalmica prodire, ut omni-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 419 sur 543

no hactenus a vero, ii omnes, quos excitavi ſcriptores, aberraverint, qui arteriam fiſſurae lacerae & pro re perpetua deſcripſerunt, & ab arteria comite nervi optici, ſive ophthalmica ſeparaverunt, atque carotidi internae, unde nunquam naſcitur, tamen adtribuerunt. Obſervavit autem dudum I. IACOBVS RAV, a meningea ramum orbitarium naſci, qui, niſi adeat oculi partes, diploën ſubeat oſſis ſphenoidis & frontis, tranſeat autem aut per proprium canalem, aut per foramen lacerum, apud VALENTINVM in *amphitheatri app.* p. 102. qui quidem Cl. VIR plura hic fere omnibus prioribus, vidit.

Quoties a meningea ophthalmica naſcitur, tranſit, uti diximus, per foraminis laceri extimum receſſum, aut per proprium nonnunquam foramen, inque eo tranſitu proprium ſurculum ad duram membranam remittit, per exiguum foramen alis pterygoideis inſculptum: Iſte ramus fere ſemper adeſt, atque ab ophthalmica nonnunquam inter primos naſcitur. Alias exiguus eſt, aditque duram membranam proximi receptaculi & nervum quintum, porroque ad tentorii fere adhaeſionem per duram matrem dividitur. Alias major fuit, ut pars quidem receptaculum adiret, pars per duram membranam incederet, inoſculata ramo meningeae arteriae, & per orbitarios proceſſus late regnaret, reliqua parte lacrumalis arteriae major, quae antrorſum pergebat. Haec ultima propago, ad duram matrem, licet exigua ſit, non tamen ignota manſit aut ignobilis. Venae certe nomine aut hanc arteriolam aut ſociam hujus arteriae venam pingit VESALIVS L. VII. f. 13. H. H. Pingitur etiam a VIEVSSENIO T. 17. ad X. X. Videtur eſſe arteriola per partem lateralem oſſis cuneiformis retro orbitalem tranſeuns ignota RIDLEYI *of the brain* p. 38. f. 3. *ſ. ſ.* Foramen ſuper extremam fiſſuram laceram pro arteriola ab ophthalmica ad duram membranam deſcripſit le CLERC. *Chir. Compl.* ed. 1706. p. 76. & 1739. p. 101. & ab eadem ad duram matrem, partis anterioris cranii ramulum deduxit la CHARRIERE p. 76. Huc pertinet foramen, per quod arteriola a Carotide externa ad duram membranam ire dicitur IOHANNI PALFYN edit. II. p. 57. ab ALEXANDRO MONROO VIRO Cl. repetitum p. 120. & a WINSLOWO III. n. 26. Ex eo habet Cl. ESCHENBACH p. 814. SYLVA. *tr. de la ſaignée* p. 343. & GARENGEOT *ſplanchnolog.* II. p. 216. De noſtra arteriola enim ſermonem eſſe inde arguo, quod non alia arteria per fiſſuram ſphenomaxillarem ad duram membranam eat. Et ſi velis ad infraorbitalem referre, ut ex WINSLOWI alio loco III. n. 160. proclive eſt judicare, nullam ejusmodi arteriam ab eo trunco oriri, olim monuimus not. *u.* ad ic. *max. intern. Faſc.* II. Maximum caeterum hunc ramum ophthalmicae pinxit, & legentem orampoſteriorem orbitae fecit Cl. GAVTIER l. c. Exiguus eſt in *Tab. bas. cran.* Inter arterias durae membranae minores tertio loco numerari poteſt, poſt ethmoideam nempe utrumque. Ea arteria receptaculi data, lacrumalis trunculus ſurculos exiguos perioſteo, orbitae, levatori palpebrae, aliquando etiam nervo optico dat & porro incumbit recto externo, atque cum eo antrorſum pergit. T. VI. f. 2. Si ab ophthalmica nata fuerit paulo propius fundum orbitae, propiusve bulbum oculi, uti diximus, extrorſum ad eundem muſculum externum ſe confert. *Tab. baſ. cran.* neque porro diverſitas originis in hiſtoria diſcrimen efficit.

Dat nonnunquam propius originem, ethmoideam poſteriorem, quod ter factum vidi, tum ramulum originibus muſculorum oculi inferioris & externi. Exhibet ſurculum recto externo-muſculo, & recto ſuperiori T. VI. f. 2. Y. & levatori palpebrae, & inde in ſcleroticam, quem quidem ſurculum alias ophthalmica producit. Inde dedit aliquando ciliarem externam, vel internam & ſuperiorem, has rarius, aliosque ramulos recto externo, cui accumbit ſocia T. VI. f. 2. Proxima glandulae lacrumali, dat nonnunquam, aut tunc, aut eo loco, quo ea glandula tegitur, ramum, qui uno ſurculo perioſteum orbitae perreptat f. 2. 2. H. altero os malae perforat, atque in muſculum temporalem exit. ib. *a. tab. baſ. cran.* n. 24. Is ramus occurrere ſolet & inoſculari ramo ſimili perforanti, advenienti a temporali profunda interna, ut ſuo loco deſcribam, atque perinde in arteria, ut in nervo quinti paris depicta ab ILL. MECKELIO anaſtomoſis adeſt.

Inde lacrumalis arteria cognomine glandula tegitur, aut ſupra eam incedit, ut f. 2. T. VI. nam utrumque vidi, editque ſurculos ei glandulae varios, etiam inoſculatos cum perforantibus a temporali natis. Edit porro ramum exteriorem, qui ſub glandula deſcendit, & arcum utrumque inferiorem cum ramis arteriae ophthalmicae efficit, nempe & eum, qui in medio fere muſculo ciliari inferiori eſt, & eum, qui tarſum ſequitur. Eſt *tarſea externa inferior.* Trunculum expreſſi in prima figura ad. c. in ſecunda ad y. Recepit autem inſertum ſibi ſurculum temporalis arteriae b. figurae I. & alio ſurculo conjunctivam palpebrae profunde adit, atque conjunctivam ſuperjectam bulbo oculi T. 2.

Sequitur alius ramus ad palpebram ſuperiorem *T. baſ. cran.* 25. qui uno quidem ſurculo cum ſequente inoſculatur, altero in palpebram ſuperiorem dividitur, & inoſculatur cum ramulo ophthalmicae. Eſt *β.* fig. 1. Non eſt perpetuus, & alias oritur ante perforantem oſſis malae, prius quam arteria lacrumalis ad glandulam cognominem perveniat. Pergit truncus lacrumalis trunco ſuo ſuper glandulam ire, & dat denuo ramum levatori palpebrae ſupe-

ſuperioris, & ipſi palpebrae cognomini. Dat ea ſede, jam ante glandulam, ramulum in foramen nutritium orbitae, quod eſt in ejus pariete ſuperiori.

Tunc ramum palpebralem ſuperiorem edit f. 2. *δ. bas. cran.* 25. qui conjunctus cum ſurculo arteriae temporalis trunculum efficit, ex quo cum ramo ophthalmicae jam dicto *s.* f. 1. arcus fit in ſuperiori palpebra, diverſus a tarſeo, poſterior & ſuperior. In eum ramum autem ſurculus redit, quem diximus cum ſequente inoſculari f. 2. *β.* Ab eodem demum trunculo deſcendente, cum eodem temporalis ramo t. 1. d. f. 2. *μ.* miſto, etiam *arcus tarſeus ſuperior* fit, qui oram ciliatam palpebrae fere legit, & cum ophthalmicae ſimili ſurculo coit F. 2. *s.* f. 1. g. Eſt *Tarſea ſuperior externa.* Saepe ſola eſt, absque acceſſorio ramo *β.*

Editis tarſeis truncus reliquus lacrumalis in adipem palpebrae ſuperioris evaneſcit, & in ſupercilium nonnunquam adſcendit. Reſectus exhibetur f. 2. *s.*

Alias in ipſa fiſſura ſphenomaxillari trunculus lacrumalis diviſus eſt. Unus ſurculus, a quo profecta eſt arteria receptaculi; exterior, rediit in orbitam, tectus eſt glandula lacrumali, dedit huic ſurculos, & ramum perforantem oſſis malae, qui etiam perioſteo orbitae dedit, duasque tarſeas. Reliquus vero ejus diviſionis, quam dixi, trunculus interior perrexit per orbitae ſuperiora inter levatorem palpebrae & externum, dedit huic & recto ſuperiori oculi inſignem ramum, aliumque, unde duae ciliares natae, tunc maximam ciliarem ſuperiorem, & in ſuperiorem oculi muſculum terminata eſt. Duo adeo hic fuerunt trunci arteriae lacrumalis, exterior, meningeus, & interior ophthalmicus.

Alias parva omnino fuit lacrumalis, quam aut ophthalmica dederat, aut meningea, ut omnino mole ramorumque numero ſuperaret ea, quae per foramen oſſis malae a temporali advenerat. Et tunc utraque tarſea exterior a temporali naſcitur *Faſc.* III. *not.* 22.

Satis vero conſtantes rami ſunt a lacrumali, meningeus, perforans malae, palpebralis ſuperior, & inferior, & lacrumales proprii, praeter minores ſurculos. Inconſtantes ſunt ethmoidea poſterior, ciliares.

2. ETHMOIDEA POSTERIOR melius mihi videtur dici, quam *naſalis poſterior*, quo nomine olim uſus ſum Faſcic. III. p. 16. Non perpetuam eſſe monui, cum ne foramen quidem perpetuum ſit, quo ſubit, ejus enim loco exiguos in oſſe cribriformi poros vidi. Frequentius tamen adeſt; Utplurimum ex ophthalmica provenit, aut inter primos ramos, aut anterius ex nervi optici convexitate poſt datas ciliares omnes, aut denique iterum anterius, & continuo ante anteriorem ethmoideam. Quater a lacrumali nata eſt, ſemel a ſupraorbitali ramo, & denique ſemel a ramo muſculi interni. Vidi ſolam adfuiſſe hanc ethmoideam, cum per anterius foramen vena absque arteria iret.

Migrat introrſum ſub rectis ſuperioribus muſculis, quibus nonnunquam ramos exhibet, & ſupra patheticum, cui & ipſi aliquid impertit, & foramen orbitarium poſterius ſubit, quod aut proprium oſſi frontis eſt, aut cum plano commune, aut huic oſſe majori ex parte proprium. In junioribus pueris, quibus nullae hactenus cellulae ethmoideae ſunt, unice ad duram membranam inpoſitam parti oſſis ſphenoidis cum cribroſo unitae, & ad cartilaginem conicam abit, quae inter utrumque os eſt, & ad vicinam cribroſam laminam. In adultis vero hominibus, quibus cellulae in cribroſo oſſe ſunt, iis aliqui quidem ramuli deſcendunt in eas cellulas, quae maxime poſteriores ſunt, inque earum membrana dividuntur, & in cellulam ſphenoideam usque veniunt. Inoſculatur in iis cavernulis cum ramulis naſalis arteriae a maxillari interna natae. Trunculus autem in cranii caveam redit, & partim poſterius dividitur, ante alas minores ſphenoideas, partim cum lamina cribroſa antrorſum it, & conjungitur arteriae ethmoideae anteriori, atque perinde ramos in duram membranam proceſſuum ethmoideorum, & ſurculos cum ramis nervoſis olfactoriis in ſeptum narium deorſum mittit.

Exigua hujus arteriolae memoria eſt. Aliqui foramen habent arteria omiſſa, ut BAGET *Oſteolog.* p. 61. PALFYN Anat. Chir. II. 171. aliique. Alii Cl. viri arteriolam per foramen orbitarium poſterius ire non ignorarunt, uti WINSLOWVS, qui eam arteriam ab infraorbitali derivat IV. n. 297. tum LIEVTAVD p. 132. &c. Habet etiam ILL. ROSEN de *baſ. calvar.* p. 12. Denique ALEXANDER MONROVS addidit, eam arteriolam oriri a Carotide interna, prius quam duram matrem perforet l. c. p. 80. Id etiam vaſculum ex loci ratione ſuſpicor eſſe, quod indicavit H. RIDLEY f. 2. ad *b. b.* & per duram membranam retro os cribroſum incipit apparere.

3) CENTRALIS RETINAE, dudum ramis ſuis innotuit, qui ab omni tempore in retina ſe conſpiciendos dederunt, uti continuo oſtendetur. Truncum ipſum, unde oriatur, ſerius definiverunt. Per nervum opticum arteriam advenire EVSTACHIVS, RIDLEYVS p. 144. & alii numeroſi ſcriptores viderunt, interque nuperos WINSLOW. IV. n. 298. I. BONHOMME p. 147. TAYLOR p. 371. ESCHENBACH p. 819. ILL. HEBENSTREITIVS aliique. Ex durae tamen matris arteria non bene derivat Cl. DIONIS *Cours d' anat.* p. 564. 565. neque recte ex arteriis cerebri cum nervo optico advenientibus exque trunco diverſo ab

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 421 sur 543

ophthalmica ILL. I. E. HEBENSTREIT. p. 4. 5. & PETRVS LOBEN. 34. uti *intima vasa retinae a cerebro venire, & per substantiam nervi decurrere* EVSTACHIVS scripserat, indeque *guttulas sanguinis exprimi, de multit.* p. 141. Ita neque ferri potest TAYLORVS, quando retinam vasa a choroidea habere, & inde vasculosam membranam nasci scripsit p. 38. aut I. BONHOMME, quando centralem arteriam retinae ab iis truncis derivat, qui perforata sclerotica turbines faciunt p. 147. Mihi toties removenti plenissimam vasis choroideam, nunquam vel unus ramulus occurrit, qui retinam adiret.

Oritur autem plerumque ab ophthalmicae trunco, inter ingressum in orbitam & eam sedem, qua arteria nervum supergreditur, vel prius quam ciliares arteriolae, ut f. 2. *a.* & f. 7. vel iis mista arteriolis, ut *g.* f. 4. Est tamen, ubi a ciliari inferiori, aut superiori, aut interna, est ubi ab inferiori arteria oculi natam vidi. Frequens est etiam, non unum sed duos, tresve trunculos ab ophthalmica arteria, aut aliter natos ad nervum opticum ire, quorum alter (aut duo) in dura & pia membrana & medulla nervi optici dividitur, inmistus etiam ramulis advenientibus a primis nervi optici ramis prope sellam equinam natis, & cum arteriolis ciliaribus. Hos ramulos, non repletos, dissectos, porosam fabricam optici nervi efficere auctor est Cl. MOELLERVS l. c. p. 8. Praecipuus autem, certe dignitate sua, truncus decurrit per nervi fere axin, MORGAGNO etiam dictus l. c. p. 299. 300. in quo sulcum vacua relinquit, & demum scleroticam perforat aut unicus, quod etiam in homine frequens esse MOELLERVS fatetur, aut duo etiam, aut tres. In homine certe duos vidi, centralem, & aliam ex ambitu arteriolam, quale quid etiam MORGAGNO occurrit *Epist.* XVII. n. 44. In animalibus brutis non rarum est, duos & tres, ut nuper vidi, etiam trunculos esse, uti erudite & copiose, ut solet, ostendit IDEM VIR ILL. l. c. & olim MALPIGHIVS *de cerebro* p. 9. Duos etiam trunculos vidit EDMVNDVS MARIOTTE *nouv. decouv. sur la vue* p. 514. & p. 527. ic. a. d. sex septemve in canibus offendit MOELLERVS n. 20. Ingressus autem hujus arteriae non repletae porum in scleroticae tunicae albo circulo relinquit, quem puncto expressit EVSTACHIVS T. XXXX. ubique & circuli similem pingit MOELLERVS l. c. f. 1. 2. D. D. Perforat autem medium circulum album, (qui in fele fuscus est) scleroticae, quo nervus opticus obducitur, qua retinam tangit. Porum opticum HEROPHILVS, & omnis ab eo antiquitas dixit, foramen nempe, quod in dissecto nervo de vacua arteria supereſt.

Verum arteria nostra in retina ramos numerosos emittit, magnis angulis divaricatos, quod recte expressit EVSTACHIVS T. 40. f. 3. 5. 8. & 10. Minus bene pinxit VESALIVS L. VII. c. 14. f. 15. & BRIGGSIVS f. 2. rectius tribus ex trunculis ramis numerosis Cl. MOELLER f. 3. Nostrae icones a naturae imitatione mutatae sunt, ob retinae plicas, quae vasa propius sibi invicem cogunt accedere. Exhalatio nempe humoris vitrei planiorem retinam fecit. Pauca etiam vascula expressi, cum pictor adhaesioni retinae & lentis magis intentus esset, quam minima aliqua concussio deleviſſet. Ad verum tamen numerus ramorum pictus est T. 7. 8.

Hae arteriolae vero sanguine plenae sunt, & in homine & in animalibus, uti in Gazella & Leone Parisini viderunt, in bove I. B. DV HAMEL. *corp. anim.* L. II. c. 5. Ea ipsa vasa sufficere visa sunt CLAVDIO PERRAVLT, ut caecitatem circuli scleroticae explicaret *nouv. decouv. sur la vue* p. 504. ed. Batav. In viventibus adhuc felibus sub aquam demersis, optime adparent, unde quidem pelluciditas retinae non ostenditur, nam ejus medulla convexitatem retis vasculosi tegit. Plurimas arterias & venas retinae jam GALENVS *de usu part.* L. X. & apud ORIBASIVM dixit. Habent inde VESALIVS, EVSTACHIVS, tum H. F. ab AQVAPENDENTE *de visu* cap. 5. V. F. PLEMPIVS *Ophthalm.* L. I. C. 8. F. SYLVIVS apud C. BARTHOLINVM p. 290. & apud THOMAM p. 518. WEPFER. de *cicut. aq.* p. 117. RIDLEVVS p. 144. A vasis cerebri mercurio repletis retinae vasa deduxit VIEVSSENIVS *tr. des. liq.* p. 248. Nudo vero oculo conspicua esse, & sanguine sponte plena COWPERVS recte monet *append.* f. 28. Numerosissimas arteriolas in fasciculo pinxit RVYSCHIVS Ep. XIII. f. 7. B. 16. B. & MOELLERVS, quem modo citavi.

Teguntur, qua choroideam respiciunt, multa medulla nervi optici, quae per multa foramina circuli albi scleroticae trajecta in retinam expanditur. Eorum foraminum numerus ad triginta usque surgit. Qua vero vitreum humorem contingunt, ea sede nuda sunt, unice inter se cellulositate unita. Pellucent autem per retinam, dum ipsa pellucet: si eadem valde pulposa & crassa fuerit, minus conspicua sunt, nisi retina removeatur. conf. Cl. HEVERMANN T. II. 849. Nempe de anatomico sermo est, qui convexi bulbi oculi tunicas ex ordine deglubit, & convexitatem retinae primam oculo obversam habet. Inde nata est conjectura RVYSCHII, qui medullosum retinae a membranoso distinxit *Thes.* II. *ass.* 2. n. 12. &c. & arteriolarum conjunctos fines pro tunica haberi posse dudum credidit *Epist.* XIII. p. 15. ILL. vero ALBINVS vasa retinae omnino pro membrana propria numerat, quae a retinae medullosa parte diversa sit. Nempe satis facile replentur retinae vasa, in junioribus inprimis hominibus & animalibus, atque eadem, quae pellucida fuerant, nunc rubentia rete artificiosum efficiunt, quale apud ALBINVM

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 422 sur 543

NVM olim vidi, & deſcribunt Cl. VIR. MOEHRING *de viſu.* p. 59. MOELLER n. 19. P. LOBE n. 49. 50. CAMPER *de quib. oculi part.* p. 8. I. TAYLOR p. 25. 38. Poſſe vero medullarem retinae laminam removeri, ut vaſculoſum rete membranae figuram retineat, aegrius perſuadeor, etſi decuti & deleri medullam vaſis ſuperſtitibus facile eſt.

Terminus arteriarum retinae difficilis eſt. Equidem retinam non penitus moleſtiſſimum eſt, ad lentem cryſtallinam usque ducere. Soleo id vel in recente oculo hominis tentare, vel in oculo, qui ſclerotica demta, integra vero relicta choroidea in alcohole fere 24 horis maceratus fuerit. Remota enim poſtmodum choroidea adparet, retinam, quae nunc ex pellucida & mucoſa, alba & pulpoſa membrana facta eſt, inter vitreum humorem & coronam ciliarem, a qua nigris quaſi radiis (f. 7.) pingitur, pergere teneriorem, atque lentis cryſtallinae capſulae non in maximi circuli ambitu, ſed anterius omnino adhaerere, ut cum capſula lentis manifeſto continuetur, & leniter ſuper eam lentem agitari poſſit. Conf. f. 7. & 8. Facile vero fit, ut retina, qua parte huic coronae ſubtenditur, abrumpatur, quaſi reſecto circulo, neque porro ad lentem cryſtallinam perveniat. Verum etiam tunc in recentibus oculis veſtigia retinae inter hanc coronam & vitream membranam ſuperſunt. Similia eorum, quae hic deſcribimus, pinxit EVSTACHIVS T. 40. f. 5. & deſcripſit Cl. FERREIN ap. Cl. RAMSPEK in *tentam.* I. p. 24. & nuper PALLVCCI *methode d'abatre la cataracte* p. 20. qui nomen retinae in *membranam communem* mutavit.

Verum non ideo facile eſt, retinae vaſa ad ultimos fines perducere. Id in ovium oculis equidem eſt facillimum magnos ramos videre, qui abſcedunt a media retina, ex rubris ejus membranae vaſis, ipſi tamen fines vix adparent, ut etiam magis ratione quam experimentis ab ILL. ALBINO confirmentur apud LOBE n. 51. In bove videntur vaſa eſſe ILL. MORGAGNO dicta *Epiſt.* XVII. n. 28.

Deinde anterius vaſa retinae vulgo nota quidem ſatis ad viciniam usque ligamentorum ciliarium deduci, & olim BRIGSSIVS f. 7. Ad lentem denique usque, & retinam & vaſa ejus perduxit EVSTACHIVS T. 40. f. 9. CEL. vero noſter ZINNIVS nuper deſcripſit circulum interiorem vaſorum retinae, qui ſit prope *originem proceſſuum ciliarium*, unde rami aliqui ad retinam redeant, alii lentem verſus inter proceſſus ciliares & vitreum ferantur, de *vaſ. ſubtil. oculi* p. 26. de quo circulo non interpretor voces Cl. HEBENSTREITII, qui *vaſa retinae* ait *in circulum arterioſum venire, qua parte retina proceſſui ciliari & capſulae lentis adhaereat* p. 5. Nam ad eundem circulum paulo poſt Cl. VIR arterias choroideae tunicae ducit. Fateor autem, me Cl. ZINNII circulum non vidiſſe, neque nunc ullo modo licet inquirere. Ab eo autem circulo ramulos ad ambitum lentis cryſtallinae una cum retina ſub proceſſubus ciliaribus venire, ita probabile eſt, ut vix poſſit non verum eſſe. Vide, quae de ea re ZINNIVS noſter fuſius docet.

Denique Ill. ALBINVS arteriolam a centrali retinae natam per medium humorem vitreum euntem, atque poſteriori mediae capſulae, & ipſi corpori lentis cryſtallinae inſertam dicitur oſtendiſſe Cl. Diſcipulis, PETRO LOBE l. c. n. 51. 60. I. HENRICO MOELLER. n. 21. HEVERMANNO l. c. p. 891. Hae videntur eſſe arteriolae parum ramoſae, quae a vaſculis retinae natae per vitrei corporis cellulas protrahuntur ad lentem usque AMBROSII BERTRAND p. 74. Olim RVYSCHIVS arteriam lenti innatam vidit Theſ. II. p. 37. 38. verum non penitus centro ejus lentis inſeruit T. I. f. 8. Mihi non perinde, ut WINSLOWO, facile viſum eſt replere lentis aut capſulam aut corpus IV. n. 301. aut ſponte in fetu vaſa lentis conſpicua detegere, ut PETITO *Mem. de l'Acad.* 1736. p. 627. 628. Ed. Belg. & cum olim vaſa capſulae putarem me vidiſſe, vaſa membranae pupillaris fuerunt, quae anterius utique lenti incubuerunt. Non certe imperite GALENVS venas lenti aut vitreo humori negavit *de util. part.* L. X. c. 1. nempe quae conſpici poſſent. Quae vero appinxit HOVIVS, ea nimis numeroſa ſunt, quam quae fidem inveniant.

Adjicere viſum eſt hac occaſione, cum retina ſubliniat coronae ciliaris interiorem faciem, coronae vero exterius ligamenta ciliaria illa incumbant, quae tota nigerrimo pigmento atrantur, cumque corona ciliaris penitus absque alterius membranae exemplo aterrima, ſimplex, pulpoſa & absque vaſculis ſit, videri mihi eam coronam coagulum muci nigri eſſe, qui inter retinam & inpoſita ligamenta ciliaria figuratur, quale nigrum pigmentum in magnas maculas effuſum, & informe, paſſim etiam retinam infantum obducit, procul dubio a choroideae interna lamina natum. Figuram autem floris quaſi diſcoidis ſimilem, ſulcatamque ciliaris coronae ligamenta ciliaria illi muco potuerunt inprimere. Maculae vero eae nigrae retinae inpoſitae ſunt ex iis argumentis, quae non ſinunt eam opinionem veram eſſe, in qua choroidea pro organo viſus habetur. Qui enim poſſint per eas maculas radii a vitreo humore & retina ad choroideam penetrare? Uti vice verſa alba choroidea cuniculorum, quibus pupillae rubrae ſunt, primarium argumentum MARIOTTIANVM frangit, quod ab albore reflectente retinae ſumitur.

4. SVPRAORBITALEM ophthalmicae ramum voco, qui per foramen hoc nomine dictum, in frontem exit: Ob id ipſum iter, ut in univerſum etiam minora vaſa, quae oſſeos

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 423 sur 543

canales perambulant, innotuit GODEFRIDO BIDLOO T. V. f. 1. qui etiam iconem dedit, MONROO, NESBITIO *Osteogen.* p. 48. NIC. ROSENIO, qui inſcriptiones oſſis frontis non neglexit, quae a profundo ramo noſtrae arteriae naſcuntur *de baſ. calv.* p. 10. Haec eſt arteria, quae ex *Carotidibus vel meningeis, cum nervo ſupraorbitario ad ſupercilia, palpebram ſuperiorem & conjunctivam ejus abit* Cl. I. E. HEBENSTREIT. Arteria ipſa perpetua eſt, magnitudo incerta, ut nonnunquam ramus, qui per foramen ſupraorbitale adſcendit, ad frontem major, quam in orbita ſit, atque haberi poſſit pro ramo temporalis arteriae, qui orbitam ſubeat.

Naſcitur ab ophthalmica poſt centralem retinae, ante ciliares, ea ſede, qua nervus opticus ad interiora emergit, alias vero tunc demum, quando ea arteria optico nervo incumbit ut *l.* f. 2. Rarius a lacrumali provenit. Incedit antrorſum, continuo ſub orbitae periosteo, adjacens levatori palpebrae, adipi nixa, qui oculo plurimus circumfunditur, & pathetico muſculo. Ramulos edit muſculo pathetico, recto interno, recto ſuperiori, palpebrae levatori, ſcleroticae membranae oculi & periosteo orbitae. Eſt ubi dedit ethmoideam poſteriorem, jam deſcriptam, eſt ubi ciliarem ſuperiorem emiſit. Venit ad ſulcum marginis orbitae inſculptum oſſi frontis, qui alias foramen eſt, aut oſſe perfectum, aut ligamento T. VI. f. 1. ſodalis nervi ophthalmici, ſed minor, ut paſſim nervi foraminum oſſeorum ſua arteria ſodali majores ſunt, maxillaris ſuperior, dentalis ſuperior, infraorbitalis, opticus &c. Abit in duos fere ramos, ut nervus ſocius. Alter interior aut per foramen ſupraorbitale, aut proxime p. f. 1. adſcendit, longe lateque per os frontis in periosteo diviſus hinc ſulcos oſſi inſculpit & altero ramo extrorſum declinante, temporalis arteriae ſurculis inoſculatur. Ramulos etiam dat in diploën oſſis frontis, per exigua foramina, quae ſupraorbitali proxima adſident, dicta Cl. le CLERC *Chir. Compl.* p. 37. Alter ramus introrſum ſparſus cum ramis arteriae ophthalmicae coit, qui ultimi omnium truncum ejus arteriae in glabella terminant. Eſt, ubi exiguus ramus eſt, qui foramine exit, & ſuperciliari arcui inſeritur. *n. o.* f. 1. Alter ramus *exterior* arteriae ſupraorbitalis rarius per foramen it, magis inclinatus, tectus orbiculari palpebrae, & corrugatore ſupercilii, incedit extrorſum, & cum ramo profundo temporalis l. f. 1. arteriae, atque nonnunquam cum ramo profundo lacrumalis arteriae *b.* & denique cum ſuperciliari ophthalmicae arcu *n.* inſignem anaſtomoſin habet.

5. CILIARES arteriae dudum notae fuerunt, & duas VESALIVS pinxit L. VII. c. 14. f. 16. 17. & ſimilis eſt icon CASSERII L. X. T. 12. f. 2. Sex ramos numeravit, qui ſcleroticam perforent, WILLISIVS *de anim. brutor.* p. 154. Poſterius vero ſcleroticam perforare ramosque dare uveae & retinae reliquit WEPFERVS de *cicut. aquat.* p. 117. Ornatius RVYSCHIVS ſerpentinas inprimis flexiones expreſſit, quas haec vaſcula etiam magis induunt, poſtquam repleta turgent XIII. T. 16. f. 6. 8. IDEM duos trunculos ſed ramoſos pingit, numerum tamen ramorum, qui in uveam veniunt, non penitus naturali aequalem fecit. Duos utplurimum vocat AMBR. BERTRAND n. 26. p. 60. duos LIEVTAVD p. 132. duos P. LOBE l. c. n. 34. & duos, qui poſteriorem ſedem ſcleroticae perforent, HEVERMANNVS *Phyſiol.* II. p. 885. Haec ſcripta reperi: cum vero arteriarum ciliarium trunculi & origine ludant & numero, omnino res meretur, per vicium enarrationem intra terminos aliquos reſtringi.

In primo adeo cadavere, quod deſcribendum ſumſi, & quod delineationi fig. 2. inſerviit, ante reliquas nata eſt *arteria ciliaris exterior* Y. f. 2. quae ramum retrorſum nervo optico dedit, aliumque antrorſum ad eundem nervum, ejusque piam membranam adque medullam: Trunculo ſuo excurrit exterior, quam nervus opticus, & decem majoris minorisve diametri ſcleroticam perforavit. *Ciliaris altera ſuperior* exigua, hic in ipſo optico nervo nata eſt, & recta ſatis antrorſum ivit, duobusque ramis ſcleroticam perforavit. In exemplo ad alterum oculum ejusdem corporis major, & numeroſioribus ramis diviſa in figuram recepta eſt. Vide *e.* f. 2. 3. & *Tab. baſ. cran.* ad 4. *Tertia* fuit *ciliaris inferior*, grandis, ſub muſcularem inferiorem oculi ſubmiſſa, quae proxima priori provenit, & flexuoſa, interius ſubjecta nervo optico, multis ramis ſcleroticam exterius & inferius perforavit. *Quarta* ab inferiori oculi muſculari trunculo nata eſt φ φ. f. 2. Λ. f. 3. eademque multifida multisque ramis ſcleroticam ſubiit.

In alio corpore tres ciliares fuerunt, exterior: ſuperior: inferior: a trunco omnes. In *tertio* quatuor: ſuperior: inferior nata ab inferiori muſculari: ſuperior alia interior nata a ſupraorbitali: quarta demum exterior a trunco ophthalmicae acceſſit. In *quarto* cadavere ſex trunci fuerunt; ſuperior exterior a lacrumali; parva inferior a muſculari inferiori; interna magna ab ophthalmica nata; alia ex trunculo miſto ex radicibus, quas dederant ſurculi ophthalmicae & ethmoideae poſterioris; denique quinta & ſexta, grandes eae, a lacrumali arteria. In *quinto* ſex iterum trunci fuerunt, ab ophthalmica quatuor, duae vero ab inferiori muſculari. In *ſexto* duo trunculi: ciliaris ſuperior interna, quae etiam nervo optico dedit; & altera externa nata a muſculari inferiori. In *ſeptimo* tres: Inferior magna, quae etiam centralem genuit: ſuperior; interior: ſuperior, haec parva ex trunco ophthalmico omnes. *In octavo* oculo quatuor: ex trunco quidem ciliaris

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 424 sur 543

ris ſuperior exterior; tum ciliaris interna, quae ramum dedit nervo optico; duae denique aliae ex ramo muſculi interni, non a trunco muſculari inferiori, natae, cum is ramus interni muſculi hic ſolito grandior eſſet. *In nono* iterum quatuor; inferior: exterior: utraque ex trunci ophthalmici primis ramis; a lacrumali vero duae aliae, internae utraque, ſuperior & inferior. In *decimo* quatuor prima; ciliaris ex trunco; altera ab inferiori muſculari; tertia ciliaris a lacrumali, & denuo quarta a trunco ophthalmico, adjacente nervi optici lateri interno. In *undecimo* quatuor. Ex ophthalmica ſuperior externa & interna ſuperior alia externa inferior ab inferiori oculi; & alia inferior ex trunco. In *duodecimo* tres. Ex trunco magna ſuperior, quae omnino ſedecim ramulis duorum ordinum ſcleroticam perforavit; nata poſt primos ramos ophthalmicae: inferior proxime truncum inferiorem nata, quae nervo optico dedit, & plurimas inferiores ciliares emiſit: tertia inferior a muſculari inferiori. In *decimo tertio* ſex iterum; duae a trunco ophthalmicae, duae a lacrumali, duae denique denuo ex trunco natae. Plures varietates putavi taedio fore.

Adparet his collatis, ubi pauciſſimae ſunt ciliares arteriae, duas eſſe, ubi plurimae ſex, reperiri etiam tres & quatuor. Naſci autem plerasque a trunco ophthalmico, alias a muſculari inferiori, rarius ab ethmoidea poſteriori, aut ſupra orbitali, aut ramo interni muſculi grandiori, denique a lacrumali unam aliquando duasve provenire, atque hactenus a meningea arteria naſci, ſi ea lacrumalem genuerit.

Ubi arteriae ciliares ad oculum accedunt, ſolent earum aliquae, in nervi optici cum ſclerotica plicam ramum unum utrinque edere, qui in ipſa celluloſitate, quae ſcleroticam conſtituit, cum ſimilibus transverſis ſurculis aliarum ciliarium coit, & circulum efficit, qui finem ambit nervi optici T. VI f. 4. i. In eum circulum inmittuntur etiam ſurculi aliqui a nervi optici ramis orti, ex ipſa pia matre advenientes. Deſcripſit etiam Cl. ZINNIVS, cui primum indicium debeo.

Ramos, quos adtinet, qui ſcleroticam perforant, ii multo numeroſiores ſunt, quam vulgo ſcribitur, quindecim, viginti, & triginta, cum ſinguli trunculi in duos pluresve ad ſedecim usque ramos findantur, eorum vero quilibet ſolus ſuo canale ſcleroticam perforet. Duorum vero ordinum ſunt, quos & locus perforatae ſcleroticae, & inprimis finis diſtinguit.

Pleraeque *ciliares*, quas *breves* voco, vel *poſteriores*, proxime nervum opticum, duplici tamen (& ultra) ordine, poſtremam ſcleroticam perforant, & choroideam adeunt b. f. 4. de quibus plura continuo dicemus. Ramulos aliquos ſcleroticae etiam impertiunt f. 2. 3. cum aliis ejus ſurculis a muſcularium ramis natis, & circulo inprimis communicantes, qui eſt ad radicem bulbi oculi. Numeroſas has arterias ad uveam perforantes prope nervum opticum dixit ALLEN MOVLIN, & depinxit T. 2. f. 5. Hae ſunt, quae in poſteriori parte ſcleroticam perforant RVYSCHII Ep. XIII. p. 30. & HEISTERI n. 20. Non bene quatuor vel quinque loca nominat, ubi perforent I. B. WINSLOWVS IV. n. 299. Quatuor ramos perforantes facit BERTRAND n. 27. ſed eos ramos pro venis habeo, cum vortices ipſis tribuat, pro arteriis vero noſtris recipio eas, quas n. 28. ait ab oculi fundo ingredi. Duas tantum poſteriores arteriolas ciliares fecit, easque minores Cl. HEVERMANNVS p. 186.

Alter ordo *ciliarium longarum* eſt, quae ſcleroticam remotius a nervo, linea & ultra, penetrant, ſenſim in ejus ſubſtantiam demerſae, non absque ramis in ſcleroticam inmiſſis, nervulorum perpetuae comites. Earum numerus exiguus eſt, duas frequenter vidi, ut f. 4. 5. 6. Moles paulo quam prioribus major eſt.

Has forte voluit VESALIVS, quando fere mediam ſcleroticam perforatam depinxit fig. 16. Certius autem huc refero *fontes aquoſos* NVCKII, tum ex hujus Cl. Viri, tum ex HOVII iconibus, ex quibus manifeſtum fit, eſſe ramos Carotidis, qui ſcleroticam remotius a nervo optico & remotius quidem, quam in homine, perforant. Duos etiam ejusmodi ductus, uterque Ultrajectinus anatomicus depingit, HOVIVS quidem T. 6. f. 5. 6. T. I. f. 1 & 2. T. 2. f. 1 & 3. NVCKIVS vero T. VI. f. 1. ex quibus ultimo citatis figuris, & ex inſertione in circulum uveae confirmatur, vaſa longa noſtra eſſe, quae *fontes* uterque vocat. Has etiam arteriolas eſſe videtur, quae in *media parte* ſcleroticam perforant, dictae RVYSCHIO *Epiſt.* XIII. p. 30. & HEISTERO l. c. n. 20. qui recte vidit, circulo uveae iſtas inſeri *ib.* n. 21. Huc refero arteriolas illas, quae duarum, triumve linearum iter inter ſcleroticam & choreideam deſcribunt, ANTONII MAITREIEAN *maladies de l'oeil* p. 30. An ſunt ſex ſeptemve rami, quos mediam ſcleroticam perforare ſcripſit Cl. HEVERMANN. l. c. p. 885? An connumeravit quatuor venas vorticoſas, quas omnes anatomici pro arteriis hactenus habuerunt?

Trunculos diximus, ſequitur, ut utriusque ordinis ramos ſequamur. *Longae arteriolae ciliares*, ante reliquas ſive exterius ipſis inpoſitae, recta fere longitudinem choroideae metiuntur, & nonniſi paucos & minimos ramulos anterius ad eam membranam emittunt. Cum vero choroidea tunica, qua cum ſclerotica connectitur paulatim alba celluloſitate, brevi, ſubtili, lubrica, mollique obducatur, quae utriusque membranae vinculum eſt, & *orbiculus ciliaris* fere vocatur *Comm. Boerh.* IV. p. 143.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 425 sur 543

p. 143. in ea ſede arteriola longa quaelibet divaricatur in ramos fere duos, qui ad obtuſiſſimum angulum discedunt, atque aliis ramis ſimilibus arteriarum ciliarium anteriorum occurrunt. Hae, de quarum truncis continuo dicam, ſimiles, ſed multo numeroſiores, occurrunt utrinque longis arteriolis, atque ita circulus naſcitur, in principio uveae exteriori, multa celluloſitate obductus, ſemiduplex, cum & interior anulus ſit, & extus circulum amplexae arteriolae f. 6. Flexuoſus utcunque eſt, f. 5. continuus autem undique clauſusque.

Circulum ipſum NVCKIVS primus pinxiſſe videtur, T. VI. f. 1. quae tamen figura minus aut circulum repreſentat, aut naturam. Inde RVYSHII induſtria acceſſit, qui in balaena ramum majorem circulariter uveam ambeuntem dixit. *Theſ.* II. *Aſſer.* I. n. I. cum icone T. I. f. 6. quae ab humana variis modis abludit. Infinita enim numero vaſa a choroidea circulum adeunt, quod nobis ſecus ſe habet. Icones I. HOVII mihi multo meliores videntur. Nam & originem circuli a vaſis longis habet T. 2. f. 1. G. G. f. 3. C. C. & f. 2. E. G. flexuoſamque indolem L. & f. 3 & 2. & ramos ſerpentinos ad iridem euntes N. ib. fig. 1. In homine etiam reperit IDEM p. 56. Recentiores omnes eum circulum receperunt, figuram poſt RVYSCHIVM nemo dedit. Habet ergo III. HEISTERVS l. c. n. 21. 24. DVDDELL *of the cornea* p. 18. WINSLOW n. 299. c. de St. YVES p. 25. BERTRAND n. 28. HEVERMANN. p. 887. aliique. Denique hunc circulum arterioſum pro ſphincte re pupillae recepit, qui eam coarctet, Cl. B. D. MAVCHART *de phthiſi & ſynizeſi* p. 18.

Dicendum eſt autem de arteriolis *ciliaribus anterioribus*, quas primum deſcripſi Faſc. III. p. 16. Nempe rami arterioſi muſculos ſequentes, rectum ſuperiorem, internum, inferiorem, externumque orti, uti in hiſtoria ophthalmicae arteriae dictum eſt, ab ophthalmico trunco, a ramo ſupraorbitali, inferiori oculi & lacrumali, comitantur eos muſculos ad ſcleroticam, ad lineae a cornea diſtantiam, picti etiam a VESALIO l. c. f. 16. 17. 18. 19. Ibi a ſingula fere harum arteriarum tres quatuorve ſubtiles ramuli naſcuntur, qui ſcleroticam perforant, perinde uti poſteriores ciliares vulgo notae ſolent f. 4. m. m. Numerus incertus eſt, ſex & decem numeravi & duodecim, & forte plures fuerunt. Eae arteriolae veniunt per celluloſam telam in orbiculum ciliarem & praecipuis ramis inmittunt ſe circulo uveae, cujus partem efficiunt, quae inter vaſa longa eſt. Solent & ipſa divaricari, minoribus tamen angulis, & vel circulo inſeri f. 6. vel etiam ramis divaricatis arteriarum longarum, ut ad *e.* & *g.* f. 5. Eſt, ubi praetergreſſae circulum, continuo uveam adeunt. Aliquos autem ramulos parti pallidae tunicae choroideae dant. Ea enim membrana poſterius, propius trunculos arteriarum, ſature ſpadicea eſt, & plena ſanguine in recens natis pueris, paulatim vero antrorſum expalleſcit, & vaſculorum numerus, verſus celluloſum orbiculum minuitur, ut pauciſſimae ibi arteriolae a poſterioribus ciliaribus ſuperſint. Eum ergo defectum ſuppleturae anteriores ramos emittunt, poſterioribus etiam inoſculatos F. 4. Nemini has ciliares dictas arteriolas, arbitror, niſi velis ramulos eo referre, qui ex circulo ſcleroticam perforent BERTRANDI n. 28. p. 61. Vidi aliqua tamen vaſa choroideae poſtica, quae ad circulum usque uveae venirent, eique ſe inmitterent. Omnia autem vaſa hactenus dicta ſanguinea ſunt.

Ex circulo, quem nunc deſcripſi, rami in iridem veniunt. Haec ſunt illa pellucida vaſcula uveae, de quibus nuper inter Clar. Viros SENACVM, FERRENIVM & BERTINVM disputatum eſt. Cl. FERRENIVS vaſcula uveae non repleta viderat in *Hiſt. de l'Acad.* 1738. Eam rem amici Cl. VIRI habuerunt pro memorabili invento, vaſorum nempe minoris generis, quae ſola hactenus ratione cognita eſſent, oſtenſione manifeſta, nunc demum inventa (MONTAGNAT *ſuplément a la lètre a* M. BERTIN p. 68.) Contra Adverſarii VIEVSSENII locum oppoſuerunt, in quo neurolymphatica vaſa faciei poſterioris iridis cinerea & radiata dicuntur, orta equidem ex connexione retinae cum lente, inſerta vero extremae iridi, efficientia circulum, qui ſit ſphincter pupillae anguſtator *tr. des liqueurs* p. 211. Deinde a RVYSHIO delineata eſſe & ab HOVIO objecerunt *lètre a M. D. ſur le nouveau ſyſtème de la voix* p. 37. & *lètres ſur les arteres lymphatiques* p. 53.

Utcunque ſe iſta habeant, certe vaſa uveae decolora ſunt, atque multa teguntur, hinc quidem anterius celluloſa colorata villoſitate iridis, quae floſculos facit, pro muſculoſis fibris habitos, inde poſterius nigro pigmento uveae: vide Cl. ZINNIVM. p. 23. Replevit ea vaſa primus, ni fallor, RVYSCHIVS, qui & majores ſerpentinas & minores arteriolas fecit. *Epiſt.* XIII. T. XVI. f. 17. 18. ex balaena vero pinxit *Theſ.* II. T. I. f. 6. Mirifice vero, quaſi duo quadrata forent, quae ſe decuſſarent, ſculpſit BONHOMME T. 14. f. 7. Deſcribit etiam Cl. BERTRAND n. 30. 31. In univerſum vaſa iridis radiorum modo, paulum tamen flexuoſa, tendunt verſus pupillam, atque ramis transverſis emiſſis, ſibi occurrentia, circulum, qua radiata pars iridis deſinit, interiorem efficiunt, cujus pars expreſſa eſt f. 6. neque enim totus repletus fuerat. Hoc vocat *reflecti* RVYSCHIVS, & pingit *Theſ.* II. T. I. f. 6. F. & cum meſentericis vaſis, non certe abs re, conparat Cl. BERTRAND n. 30. p. 62. Neque enim perpetuum circulum eſſe, manifeſto argumento evin-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 426 sur 543

evincitur, cum vaſa membranae pupillaris abſque interiori circulo, a circulo exteriori adusque centrum pupillae continuata fuerint & a nobis & ab aliis. Vide & meam iconem & WACHENDORFII, quarum iſta in *Commerc. Norico* 1740. hebd. 18. T. 1. f. 7. 8. haec in *opuſcul. anat.* meis exſtant T. X. f. 3. 4. Habet caeterum eum circulum interiorem RVYSCHIVS *Epiſt.* T. 16. f. 17. 18. HEISTERVS l. c. n. 24. (qui duplicem facit, cum vaſa iridis & uveae diſtinguat, & tertium in processubus ciliaribus) ZINNIVS l. c. p. 24. HEVERMANNVS 889. & alii.

Ex eo interiori circulo rami porro verſus pupillam pergunt, atque annulum eum perreptant: cui adeo praeter rei teſtimonium fibrae circulares adfinguntur, ut toties oſtendi, etiam experimentis factis, quae demonſtrant, nihil irritabile in iride eſſe. Confer etiam Clar. noſtrum ZINNIVM p. 24. Vaſcula interioris anuli habet RVYSCH in figuris 17. 18. T. jam citatae.

In fetu haec ipſa vaſcula ultra hunc circulum producta, rete efficiunt, in membranula, quae ad ſeptimum menſem usque pupillam totam claudit, iridemque perficit, de qua alibi ſcripſimus in *Comment. Boerh.* T. IV. *Act. Vpſal.* 1742. *Opuſcul. anat.* p. 150. Quo tempore, quibusve modis evaneſcat, non dixero, certe in fetu maturo partu edito non ſolet reperiri. Annis 1752. 1753. eam membranam aliquoties iterum oſtendi, tum in Anglia Clar. LAWRENCE *tegumentum membraneum pupillae obductum cera repletis arteriolis.* MEAD *monit. medic.* p. 189. In aquila foramen iridis tenui membrana clauſum PARISINI viderunt.

Nunc ad arteriolas ciliares poſteriores oratio tranſit. Hae ab ingreſſu ſuo arbuſcularum hactenus ſimiles, valde tamen ad auctos angulos ramoſi, ut rami fere ſibi paralleli ſint, per choroideam antrorſum pergunt. Semper ſanguineae, *Fig. noſtr.* 4. & 8. Iconem arteriarum choroideae nemo dedit. Nam VESALIANAE L. VII. cap. 14. f. 16. CASSERIANAE L. X. T. 12. f. 4. & EVSTACHII figurae vix poſſunt uſui eſſe. Quare revoco huc interim figuram RVYSCHII, pro RVYSCHIANAE vaſis datam. In convexa nempe parte choroideae hae arteriae conſpicuae nudaeque ſunt, in concava, lamina ſubtili levique teguntur, quam RVYSCHIANAM vocavit ipſe RVYSCHIVS, nomenque a filio inpoſitum recepit *Epiſt.* XIII. p. 13. *tapetum* vero dixerant PARISINI in leaena. Nempe in variis animalibus, choroidea non utrinque, ut in homine ſpadicea eſt, ejusque facies retinae obverſa pulchris potius coloribus caeruleo aut viridi fulget, & poteſt, certe aliqua ejus pars, a choroidea ſeparari. Nos peculiarem membranam eſſe non vidimus, cum in homine omnino a choroidea ſeparari nequeat & praecipuum argumentum RVYSCHII errori ſit ſuperſtructum. Video ILL. ALBINVM pro unica membrana etiam habere apud PETRVM LOBE n. 39. 40.

Nempe mediam fere ſcleroticam, vaſa inſignia, ſanguine plena, etiam MORGAGNO obſervante, *Epiſt. anat.* XVII. n. 2 perforant, bina ſaepe ſibi proxima, ut uno foramine utantur. Ea vaſa fere quaterna ſunt, niſi bina in eodem foramine fuerint, unde par fit, quod unicum eſſet. Sex facit RVYSCHIVS Theſ. II. ab init. Quando in choroideae ſuperficiem anteriorem pervenerunt, ſpargunt ſe in univerſum ambitum, ut arbor, cujus truncus evulſus in ſublimi poneretur, rami contra terram divaricarentur, & alii ſurculi antrorſum verſus uveae circulum abeunt, alii redeunt verſus nervi optici ingreſſum. Is habitus fecit, ut NICOLAVS STENONIS filius *vaſa vorticoſa* dixerit, de quibus equidem minus ſcripſit, quam promiſit ſe ſcripturum *de can. carchar. cap. ed. flor.* p. 83. *belg.* p. 106. Ea nunc vaſa ab omnibus Anatomicis, nemine excepto, qui mihi innotuerit, pro arteriis, & propaginibus arteriarum ciliarium habita ſunt. Ita certe RVYSCHIVS, qui icones dedit *Ep.* XIII. T. 16. f. 8. 9. 10. HEISTERVS *Diſſ. cit.* n. 21. WINSLOWVS IV. 299. PETRVS LOBE n. 40. I. E. HEBENSTREIT p. 5. BERTRAND n. 27. I. BONHOMME p. 147. T. 14. f. 3. LIEVTAVD p. 132. HEVERMANN p. 886. & alii. Neque ego communem errorem aut in *comment. Boerhaav.* evitavi, aut in *faſcic. tertio.* In *primis lineis Phyſiol.* vero emendavi n. 520. Haec adeo vaſa, ajebat RVYSCHIVS, contrariam directionem ſequi cum vaſis tunicae RVYSCHIANAE ſuae, atque ea, quae recta fere ſint, decuſſare. *Epiſt.* XIII. p. 12. & f. 9. *Theſ.* II. *Aſſ.* I. n. 4. & alibi. HEISTERVS l. c. n. 22. fere ſimilia repetiit, tum alii RVYSCHIANI diſcipuli. Inde deduxit RVYSCHIVS, aliam membranam eſſe, in qua arbuſculae illae ponerentur, aliam, in qua vaſa recta ſint.

Verum certiſſimum eſt, venas eſſe, quas anatomici pro arteriis habuerunt, & quae nunquam ad ciliares trunculos, ſed ad venam utique ophthalmicam deduci poſſunt, quae hinc cum faciali cohaeret, inde cum receptaculo. Replentur vero arteriis repletis, uti fere ſemper ſinus cerebri majores ab arteriis ſebum, oleumve injectum recipiunt. Atque adeo ab his venis nihil poteſt concludi, de quibus nunc plura non addimus. Inde factum eſt, ut venas choroideae nunquam viderit P. LOBE n. 40. ſitque ſollicitus de earum origine. Duas depinxi T. VI. f. 5. *a a.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 427 sur 543

Arteriae vero verae tunicae Choroideae, paulatim tectae cellulosítate alba, ab anteriori facie ejus membranae recedunt, & petunt concavam ejus sedem, quae retinae & vitreo humori propior incumbit, ibique ex subtilissimis artificiis CL. LIEBERKVHNII obducuntur reticulo subtilissimorum vasorum, in areas quadrangulas fictorum, quod densius in parte posteriori, ad ligamenta ciliaria laxius fit. Iconem apud CL. ZINNIVM vidi & conf. p. 16. Rubrae & ibi sunt, & rubentes in cuniculo faciunt, dum vivit animal, ruborem pupillae in albis cuniculis conspicuum, qui a fuscis animalibus ejus generis abest. *Opusc. anat.* p. 343. Aliqui equidem horum ipsorum surculi aut cum ciliaribus anterioribus communicant f. 4. aut circulo uveae inseruntur fig. 5. Verum longe plerique rami, & omnes apud CEL. ZINNIVM p. 17. ad ligamenta ciliaria veniunt, coronam nempe illam sulcatam striatamque, villosam & flocculentam, quae ab interiori facie choroideae manifestissime oritur, cum in ea facie hujus membranae juga paulatim eleventur, quae denique libera nunc, innituntur vitreo humori, & lentem adtingunt potius, quam lenti innascuntur, incumbentia coronae nigrae ciliari, uti ista retinae incumbit.

In ea ligamenta ciliaria vasa choroideae pulcherrime producuntur, triginta ad unam plicam apud ZINNIVM p. 17. & trunculos majores efficiunt, qui bini sibi accumbentes paralleli, fine extremo subito conflexi uniuntur. Conf. ex vitulo RVYSCHII iconem *Thes.* II. T. I. f. 7. qui ea vascula recte a RVYSCHIANAE suae vasculis deduxit *Thes.* III. n. 57. dixitque majora esse, quam vasa iridis *Thes.* II. *Asser.* II. n. 15. CL. HOVIVS satis commode ligamentum ciliare depinxit T. 2. f. 4. & T. 4. f. 3. Singula vero vasa serpentina cum ramis similibus & minimis flocculis vasculosis T. III. f. 1. 2. 3. ut tamen arcus extremorum trunculorum non addiderit. Neurolymphatica vero vasa hujus ligamenti HOVII ex choroidea tunica adscendentia T. III. f. 4. 5. hinc in choroidea minutis ramis orta, inde in istis processubus mire reticulata, ego non satis intelligo, neque placet, quod ex circulo uveae deduxit HOVIVS p. 56. In universum vasa ista etiam ex circulo uveae derivat, & inter laminas ligamenti ciliaris protendi scribit CL. BERTRAND n. 28. qualia ex eo circulo ad ea ligamenta ire negat ingenuus CL. ZINNIVS p. 19. Addit CL. ZINNIVS transversis etiam, praeter extremum arcum, ramis, uniri p. 17.

Ab iis trunculis flocculi undique secedunt, qui libere in aqua conspicui fluitant, & in animalibus omnino sanguinem continent, cum in cuniculo rubra sint. In homine plurimus ater humor circumfusus, floccos istos obfuscat, elutus vero inanes & pallidos relinquit. Ab oleo terebinthinae non aegerrime replentur. Flocculi autem similes etiam ex interna facie choroideae exeunt (ZINN p. 18.) & forte sunt stellulae illae vasculosae, quas repletas ea in sede vidit I. B. WINSLOW IV n. 219. & 299. & habet etiam CL. BERTRAND p. 60.

Quae sequuntur, ea conjecturae propiora sunt. Ex his ipsis nempe flocculis probabile fit, humorem aqueum fluere, cujus secretionem mercurius & aqua non difficillime imitatur. Argento vivo expertus est RAYMVNDVS VIEVSSENS *Trait. des liq. du corps hum.* p. 248. atramento alii.

Per eadem ligamenta ciliaria vasa ad lentem crystallinam ire, aut certe per subjectam ligamenti retinam, iterum credibile videtur, ut illa tamen in hypothesi vascula choroideae posteriora, in ista vasa a centrali trunco retinae ad lentem crystallinam veniant. Vasa certe a choroidea membrana, majora reliquis, efficientia processum ciliarem, lentemque crystallinam adeuntia ex animalibus descripsit ALLEN MOVLINS p. 57. 58. primus, ni fallor, vasorum hujus lentis inventor. Per processus ciliares vasa lentis adduxit HOVIVS p. 41. 45. 46. & ea via advenire memini, me etiam ALBINVM docentem audivisse. AMBROSIVS BERTRAND aliqua ex interna parte uveae membranae in lentis crystallinae capsulam, ejusque superficiem anteriorem euntia descripsit n. 30. p. 62. & n. 39. Vasa lymphatica pellucida, a Choroidea in retinam euntia IDEM dixit non absque commercio cum cellulis vitreis & crystallinis p. 68. Certe in lentis crystallinae capsula sanguinem vidit IDEM in leporibus nimio cursu exercitis; ZINNIVS vero noster in posteriori parte ejus lentis arteriam rubram ad latus & prope marginem abruptam, non absque ramis in lentis substantiam p. 25. Et ipsa analogia corporis humani suadet, vasa ad lentem per membranam advenire, cum per membranam ubique ad omnes partes corporis humani vasa accedant. Verum haec ut ornari & suaderi possunt, ita evinci hactenus non potuerunt. Neque fidem valde adhibeo numerosis illis vasculis lentis crystallinae, qualia I. HOVIVS depinxit T. 5. f. 4.

Porro neque ea vasa mihi nota sunt, quae a Choroidea in retinam eunt, dicta H. F. ab AQVAPENDENTE *de ocul. & vis.* L. I. c. 4. WEPFERO *de cicut. aquat.* p. 117. AMBROSIO BERTRAND p. 60. n. 27. qui a vasis vorticosis deduxit, ANTONIO MAITREIEAN p. 29.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 428 sur 543

p. 29. & S. YVES p. 26. aliisque paſſim ſcriptoribus, niſi forte, quod necdum vidi, vaſcula aliqua a proceſſubus ciliaribus, ſubjectam retinam adeunt, quod tamen videtur a corona ciliari impediri. A reliqua facie choroideae, quae retinae convexae incumbit, vaſa in retinam non ire, ſatis certus ſum.

Neque vaſa a ligamentis ciliaribus ad vitreum humorem euntia PETRO LOBE dicta p. 29. in Balaena ab ILL. ALBINO oſtenſa, HOVIO etiam dicta p. 56. T. 3. f. 9. aque vaſis choroideae derivata a CL. St. YVES p. 26. hactenus vidi, longe vero minus ſtellas vaſculoſas vitrei humoris a papilloſa membrana nata HOVII T. 3. f. 6. aut illa, quae ſerpentulorum ſimilia pingit IDEM, capitibus modo ſurſum verſis, modo deorſum T. 4. f. 4. 5. 6. 7.

Nunquam porro vaſa lymphatica retinae tot in animalium oculis vidi, quae A. MARIA VALSALVA *de aure* p. 50. deſcripſit, fuſius vero dixit CL. BERTRAND, *lymphatica* nempe *arterioſa*, per univerſam membranae Choroideae internam & externam faciem apparentia, exilia pellucida, non nodoſa, ramoſa, quorum multa in retinam eunt; hinc in humorem vitreum, in cujus cellulis & capſula cryſtallinae lentis finiuntur, pauca demum aut circulum arterioſum praetereunt, aut plicas ligamenti ciliaris adeunt, n. 29. p. 61.

Neque venas in utraque facie choroideae lymphaticas, albidas, nodoſas, flexuoſas, unitas anaſtomoſibus, quarum paucae in iride ſunt, nonnullae e vitrei humoris lamellis & capſula lentis prodire videntur. EIVSDEM BERTRANDI mihi nota ſunt n. 32. p. 62. 63. Neque demum vaſa lymphatica ſub conjunctiva viſa EI p. 92. neque vaſa lymphatica ſcleroticae alicubi dicta RVYSCHIO *Epiſtol.* XIII. p. 11. neque neurolymphaticam tunicam, choroideae partem, HOVII, qui vaſa ejus membranae repetito expreſſit, ut origo radicum in ea membrana, diviſio in ligamento ciliari eſſet T. 3. f. 5. tum f. 7. origo ex vermicularibus vaſis f 8. finis ejusmodi, ut etiam humorem vitreum alerent f. 9. jam ſuperius citata, hactenus unquam vidi.

Neque vidi vaſa uveae aut nigra, quae a vorticoſis naſcuntur (DEMOVRS ad *Act. Edinb.* I. p. 372.) aut lutea, continuata arteriis lymphaticis AMBROSII BERTRAND n. 33, ſi aliquid a vaſis arterioſis a circulo exeuntibus diverſum intelligitur. Non ideo ſuſtineo inſimulare hos viros aut erroris, aut mendacii, id volo unice, mihi haec omnia non viſa eſſe, atque adeo non valde manifeſta apparere: noſui tamen penitus induſtriorum virorum obſervationes praeterire.

6. Arteria OCVLI INFERIOR ſive MUSCVLARIS INFERIOR inſignis ſatis & perpetuus trunculus eſt. Memoriam ejus nullam reperio, niſi velis ipſi adnumerare ramos, quos adeo numeroſos ILL. WINSLOWVS ejusque ſequaces ab arteria infraorbitali, maxillaris internae propagine, ad muſculos globi oculi, levatorem palpebrae, glandulam lacrumalem, conjunctivam utriusque palpebrae, & caruncula lacrumalem derivant. *Expoſit. anat.* IV. n. 297. compar. cum III. n. 60. C. E. ESCHENBACH p. 814. HEBENSTREIT. p. 6. Satis enim certus ſum, ramum, quem infraorbitalis arteria emittit, minimae parti eorum organorum proſpicere, quae WINSLOWUS enumerat, anaſtomoſes autem cum ophthalmica varias habere, quae efficiant, ut iſti infraorbitali ramos numeroſos poſſis adſcribere, ſi ab ejus praeparatione orſus, ramos, qui equidem ophthalmicae debentur, a conjuncta cum ophthalmica infraorbitali deduxeris. Hujus enim arteriae rami ſolum inter muſculos oculi inferiorem obliquum, tum orbicularem palpebrae adeunt.

Oritur perpetuo ab ophthalmica, aliquando continuo, poſtquam ramum ad duram membranam miſit, alias duobus fere lineis ab orbitae fundo f. 3. alias inter ciliares, quando truncus ophthalmicae nervum deſeruit, & introrſum inde receſſit f. 2. f. Dat continuo, non raro ad nervum opticum ramum, qui etiam retinae centralis fuit. Pergit antrorſum nervo, quem dixi, ſubjecta in muſculo interno, aliquando ſub nervo optico extrorſum circumflexa f. 2. Dat multos ramos inferiori recto. Ab iis ſurculi ad ſcleroticam exeunt, & nonnunquam aliquis ramulus ad externum rectum pervenit. Aliquando magnus ramus fuit, quem haec muſcularis externo muſculo dedit, cumque eo ad inferiorem rectum. Edidit alium ramum ad obliquum inferiorem, & nonnunquam ſcleroticae tunicae ſurculum ad ejus muſculi inſertionem dedit. Porro ſurculum mittit inter obliquum inferiorem & bulbum oculi, euntem, qui ad originem usque palpebrae inferioris & adnatae venit, ramulosque dedit perioſteo orbitae, conjunctivae interiori, & inſertioni muſculi externi. Trunculus ſecutus eſt porro muſculum internum, venit in imam partem & in perioſteum orbitae, ſurculos dedit conjunctivae & ſcleroticae, magnumque arcum perfecit cum ramo ex canali ſuo prodeunte arteriae infraorbitalis; Caeterum ad perioſteum orbitae & ſaccum naſalem terminatus eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 429 sur 543

In alio cadavere, quod iconi tertiae inſerviit, ita ſe habuit. Primi ſurculi adierunt rectum exteriorem φ. f. 3. & inferiorem λ. λ. σ. quem trunculus comitatus eſt. Inde ab origine ſua fere truncus diviſus eſt. Ramus inferior *exterior* f. 3. remiſit alterum ſurculum muſculo externo, cujus propago fuit, qui in obliquum inferiorem venit. f. 3. Inde ciliarem inferiorem edidit λ. f. 3. φ. f. 2. Alias duae inferiores ciliares ab inferiori oculi natae ſunt. Alter ramus, trunci nomine dignus, dedit oculi inferiori muſculo f. 3. ν. venit in fundum orbitae, excurrit per eam ſedem ad originem usque muſculi obliqui inferioris p. f. 3. Ibi una propago extrorſum ivit, & communicavit cum eo ſurculo, quem infraorbitalis arteria obliquo inferiori miſerat, ut π. f. 3. Alter ſaccum lacrumalem adiit, inoſculatus cum infraorbitalis ramo, tegente oram orbitae υ. f. 3. Tertius denuo cum ramo ophthalmicae tarſeo inferiori coivit.

Aliam deſcriptionem dedi in *Faſcic.* III. p. 16. Ibi continuo arteria inferior oculi etiam in duos ramos abiit, quorum unus *exterior*, fere ut in priori corpore, recto inferiori dedit, & cum nervo obliquum inferiorem adeunte, externi muſculi comes, antrorſum migravit, dedit huic ſurculos numeroſos & in obliquum inferiorem terminata eſt, absque data ciliari. *Interior* ſodalis muſculi cognominis recti huic & inferiori multos ramos dedit, venit ad bulbum oculi usque, deſcendit per fundum orbitae in ſaccum naſalem & in ipſos nares, inoſculatus ibi cum ramo naſali maxillaris internae. Ad exteriorem reſpondent rami Θ. & μ. figurae 2. ad interiorem rami λ. ν. Υ. Plures deſcriptiones nolim repetere. Conſtans ergo videtur, hunc truncum dare muſculo inferiori & obliquo minori, & ſacco naſali, inque eo ſacco anaſtomoſes cum infraorbitali habere. Ciliarem non ſemper edit, neque muſculi exterioris ramum, neque nervi optici ſurculum.

7. ETHMOIDEA ANTERIOR arteria ab ophthalmica, cum per canalem oſſeum transeat, & perpetua ſit, dudum omnino hactenus anatomicis innotuit. Arteriam, venam & nervum FALLOPIVS per foramen orbitarium ad duram membranam & nares ſcripſit redire *Obſ.* p. 142. Hanc etiam arteriam eſſe credo, quae ex oſſe frontis prope tempora (quae equidem vox obſcuritatem facit) ſuper orbitas ad anteriorem partem durae matris venit, & eam prope corpus falciforme perforat WEPFERI *de apoplex.* p. 105. Suſpicor porro, has eſſe, quas a carotide prodire & anterius os frontis adire ſcripſit VIEVSSENIVS T. XVII. b. b. ib. An vero huc arteriolas d. d. referas, an potius arteriis ſodalibus nervi olfactorii relinquas, non video definiri poſſe. Cum nervo arteriam ab ophthalmica ire per foramen orbitarium MONROUS recte vidit p. 80. & HEBENSTREITIUS p. 6. Eam dixit CL. SCHMIEDEL, quando ad ſalciformem proceſſum ex foraminibus oſſis cribroſi ramum dixit ire *variet. vaſor.* p. 11. Habet etiam arteriolam PALFYN *anat. Chir.* ED. BOVD. I. p. 81. & ſingularem iconem dedit GAVTIER T. II. f. 2. Alii nervi meminerunt, omiſerunt arteriam, ut I. la CHARRIERE l. c. p. 119. SCHAARSCHMID *oſteol. tab.* p. 54. BAGET. p. 61.

Naſcitur ex ophthalmica, quando ea interior nervo optico adjacet, & trans nervum patheticum retro trochleam migrat f. 2. & f. 3. *m*, atque ſodalem ſe dat nervo a quinti ramo primo nato. Invenit foramen perpetuum, quod ſuper cellulam ethmoideam anteriorem per proprium canalem in cranium ducit, & propria vagina durae membranae veſtitur. Dum ea via incedit, inſignem ramum, aut pluſculos ſurculos in cellulam ethmoideam anteriorem mittit, unde ramuli in ſinum frontalem veniunt per membranam horum ſinuum ramoſi, alii in anteriorem ſedem narium deſcendunt, inoſculati ramis, quos arteriae naſales miſerunt. Trunculus redit in cranii caveam, ſub dura membrana, alioque ramo antrorſum it, falcem adtingit, perque eam longe lateque ſpargitur; Idem ramos laterales emittit, qui anteriorem ſedem durae membranae perambulant, quae orbitae incumbit, inoſculati ſurculis a fiſſura lacera advenientibus. Alium ramum ſecundum laminam cribroſam remittit, ſparſum etiam per duram membranam ad usque alas parvas ſphenoideas inprimis, quando arteria ex fiſſura lacera minor eſt. Uterque trunculus ramulos per foramen oſſis cribroſi deorſum mittit in ſeptum narium, etiam ibi cum aliis hujus ſepti arteriis a maxillari interna natis inoſculatos.

8. PALPEBRALIS INFERIOR adeo nemini dicta eſt, ut univerſi ſcriptores palpebrarum vaſa unice ab externis, acceſſoriis, truncis derivent, ophthalmicam autem ita deſcribant, quaſi unice in membranis oculi conſumeretur. Vide WINSLOWI & HEISTERI hiſtoriam, & HEBENSTREITII p. 6. In Tab. I. & II. GAVTIERII nullum veſtigium eſt rami ab ophthalmica ad palpebras & naſum emiſſi, adeo omnia ab acceſſoriis aliis vaſis derivat. Perpetua tamen eſt, in ea re unice variabilis, quod non raro, & pene frequentius, communi trunco cum palpebrali ſuperiori proveniat; ubi etiam fig. 1. & 2. expreſſi. Exiguam eſſe non diffiteor, neque tamen video, cur idem minutum ſtudium in nervis laudabile, in arteriis ſuperfluum ſit.

Naſcitur,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 430 sur 543

Naſcitur, poſtquam arteria ophthalmica a trochleae tendine egreſſa eſt, nonnunquam etiam a Naſali, quae a trunco frontali jam ſeceſſit. Dat continuo ligamento orbicularium muſculorum, commiſſurae palpebrarum, & conjunctivae, ut lacrumali carunculae, ſurculum aut aliquot ſurculos, tunc unum duosve ad ſaccum naſalem, & cellulam ethmoideam anteriorem. Hi rami in iſta cellula cum ethmoideae ſurculis, quam modo diximus, in ſacco vero naſali cum ramo arteriae infraorbitalis, adeunte obliquum inferiorem, & cum ramo arteriae inferioris oculi, non exiguis anaſtomoſibus miſcentur. Deſcendit porro haec Palpebralis ſuo trunculo retro ligamentum palpebrale f. 1. L. emergit ex fibris orbicularis muſculi, recipit inſertum ſibi ramum arteriae infraorbitariae P. f. 1. & flexa ſecundum tarſum, lineae inde diſtantia, aut propior, efficit *arcum tarſeum inferiorem* Y. f. 1. in quem alii adhuc rami arteriae infraorbitalis inſeruntur f. 1. Q. V. & quem obvia ab exterioribus lacrumalis arteria conplet. Ab eo arcu ad conjunctivam, & ad orbicularem muſculum, glandulasque MEIBOMII ſurculi eunt.

9. PALPEBRALIS SVPERIOR perinde, ut inferior conſtans, & perinde neglecta eſt, niſi quod RVYSCHIVS, nulla trunci mentione facta, rete arterioſum palpebrae ſuperioris depictum dederit *Theſ.* X. Tab. 3 f. 5. Aut conjuncto cum priori principio provenit f. 1. r. & f. 2. *Faſcic.* III. A. aut ſeparato, id ſi obtinuerit, poſtquam inferior nata eſt, & ipſa ſequitur. Edit ſurculum orbiculari, qui partem ejus muſculi adit, quae orbitam cingit, & amplo circuitu denique cum ramis infraorbitalibus unitur f. 1. k. tum alterum ramum emittit in conjunctionem palpebrarum, & ligamentum earum, & carunculam lacrumalem. Hunc ramum alias naſalis edit *Faſcic.* IV. 7. Tunc emergit per ejus muſculi fibras ſuper ligamentum palpebrale, legit trunco ſuo oram palpebrae ſuperioris, prope bulborum ciliorum originem, & cum ſurculo ſimili arteriae lacrumalis arcum *tarſeum ſuperiorem* perficit T. 1. g. quem duplicem eſſe non rarum eſt f. 2. D. Hujus arcus ſurculi, perinde, ut a trunculo inferiori, muſculum ciliarem & conjunctivam adeunt.

Alia palpebralis ſuperior oritur paulo ultra, perinde ab ophthalmica g. f. 1. quae hic unice ciliarem muſculum adiit, alias autem cum arteria lacrumali propriam, diverſam a tarſea, coronam remotiorem a tarſo & altiorem efficit. Sed etiam ſuperciliaris ramus arteriae ophthalmicae ad ciliarem etiam partem orbicularis muſculi pertinet, qui palpebrae incumbit.

10. NASALIS, plerumque grandis trunculus eſt, eſt tamen ubi minor unice videtur ramus ophthalmicae eſſe, qui in labialem inferitur, & ab ejusmodi cadaveribus videtur deſcriptiones illas ſumtas fuiſſe, in quibus ab arteria angulari, ut vocant, frontis naſique vaſa deducuntur, ut apud GAVTIER f. 1. T. 2. An fuerit ea arteria naſalis, quam CL. SCHMIEDELIVS dixit ad cavitatem narium ire *de variet. vaſorum* p. 11?

Prodit ab ophthalmica modo interius aliquantum, ut ſuper oram ſuperiorem ſacci naſalis erepat, modo exterius ad ejus ſacci exteriorem finem, ſub cute autem ſupra ligamentum palpebrale nuda ſe effert (*fig.* I. & *Faſc.* III.) Edidiſſe ibi viſa eſt palpebralem inferiorem. Ramulum remittit, in foramen oſſis frontis penetrantem, qui forte ſinum frontalem adiverit, neque enim inquiſivi. Alium deorſum trans ligamentum muſculi orbicularis ad ſaccum naſalem mittit, (cui ramulos dat,) deſcendentem cum muſculi levatoris labii & naſi ora exteriori, inoſculatum ramo infraorbitalis arteriae (Faſc. III. 7.) cum quo ſubcutaneum arcum in facie exteriori, orbicularis palpebrarum facit, a tarſeo diverſiſſimum.

Alius ramus deſcendit cum latere oſſis naſalis externo, & cum levatore naſi muſculo, & inoſculatur inſigni ſurculo adſcendenti arteriae labialis Fig. 1. β. *Faſcic.* III. 5. Idem cum ramulis cutaneis arteriae infraorbitalis, in orbiculari inferiori (cui etiam ſurculos mittit) & in levatore ib. 2. & cum priori ramo proprii trunci coit fig. 1. Denique per alas naſi in rete dorſale trans eas alas, numeroſos ramulos mittit, *Faſc.* III. unum vero grandiorem in ima ala. Hic caeterum ramus eſt inprimis, cujus locum nonnunquam labialis ſupplet, quoties nempe truncus legens naſi latus, major eſt ad labium ſuperius, quam ad oculum, quales ſunt omnes figurae mihi notae. Hic etiam introrſum in narium membranam pituitariam ramum dedit fig. 1. α.

Edit porro vel hic, vel prius, quam ramus deſcendens naſcatur, ut in *Faſcic.* III. ramum ſurſum ad glabellam cutemque frontis euntem, inoſculatum alteris frontalibus ab ophthalmica *Faſc.* III. 9. *Faſc.* VII. T. VI. f. 1. 4. Alium vero *transverſum* ſuper ſummum naſum per os ejus nominis edit, qui ſodali inoſculatur, ejusque ſurculi ſunt, qui per foramina propria oſſis naſi ad membranam pituitariam veniunt. Expreſſus eſt *faſc.* III. ultra 9. & in tabula *totius corporis.* Haec eſt anaſtomoſis ophthalmicae arteriae cum ramo Carotidis externae IOSEPHI de la CHARRIERE. p. 285.

Truncus denique naſalis deſcendit cum oſſe naſi interior, deinde ad utrumque latus eminentis ſepti ad globulum usque, cum procero muſculo, cui ramulos exhibet, pervenit, ramulosque extrorſum mittit ad levatorem alarum, inoſculatos ramis deſcendentibus jam dictis faſc. III. 5. alios vero introrſum, trans os naſi, cum ſodalibus alterius lateris irretitos. In

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 431 sur 543

ipſo globulo vero pulchrum & inſigne rete efficit, in quod rami transverſi primi rami arteriae naſalis, tum rami per ſeptum narium partem perpendicularem a labiali ſuperiori venientes, aliique ab eodem trunco, nati veniunt, legentes oram imae alae *Faſc.* III. l. c. Surculi inde varii perichondria & membranam pituitariam narium adeunt. Varietates, quae hic, ut in cutaneis vaſis ſolent, multae ſunt, addere ſuperſedeo.

II. FRONTALIS arteria truncus eſt ophthalmicae, aliquando tamen minor naſali, ut pro ejus ramo poſſit haberi, ut in Faſc. III. Ejus aliqua memoria reperitur, parca tamen, nam & ipſius rami ſolent labiali tribui. *Angularem* dixit CL. SCHMIEDELIVS l. c. Utcunque expreſſit T. 2. f. 2. GAVTIER ad *S* cum tribus grandibus anaſtomoſibus, quas cum frontali alia, a labiali nata, cóeuntes ipſe adpingit. Rami ejus arteriae, ut in ſubcutaneis vaſis fit, ludunt, tres tamen primarii ſunt, *ſuperciliaris, profunda & ſubcutanea.*

Illa Faſc. VII. f. 1. *n.* prima naſcitur, emergens ex fibris orbicularis muſculi, & transverſim incedit ſubcutanea per partem orbicularis muſculi ſuperorbitalem, & profunde ſub muſculo corrugatore in perioſteo adſcendit. Ejus unus ſurculus legit oram ſupercilii & muſculi orbicularis, dat huic muſculo ramulos, & inoſculatur, arcu facto, ramo arteriae temporalis *l.* & cum ramis ſuperciliaribus arteriae lacrumalis. In eam arteriam hic ſe inmiſit ramus ſupraorbitalis arteriae *o.* Utcunque exprimitur ad 19. Faſc. III. *tab. muſc. fac.* Alias ramus eſt rami ſubcutanei arteriae frontalis.

Reliquus truncus ſubcutaneus, (major eſt enim quam profundus) erumpit ex orbiculari muſculo ad interiora glabellae, inter corrugatorem & orbicularem, ſubcutanea, & ad frontem aſcendit f. 1. *u.* incumbens muſculo frontali, & modo ne totum quidem os frontis perambulat, modo ad fontem pulſatilem usque venit. Caeterum rete multiplex facit, cum arteriae temporalis ramis frontalibus, & cum naſalis etiam arteriae ramulis de glabella ſurgentibus, & cum ſuperficialibus denique ſurculis arteriae ſupraorbitalis conjungitur.

Profundi rami arteriae etiam & interior ſunt & exterior. Eorum alter *interior* t. f. 1. rectus ſurſum it in perioſteo, tectus orbiculari & corrugatore muſculo, ramulos dat utrique, inſcribit ſulcos oſſis frontis, & in eo fere terminatur, aut in ipſo fonte pulſatili, ubi cum temporalibus coit. Etiam cum profundis a temporali & a ſupraorbitali anaſtomoſes habet.

Alter *exterior* ramus conflectit ſe in ſupercilium, tectus corrugatore & orbiculari, in perioſteo, legitque oram orbitae, extrorſum euns, dat his muſculis & perioſteo, & occurrit etiam ramo profundiori arteriae temporalis. Dedit aliquando ſcleroticae ſurculum.

Alias omnes hi quatuor rami trunci fuerunt ejusdem propaginis, & alius interior trunculus ſuper glabellam ſubcutaneus adſcendit, cum nihil in eo corpore in ea ſede naſalis arteria ab ophthalmica daret. Alias tres trunci fuerunt, ſuperciliaris, ſubcutaneus, & profundus, ut in f. 1. Has enim minutias natura minus conſtanter obſervat.

Atque adeo his collectis Oculus per ſingulas partes ſuas hos ramos habet. Nervus opticus ab arteriolis, quas Carotis interna generat prope ſellam equinam, tum ab ophthalmicae trunco, ramisve, inprimis inferiori, aut ciliari aliqua. Sclerotica ſurculos habet ab arteriis ciliaribus poſterioribus & longis, tum a ramis muſculorum ſociis arteriae lacrumalis, & ophthalmicae & natae inde ſuperioris, & inferioris arteriae oculi, aque aliis ejus ſurculis, qui trochlearem muſculum internumque adeunt, denique ab infraorbitali aliquos ramulos accipit, cum obliquo inferiori venientes. Choroidea membrana a ciliaribus poſterioribus & anterioribus, ſanguinem mutuatur, quae a ramis muſculorum rectorum ſodalibus naſcuntur. Iris ab arteriis longis ciliaribus: proceſſus ciliaris, ab arteriis ciliaribus brevibus propagines ſortitur. Retina a centrali retinae habet, quam ophthalmica, vel aliquis ejus ramus, generat. Vitreus humor, a ramis centralis retinae. Lentis vaſa nondum ſatis innotuerunt. A centrali retina aliqua CL. viri excitaverunt. Muſculi oculi ab ophthalmica ejusque ramis ſupraorbitali, inferiori, aliisque minoribus, demum a lacrumali, ab infraorbitali arteriolas habent. Adnatae tunicae vaſa ſunt ab ophthalmicae ramis palpebrali ſuperiori, inferiori, a lacrumalis ſimilibus trunculis ſuperiori, inferiori, aliqua etiam ab infraorbitali. Corneae vaſa non cito, nam ipſam quidem corneam valde ſuſpicor eſſe de epidermidis & unguium claſſe: inſenſilem certe ocularii eſſe teſtantur, qui DAVIELII methodum ſequuntur & inſenſilem in animalibus reperi, quibus ſaepe acu eam membranam perfodi. Vaſa habere, poſſet ex iis aegris conjici, in quibus ab ictu inflammata ſanguineisque vaſis plena fuiſſe dicitur IDEMA *van t'oog* p. 15. MAVCHART *de Cornea* p. 17. G. V. SWITEN *Comment.* I. p. 629. Sponte, in recens nati infantis cornea, vaſa dicta ſunt apparuiſſe PEYERO in *parerg. anat.* IV. Verum cum nihil ſimile viderim, vel ad ſuccos rubros corneae refero, quibus utique in infantibus recens natis turget, vel ad vaſa adnatae, quae hanc membranam in eam ſedem comitantur, quae ſuperducitur corneae SENNAC *Comment. d'Heiſt.* Ed. 1735. p. 690. Palpebrarum denique vaſa ſunt ab ophthalmicis, a lacrumalibus, & ab admis-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 432 sur 543

admiſtis, quos nunc dicemus, ramis infraorbitalis arteriae, & temporalis, & labialis. Lacrumalis glandula vaſa ſua habet ab arteria cognomine, & a ramis os malae perforantibus profundae temporalis.

Supereſt, ut vaſa acceſſoria enumeremus, quae partes exteriores oculi, ipſumque nonnunquam bulbum adeunt, neque ab ophthalmica tamen proficiſcuntur. Eorum vaſorum praecipua eſt arteria *infraorbitalis*, quam *ſphenomaxillarem* I. B. WINSLOW vocavit. Ea, dum per ductum ſuum fundum orbitae peragrat, edit ſubinde, incerto numero, minutos ramos, qui per foramina ex ipſo canale exeunt, & adipem oculi circumjectum, & perioſteum orbitae, & nonnunquam, raro tamen, bulbum oculi adeunt.

Eorum aliquis anteriori fine canalis propior, major, aliquantum itineris ad latus interius canalis perficit, & demum paulo poſterius, quam muſculus obliquus inferior in orbitae imam partem exit F. 3. T. Ejus rami ſurculi aliqui in eo perioſteo diſtribuuntur, interius quam is muſculus, & cum ramo palpebralis arteriae inferioris (F. 3. σ. ρ. & in f. 1. V.) inſignem anaſtomoſin habent, erepentem inter orbitam & orbicularem, ſub ligamento orbiculari.

Alii rami introrſum eunt, & partim obliquum inferiorem adeunt, cumque eo veniunt hinc ad ſcleroticam membranam, inde ad ſaccum naſalem f. 3. ad ϒ. & huic proſpiciunt, atque denuo cum ramis arteriae inferioris oculi π. f. 3. inſigniter inoſculantur.

Alius ſurculus exterior hujus arteriae exit inter muſculum orbicularem & orbitam circumvolutus, & in arcum tarſeum inferiorem tum ſe inmittit V. f. 1. etiam temporalis arteriae ramis in orbiculari commiſtus, & transverſae faciei *in ead. fig.* Reliqui ſurculi levatorem alarum naſi & labii ſuperioris, atque orbicularem adeunt, qualis ad X. f. 1. reſectus eſt. Aliquando ejusmodi ſurculus per proprium foramen ad partem orbicularis muſculi, quae ſub orbita eſt, ad latus canalis majoris exit.

Hunc arteriae infraorbitalis ramum ita ornavit WINSLOWVS, &, qui ejus auctoritatem ſunt ſecuti, ut pro oculi aut praecipua aut inſigni arteria habuerint *Expoſit.* III. 60. IV. 297. c. E. ESCHENBACH. p. 814. LIEVTAVD p. 132. I. E. HEBENSTREIT. l. c. p. 6. qui nomen ipſi inpoſuit ophthalmicae. Iidem hanc arteriam multo numeroſioribus ramis auxerunt, quam naturae plerumque viſum eſt. Eſt *tertius ramus* HEISTERI n. 18. Mire depicta eſt a CL. GAVTIER l. c. T. 2. f. 2. Ramum, qui per foramen infraorbitale exit, non bene ophthalmicae, ſodali nervi optici tribuit P. LOBE n. 34.

Neque hic tamen definit ea penus ſanguinis, quam arteria infraorbitalis oculo mittit. Quando nempe ex canali ſuo ea arteria exiit, & ad muſculos faciei deſcendit, rami aliqui ad palpebram inferiorem tendunt, quorum unus profundus redit ſurſum ad ſacci naſalis ſedem, atque & ipſe tarſeo arcui ſe inmiſcet. fig. I. *O.*

Alius, majuſculus, exeuns inter fibras muſculi levatoris, ſubcutaneus. Fig. I. 5. late regnat ſub orbita, in muſculo orbiculari, atque cum transverſa faciei T. ib. & Faſc. III. *x. q.* anaſtomoſes habet, & cum ramis per muſculum zygomaticum ab ea arteria advenientibus, & cum temporali 16. *g.* & cum ramo arteriae frontalis, qui circumit partem muſculi orbicularis infraorbitalem 16. *k.* IV amplum arcum in ejus muſculi ſuperficiem facit, eique muſculo ramos inpertit. Exteriores vero ſurculi, cum temporalibus miſti, perinde cum lacrumalis ramo conjunguntur, & arcum tarſeum inferiorem perficiunt. *Z. c. T.*

Alii denique rami infraorbitalis arteriae egregias in alis naſi cum ophthalmicae ſurculis conjunctiones habent. Faſc. III. 2-5.

2. Brevis hiſtoria eſt rami, quem arteria temporalis profunda, maxillaris internae propago, per oſſis malae orbitam exterius terminantis, foramen ſaepe mittit. Is ramus perinde, ut nervus a quinto pare, ad perioſteum orbitae, adipemque & ad lacrumalem glandulam venit, huic ſurculos inpertit, & inoſculatur arteriae lacrumali, uti diximus. Eadem praecipua nonnunquam lacrumalis eſt, quando illa communior diametro infra ſolitum ſubſiſtit. Imo ejus arteriae loco haec profunda non rariſſime utrumque arcum tarſeum, ſuperiorem & inferiorem, ad angulum exteriorem oculi orſa eſt. *Faſcic. III. Tab. max. int.* p. 9. not. 22. Aliquando ſurculum iterum per aliud foramen oſſis malae ex orbita ad temporalem muſculum remiſit. Hanc arteriam habet WINSLOW III. n. 70. ſed a temporali anteriori derivat. Habet etiam VERDIER II. p. 348. aliique WINSLOWI ſequaces. Alias alium etiam ramum ad fundum orbitae per fiſſuram ſphenomaxillarem temporalis profundi interior miſit, in membranas & adipem oculi: & a buccinatoria arteria vidi ramum a foſſa temporali per foramen os malae in glandulam lacrumalem veniſſe.

3. Majores auxiliares trunci ſunt, quos arteria temporalis partibus exterioribus oculi mittit. Ex duobus autem ejus arteriae ramis, oriri ſolent. *Inferior*, continuo ſupra jugum natus f. 1. *b.* Sub diviſione trunci temporalis in frontalem & temporalem, ſubcutaneus, ſurculum mittit ad orbicularem palpebrae, quae exteriorem ambitum orbitae circumit. Ejus alter ſurculus ad ſupercilium adſcendit,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 433 sur 543

tectus fibris muſculi orbicularis, & ſe immiſcet ramis, quos hinc ſuperior propago arteriae frontalis natae a temporali, continuo dicenda, inde frontalis ab ophthalmica generat. Alter deſcendit ad orbicularis inferiorem ſedem, recepto ramo nonnunquam a frontali trunco temporalis arteriae f. 1. *e. b.* deinde a ramo transverſae faciei T. ib. miſcetur in inferiori parte orbicularis muſculi cum ramo arteriae infraorbitariae, emergente ex ſulco ſuo V. atque porro ſe conjungit cum ramo palpebrali inferiori arteriae lacrumalis *c.* cumque eo arcum tarſeum facit, aliumque cum ramo arteriae labialis in orbiculari inferiori. Alias utrumque arcum tarſeum exterius princeps orſa eſt. Alias ejusmodi arteria adeſt, ſed a ramo medio *profundiori* temporalis arteriae perforata aponeuroſi muſculi cognominis, nata eſt, *art. faciei* p. 18. Ramos palpebrae inferioris a palpebrali deducit, & cum infraorbitalibus miſtos pingit GAVTIER T. II. f. 1.

Porro *frontalis arteria a temporali* in anguli externi oculi vicinia naſcitur *Tab. art. fac.* 17. Eſt *rameau exterieur* WINSLOW III. n. 70. GAVTIER deſignat ad *p. p.* T. II. f. 1. Introrſum & ſurſum it, & late per frontis ſedem cum temporibus conjunctam regnat; tum ramis inter cutem & aponeuroſin temporalis muſculi emiſſis, tum ramis profundioribus, qui in perioſteo introrſum verſus fontem pulſatilem migrant. Utrumque genus horum ramorum cum ophthalmicae ramis frontalibus anaſtomoſes numeroſas habet.

Ea ergo arteria ſurculum nonnunquam deorſum in palpebralem inferiorem trunculum mittit ad *b.* f. 1. *Tab. art. fac.* ad 18. majori vero parte ad orbicularem ſuper orbitam venit, inque eo cum ramo ophthalmicae, quem dixi, arcum facit in orbiculari ſeu ciliari ſuperiori, diverſum a tarſeo, aliumque cum arteria lacrumali conjunctum, qui tarſeum arcum ſuperiorem exterius orditur ad *f.* & iterum alium, qui in ſupercilio cum ramo ab ophthalmica adveniente unitur *b. b.* Reliqui rami in adipem ſupercilii exeunt, ibique ſubcutanea retia cum vicinis frontalibus ab ophthalmica natis perficiunt. Denique unus profundior ramus, tectus orbiculari & corrugatore, aſcendit in ſupercilium & frontem F. l. & cum profundo ramo ophthalmicae magnam ſuper orbitam anaſtomoſin habet.

Breviter & recte de temporalis ramis egit WINSLOW. IV. n. 296. tum HEBENSTREIT p. 7. Anaſtomoſes cum angulari, non cum ophthalmica, facit GAVTIER. T. 2. f. 1. ad *s.* In fundo vero orbitae properare hunc ſecundum ramum, atque per magnum angulum ſubire, ut ILL. HEISTERVS ſcripſit n. 17. nunquam vidi, & credo arteriam ophthalmicam, de orbita egreſſam, ramis arteriae frontalis adnumeratam fuiſſe.

Alius porro ramus a frontali ramo arteriae temporalis ſuper muſculum orbicularem ad frontem venit, & ſubcutaneum rete & anaſtomoſes in orbiculari muſculo, & demum profunda retia cum arteria ab ophthalmica perficit *fig.* i. c. & corrugatori etiam & orbiculari & frontali ramos exhibet *Tab. art. fac.* 19.

4. A transverſa quidem faciei ramus dictus eſt T. f. 1. faſc. III. *e.* quem ad angulum externum oculi miſit, in orbicularem muſculum, varie inoſculatum labiali, infraorbitali, temporali, lacrumali, arcui tarſeo.

5. Sed etiam labialis arteria partim ad angulum exteriorem ſurculos mittit, inoſculatos cum ramis lacrumalibus & temporalibus. Alii vero, ejusdem rami, quoties ophthalmica parva eſt, cum nomine *angularis arteriae* ad internum oculi finem adſcendunt, adque orbicularem palpebrae, neque enim unquam ulterius aut ad frontem perveniſſe vidi *Faſcic.* III. *art. fac.* n. 1. Eſt *primus ramus* HEISTERI n. 16. Ramos ad orbicularem, ſuperciliarem, & frontalem nominat WINSLOW III. n. 57. SCHOBINGER *de fiſt. lacrum.* p. 10. HEVERMANN. p. 883. &c. HEBENSTREIT p. 7. & plerique ſcriptores, & princeps nuper in icone GAVTIER nimis magnam inque frontem productam fecit: Anaſtomoſes labialium cum ophthalmicis in naſo diximus.

EXPLI-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 434 sur 543

EXPLICATIO TABVLARVM OCVLI.

FIGVRA PRIMA.

Vaſa oculi externa. Pars magna orbicularis muſculi remota eſt, naſus ejusque vaſa negligenter adjecta, cum hujus loci non ſint.

A. Ciliaris ſuperior muſculus.
B. pars palpebrae ſuperioris, de qua is ciliaris reſectus eſt.
C. Ciliaris inferior muſculus
D. Ligamentum palpebrarum
E. finis oſſis naſi.
F. Foramen infraorbitale.
G. Arteria temporalis.
H. Truncus arteriae ophthalmicae.
I. trunculus palpebralis
K. ramus ejus cutaneus, arcum faciens cum infraorbitali.
L. Palpebralis inferior.
M. ramus a palpebrali ſuperiori, ad commiſſuram palpebrarum.
N. Ramus ſuperciliaris ophthalmicae.
O. Tarſeus arcus ſuperior.
P. ramus ab infraorbitali emergens, ad arcum tarſeum inferiorem.
Q. ramus ab infraorbitali ad eundem arcum.
R. trunculus arteriae infraorbitalis, exeuns ex foramine.
S. Ramus deſcendens.
T. trunculus transverſae faciei
V. ramus ab infraorbitali ad inferiorem tarſeam accedens.
X. trunculus ejus ad orbicularem, reſectus.
Y. arcus tarſeus inferior.
Z. ramus a transverſa faciei & temporali miſtus ad arcum tarſeum inferiorem.
a. Orbicularis pars extra orbitam.
b. Ramus inferior a temporali ad palpebras.
c. ramus a lacrumali ad arcum tarſeum inferior.
d. ramus ab eadem ad ſuperiorem arcum tarſeum.
e. ramus ſuperior a temporali ad palpebras.
f. ramus ad conjunctivam.
g. arcus tarſeus ſuperior.
h. ramus ſuperciliaris ſupraorbitalis arteriae cum temporalis ramo conjunctus.
h. h. anaſtomoſis inter palpebralem *h.* & ſuperciliarem *n.*
i. ramus ſupraorbitalis arteriae profundus.
k. ramus ſupraorbitalis ſuperficialis conjunctus cum temporali.
l. ramus profundus a temporali natus, in ſupercilio conjunctus cum ramo arteriae ophthalmicae ſuperiori.
m. ramus ſuperficialis temporalis.
n. anaſtomoſis ejus cum ophthalmicae ſurculo.
o. ramus alter ſupraorbitariae exeuns per foramen ejus nominis.
p. ramus ſupraorbitariae frontalis profundus.
q. ramus alius ophthalmicae ad orbicularem.
r. ligamentum perficiens foramen ſupraorbitale.
s. rami ophthalmicae ad trochlearis tendinem.
t. ramus frontalis profundus, ab ophthalmica.
u. ramus frontalis ſubcutaneus, ab eadem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 435 sur 543

x. ramus a naſali deſcendens.

y. ramus a naſali, ad glabellam.

z. ramus a naſali deſcendens alter exterior.

α. ramus intra nares euns, utcunque indicatus.

β. anaſtomoſis cum labiali.

γ. δ. duae aliae anaſtomoſes.

ε. arteria labialis.

FIGVRA SECVNDA.

Aperta orbita, effracto ejus lacunari, Muſculus levator palpebrae & rectus ſuperior ſitu moti, reliqua omnia ſuo loco relicta.

A. Nervus opticus, curvulus, ut ſolet.

B. globus oculi nudus.

C. Glandula lacrumalis.

D. Orbicularis palpebrae ſuperioris.

E. Trochlea.

F. Foramen orbitarium anterius.

G. Foramen in fiſſura lacera pro arteria lacrumali.

H. pars craſſa oſſis malae.

I. pars oſſis frontis.

K. Levator palpebrae reclinatus.

L. Rectus oculi ſuperior reclinatus.

M. pars perioſtei orbitae.

N. Muſculus patheticus.

O. Muſculus internus.

P. Tendo Trochlearis.

Q. Palpebra ſuperior & inferior.

R. externus oculi.

S. inferior.

T. Carotis interna.

V. Ophthalmica arteria.

X. lacrumalis.

Y. Ciliaris externa.

Z. ramus ad levatorem palpebrae & externum muſculum.

a. Centralis retinae.

b. c. ramuli ad rectum ſuperiorem & levatorem palpebrae reſecti.

d. ramus ad internum muſculum.

e. ciliaris ſuperior.

f. origo inferioris oculi arteriae.

ff. ejus rami muſculares ad inferiorem.

φ. ciliaris inferior inde nata.

g. rami ejus aliqui.

h. alius ramus ad internum.

i. alius.

k. Ciliaris interna.

l. Supraorbitalis arteria.

m. Ethmoidea anterior.

n. ramus ad perioſteum.

o. ramus ad internum muſculum & ſcleroticam.

p. q. duo rami ad trochleam ejusque tendinem.

r. Palpebralis truncus communis.

s. Arcus tarſeus ſuperior.

t. ad palpebralem inferiorem communicatio.

u. ramus ſuperciliaris reſectus.

x. naſalis.

y. ramus a lacrumali ad levatores.

z. ramus ad perioſteum orbitae.

α. ramus perforans.

β. ramus ad orbicularem & ſcleroticam.

γ. ramus ad palpebram inferiorem.

δ. alius ramus inoſculatus ſurculo temporalis.

ζ. rami ad ſupercilia & orbicularem muſculum.

η. ramus a temporali arteria ad tarſeum arcum ſuperiorem.

FIGV-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 436 sur 543

FIGVRA TERTIA.

Oculus a muſculis ſuperioribus nudatus, extrorſum revulſus, ut vaſa inferiora oculi conſpici queant.

A. nervus opticus.
Π. cellula ethmoidea poſterior.
I. os frontis.
Σ. cellula ethmoidea anterior.
Ξ. ſeptum cellularum.
Q. Inferior obliquus.
S. rectus inferior.
B. Sclerotica.
V. ophthalmica arteria vehementer distorta, quod eam ethmoidea anterior ad os planum retineat, dum trunci finis cum oculo extrorſum revellitur.
f. ramus inferior oculi.
ε. ciliaris ſuperior.
Θ. ramus ad externum.
λ. λ. rami ad inferiorem.
μ. μ. ramus ad obliquum inferiorem.
Λ. ramus ciliaris inferior internus.
ξ. ciliaris externus.
ο. ramus ad ſcleroticam.
π. anaſtomoſis rami τ. cum Φ ramo arteriae inferioris oculi.
ϱ. arteria a tarſea inferiori ad ſaccum naſalem anaſtomoticum, cum
σ. ramo infraorbitariae.
τ. alter ramus ejusdem verſus ſaccum naſalem.
τ. τ. ramus ad obliquum inferiorem.
υ. altera ejusdem anaſtomoſis cum inferiori oculi.
Φ. arteriae infraorbitalis truncus.
Ψ. ſacci naſalis ſedes aperta.

FIGVRA QVARTA.

Sclerotica reſecta, ut tamen anulus ejus proximus nervo optico, alterque vicinus corneae, integer ſuperſit.

a. nervus opticus.
b. b. b. b. ſclerotica aperta.
c. Cornea.
d. arteria ophthalmica.
e. ciliaris arteria.
f. altera.
g. ramus centralis retinae.
h. ramus alius in duram matrem nervi optici.
i. anulus ad inſertionem ejus nervi.
k. arteria ciliaris longa.
l. altera.
m. quatuor ciliares anteriores.
n. Ciliares poſteriores perforantes ſcleroticam.

FIGVRA QVINTA.

Sclerotica tota remota, adparet choroidea & pars major orbiculi ciliaris cum iride.

a. a. Venae vorticoſae.
b. Orbiculus ciliaris.
c. arteria ciliaris longa.
d. altera ejusmodi.
e. arteriae *c* inſertio in anulum.
f. anulus uveae.
g. arteriae - *d* — inſertio in anulum.
h. altera ejus anuli medietas.
i. rami ad iridem.
k. Ciliares anteriores anulo inſertae.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 437 sur 543

FIGVRA SEXTA.

Remota cornea iris conſpicua, cum anulo & proxima ſede vaſorum.

a. Arteria longa.
b. c. ejus duo rami divaricati inſerti circulo uveae.
d. arteriola ſupergrediens eum circulum inque iridem euns.
e. Circulus uveae.
f. altera arteria longa.
g. ramus ejus anulo inſertus.
h. alter ejusdem circulo inſertus.
i. orbiculus ciliaris.
k. arteria anterior circulo inſerta.
l. altera ejusmodi.
m. lens cryſtallina.

FIGVRA SEPTIMA.

Remota choroidea, ut tamen ligamenta ciliaria & cornea conſervata ſit.

a. nervus opticus.
b. arteria centralis retinae.
c. arteria ophthalmica.
d. d. Choroidea membrana aperta.
e. Scleroticae pars.
f. ligamenta ciliaria.
g. retina.
h. Striae retinae ſubjectae ligamento ciliari.
i. arteria centralis retinae.

FIGVRA OCTAVA.

Fere eadem cum ſeptima, ſed cornea & ligamenta ciliaria remota, ut lens cryſtallina ſola cum retina ſuperſit.

d. f. g. i. ut in f. 7.

k. lens cryſtallina, ejusque planities anterior.

l. Striae retinae, qua parte retina conſcendit eam lentem, denigratae a corona ciliari, quae incubuit.

©BIU Santé

Fascic. VII. Tab. I.

Basis cerebri.



J. P. Kallenhofer Del.

J. C. Schröder Sculp. Göttingen.

©BIU Santé


Fascic. VII
T. II
Plexus Cerebri.
D
A
E
E
F
Y
Y
A
G
O
H
I
H
I
G
X
L
K
K
X
N
V
T
L
N
Q
P
N
S
R
S
M
A
C
B
F.M.P.
I. P. Kaltenhofer del. ad. Nat. 1750. Mense Martio.
I. v. d. Spyk Sculpsit Lugdū. Batavō. July 1752.

©BIU Santé


Fasciculus VII.
Tabula III. arteriarum Cerebri.
J.P.Kattenhofer del. ad viv.
J.C.G.Fritzsch sc.

©BIU Santé


Arteriae medullae spinalis posteriores.
Kaltenhofer del.
Mich. Rößler sculps. Tr.

©BIU Santé


Fasc. VII.
Tab. V.
Arteriae medullae spinalis anteriores.
Kaltenhofer del.
Rößler sculps.

©BIU Santé


Fasc. VII.
Tab. VI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Kaltenhofer. del.
J. C. G. Fritzsch sc.

ICONUM ANATOMICARUM

QUIBUS ALIQUAE PARTES

CORPORIS HUMANI

DELINEATAE TRADUNTUR

FASCICULUS VIII. ET ULTIMUS.

Arteriarum totius corporis ſyſtema cum ſupplemento ad deſcriptiones vaſorum.

FACULTE DE MEDECINE DE PARIS BIBLIOTHEQUE

AUCTORE

ALBERTO v. HALLER

PRAESIDE SOC. REG. SCIENT. GOTTING. ACADD. REG. SCIENT. PARIS. ET REG. CHIR. PARIS. HOLMIENSIS, BEROLINENSIS, NATUR. CURIOS. BONON. SOCC. REG. BRIT. UPSAL. BOT. FLOR. SODALL.

GOTTINGAE,
APUD VIDUAM B. ABRAMI VANDENHOECKII
MDCCLVI.

LECTORI BENEVOLO S.

Finem hactenus impono iconum anatomicarum fasciculis, quod destituto oportunitate cadaverum, neque emendare jam praeparata liceat, neque novas icones addere. Omittendae adeo fuerunt icones coronariarum arteriarum, quarum solam descriptionem hic observationibus nuperioribus augeo: Deinde quam destinaveram coeliacae alteram novam iconem, & intercostalium grandiorem tabulam de dorso sumtam, & alia aliqua omnino nunc praestare nequeo. Solas ergo hic dabo descriptas arterias intercostales & lumbares, & priorem quidem utramque classem neque adeo frequenter repetii, ut interiora viscerum vasa, artuumve, neque perinde plena minutiis adversaria collegi. Lumbalium etiam minus abundat historia, & inprimis infimae, quae raro cum reperiatur, raro etiam a me visa est. Id in hac mea paupertate fuit solamini, quod in his fragmentis historiae arteriarum, vera tamen sint, quaecunque narraturus sum, etiamsi minus, quam alia mea, plena sunt, & quod vasa ista neque magna sint, neque nobiliores aliquas partes corporis adeant, neque

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 446 sur 543

adeo perinde hic utilis ſit minuta illa hiſtoria, ut in iis vaſis, quae cerebro aliisque corporis partibus proſpiciunt, a quibus vita propius pendet. Fecerunt iſtae rationes, ut ſatis neglectim habitae ſint & intercoſtales arteriae, & lumbares, parumque ſit, quod ex conquiſitis undique fontibus de iisdem excitare poſſum. Et GALENUS *quidem arteriam intercoſtalem ſuperiorem communi trunco cum vertebrali naſci reliquit* de art. & venar. different. *C. IX. reliqua breviter adtigit.* C. STEPHANUS GALENUM *deſcribit L. I. c.* 91. VESALIUS *a vertebrali intercoſtalem ſuperiorem ſeparavit, cervicalem profundam addidit, & in reliquis brevis fuit, ſed absque errore.* VESALIUM PLATERUS, VALVERDUS (*L. VI. c. XI.*), CASPAR BAUHINUS, ANDR. SPIGELIUS, THOM. BARTHOLINUS, ISBRANDUS *v.* DIEMERBROEK *aliique ſecuti ſunt.* J. SYLVIUS *inſigni errore, omnes, praeter tres ſupremas, intercoſtales arterias ab uno trunco deduxit* Iſag. anat. *p.* 39. EUSTACHII *tabulae ſolae fere hactenus dorſalia vaſa ad musculos erumpentia, & lumbalia continent, neque latuit* CL. VIRUM, *numerum iſtorum minorem eſſe, quam vertebrae promittunt.* REALDUS COLUMBUS *eadem fere, quae* VESALIUS, *habet.* A. LAURENTIUS *pleraque cum* VESALIO, *haec autem propria vitia habet, quod unam intercoſtalem inferiorem, hanc cum* SYLVIO, *unamque arteriam lumbalem numeret.*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 447 sur 543

ret. hiſtor. corp. hum. *p.* 148. *Ed. Paris.* 1600. *Nihil aut* VESLINGIUS *addidit, aut* RIOLANUS, *aut* AMATUS BOURDON, *aut* JACOBUS KEIL, *aut* PHILIPPUS VERHEYEN, *aut* P. DIONIS. J. ERNESTUS WREDE *paulo uberius de intercoſtalibus arteriis dixit. Ejus verba retinet* J. ADAMUS KULMUS tabell. *p.* 82. 83. & J. JACOBUS GRAMBS. J. JACOBUS RAVIVS *apud* VALENTINUM Amphitheatr. Zoot. app. 103. & *anaſtomoſes intercoſtalium habet cum mediaſtina, quod ipſe nomen facit Mammariae, & duplices ſingulas coſtas comitari, & majorem eſſe, quae ſulcum legit, recte reliquit.* FRIDERICUS RUYSCHIUS *inoſculationes intercoſtalium cum mammariis depinxit, & arterias intercoſtales externas, ramos nempe anaſtomoticos, arteriarum intercoſtalium, qui anterius longe oram coſtarum ſequuntur.* AUGUSTINUS FRIDERICUS WALTHERUS *intercoſtalem ſuperiorem adſeruit, ramos thyreoideae cervicales profundos deſcripſit. Multa utiliter de cervicali poſteriori ſive profunda colli arteria, de intercoſtalibus earumque anulis inter vertebras monuit* WINSLOWUS, CL. VERDIER *valde brevis eſt.* CL. BARBAUT, *cum* WINSLOWO *ſentit*, & CL. SCHAARSCHMID angiol. *p.* 14. & PETITUS *in editione anatomes* PALFYNIANAE & CL. ESCHENBACH. JOSEPHUS LIEUTAUD *aliqua aliter habet.* GARENGEOTIUS *intercoſtalem ſuperiorem*

rem ſubclaviae denegavit, ad rarius aliquod exemplum, quale etiam EUSTACHIO *vidiſſe contigerat. Poſterioribus autem obſervationibus, etſi a ſententia ſe dejici non eſt paſſus, arteriam tamen, quam negaverat, frequenter vidit.* CL. ASCHIUS *olim noſter familiaris, occaſione nervorum, ramum profundum occipitalis arteriae, ejus cum vertebrali anaſtomoſin, & cum occipitali lateris adverſi, & meningeos aliosque ſurculos nitida icone expreſſit, & hactenus huc pertinet, quod communionem horum vaſorum cum thyreoideis idem addiderit. Ego olim thyreoideam arteriam fuſius expoſui, & cervicalem profundam, quam* WINSLOWUS *thyreoideae tribuit, ego vero aut a ſubclavia, aut ab intercoſtali ſuperiori plerumque naſci vidi, & a thyreoideae propaginibus adſcendente & transverſo ſeparavi. Aliqua etiam ad ſingularum intercoſtalium & lumbalium hiſtorias peculiares contuli, quas hactenus ſcriptores anatomici fere conjunctim & breviter indicaverant. De numero etiam lumbalium minuendo monui, omnia tamen uberius dicturus, ſi diutius in anatome & corporis humani contemplatione per alia officia & amorem patriae verſari licuiſſet.* CL. TARIN *in plerisque nobiscum ſentit.*

Totius

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 449 sur 543

Totius autem corporis humani anteriores arterias & poſteriores cum muſculis vicinis ita tradidi, ut ſolebat EUSTACHIUS, *nunquam enim id ſtudium mihi placuit, quod* COWPERUS *& olim* VESALIUS *ſecutus eſt, & in quo ſceleta quaedam, vaſculoſa excarnia, absque ſitus ſtratorumque viciniis exhibentur. Ut utiliores vero fierent, quas hic dedi tabulas, duo in ſtrata totum corpus diviſi, ut ſiniſtri lateris vaſa ea eſſent, quae continuo ſub cute ſequuntur, dextra vero, quae oſſibus viciniora ſunt. Non ideo diffiteor, plures omnino tabulas requiri, ſi perfectius aliquid daturus fueris, ut in collo minimum tres figurae ſint, quarum prima vaſa ſplenio ſubjecta, altera quae complexo teguntur, tertia ea demum tradat, quae nudis oſſibus imponuntur. Verum aliqua in non notiſſimis vaſis, habenda fuit ratio ſumtuum. Faciei vero, pelvis, pedumque & brachiorum figurae prioribus, quas earumdem corporis partium dedimus, quoddam quaſi ſupplementum ſunt, & multa aliter habent, quam in iconibus VI^ti^ V. IV. & tertii faſciculi exſtant, uti in univerſum in ea vaſorum varietate natura ludere amat. Statura alia ab* ALBINIANIS *eſt.* ILL. *enim vir ſuas ad pulchram Apolli-*

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 450 sur 543

nis aut Mercurii gracilitatem eduxit, nos noſtras, ut ſunt ex pueris ſumtae, lato capite, brevique corpore expreſſimus, aliquantum etiam lucrati ſpatii, cum latior ita facies & truncus corporis latior factus ſit. Ex cadaveribus denique, quae poſt datas deſcriptiones diſſecui, ubique ſupplementa prioribus meis faſciculis, ad quintum usque addidi, ſive aliter aliqua, ſive plenius vidiſſem. Atque ita vale, LECTOR AMICE, *rudeque donato proſectori favere perge. Bernae d. 7. Januarii* 1755.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 451 sur 543

TABULAE VASORUM TOTIUS CORPORIS ANTERIORIS EXPLICATIO.

REGIO PRIMA

COR ET THORAX.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Coſtae his numeris deſignatae. Ultimam enim ren tegit, ut non adpareat.

I. II. III. IV. V. Vertebrae lumborum.

XII. XI. V. IV. III. II. I. Vertebrae dorſi.

A Cor in ſitu, ita tamen ut a pondere ſuo omnino deorſum tractum, atque adeo pars in thorace adparens magnorum vaſorum nimia ſit, & tota quidem coſta. Nam oportebat radices magnorum vaſorum ad coſtam ſecundam eſſe, quae ſunt ad tertiam.

B Auris dextra repleta.

C Siniſtra pariter plena.

D Truncus arteriae pulmonalis

E Ductus arterioſus.

F Ramus ſiniſter arteriae pulmonalis.

G Aorta.

H Magnus arcus.

I I Rami arteriae coronariae dextrae [1]

K. Rami

Ad arteriarum hiſtoriam ſupplementum.

1) AD CORONARIAS.

Ad arterias Coronarias in propria diſſertatione deſcriptas, quae in T. II. diſputationum anatomicarum recuſa eſt, nonnulla utiliter addi poſſunt. Dextrae Coronariae orificia ſibi proxima majus & minus vidi, uti Nro. 5. propriae de his vaſis diſſertationis deſcripſi. Idem ramus primus arteriae pulmonali datus, inoſculatur cum ſimili ramo arteriae Coronariae ſiniſtrae; Alias ejus loco primus trunci ramus it ad aurem dextram, venamque cavam, inoſculatus ibi cum ramo ſiniſtrae, quem primum aurem dextram adire dicam. Idem dat furculos orienti aortae & vicinae carni cordis. Alias huic ſolum origini & aortae proſpicit.

Alter ramus communis origini pulmonaris arteriae atque cordi proximo, itidem cum ſiniſtrae arteriae ſimili furculo coit.

Inter eos quos l. c. proximos dixi, unus ad ſummam appendicem auriculae dextrae venit & fur-

K Rami anteriores arteriae coronariae ſiniſtrae.
L Communis radix ſubclaviae dextrae & carotidis.
M Subclavia dextra.
N Carotis dextra.
O Carotis ſiniſtra.
P Subclavia ſiniſtra.
Q Pars longi Colli.
R Arteria intercoſtalis ſiniſtra, a ſubclavia nata, intervalli primi.
S Ramus alius.
T alius.
V Secundi intervalli intercoſtalis ſiniſtra grandis.
X Ramus deſcendens ſupplens tertii intervalli arteriam.
Y Intercoſtalis intervalli quarti.
Z Anaſtomoſis cum trunco quinti intervalli.

a b c

& ſurſum verſus venae Cavae originem, idemque cum ramo ſiniſtri trunci, ſiniſtram aurem adeunte inoſculatur. Idem ſurculum ad aortam arteriam mittit, qui trans eam arteriam, qua poſterius ſinus ſiniſter obvertitur, alteri ramo aortico inoſculatur, nato ab arteria ſiniſtra auris.

Alii duo ad aurem dextram rami ibidem dicti ſunt, duoque alii in facie plana ad dextram aurem, alius ad eam & originem venae Cavae, alius ad cordis cum aure conjunctionem, qui vulgo aure teguntur.

Qui ad cor eunt, tum in facie convexa, tum margini acuto proximi, deinde in facie plana, etiam nihil novi habent. In exemplo ultimi rami in ventriculum ſiniſtrum iverunt, & ſinum ſiniſtrum, hi omnium ultimi, omnes inoſculati ſiniſtris arteriis, quam longitudinem non perpetuam trunci dextri, loco citato etiam dixi. Qui ſinum ſiniſtrum adit jam dictus procurrit ultra, ad venas pulmonales dextras, & originem venae Cavae inferioris.

Omnino vero truncum dextrae coronariae, cum ſiniſtra ſodali major foret, vidi per totam faciem planam ad marginem usque obtuſum rediiſſe.

Siniſtrae Coronariae ramus ex primis eſt, qui transverſus in valle inter aurem & ventriculum ſiniſtrum it, & ramis duobus ad ſinum ſiniſtrum it, ramulo ad arteriam pulmonalem dato, qui cum primis duobus dextrae ſurculis coit, & ramis aliis ad cor ſiniſtrum conſumitur.

Profundum omnino nullum fuiſſe, ejus vero loco tres ramos pluresve ex trunco ſiniſtro in ſeptum cordis iviſſe, vicinosque ventriculo dextro intimas per carnes deſcendiſſe vidi, ut primus longior, reliqui tres quatuorve leviores forent. Alias adfuit unicus utique, ramumque dedit ad membranas arteriae pulmonalis, inoſculatusque eſt dextris quos dixi ſurculis.

Inter ramos autem auris ſiniſtrae unus praecipuus, memoria longiori dignus eſt, qui venit ad faciem priorem ſiniſtri ſinus, qua ab aorta arteria occultatur & per eam faciem ad venam cavam & auris dextrae partem ſiniſtram, inoſculatus ibi cum ramo primo, quem dixi, dextri trunci. Inde ad radicem venae Cavae ſuperioris circumivit aurem dextram, longiſſime ad ſedem usque venae Cavae deſcendentis & iſthmi Vieuſſeniani. Ejusdem etiam ramus aortae, poſteriorem faciem adit, inque ea cum ramo dextri trunci LL. inoſculatur. Deinde alius proximus auris ſiniſtrae ramus, a nobis olim non ulterius continuatus, venit ad aurem ſiniſtram & venas pulmonales ſiniſtras, pergitque idem in foſſa, quae radicem auris ſiniſtrae comitatur, & dat huic ſinui, atque cordi vicino, atque cum ultimo ramo dextrae Coronariae in ſinum ſiniſtrum dato, varie inoſculatur. Aliquoties ſiniſter truncus paulum ultra obtuſum marginem progreſſus deſcendit ad mucronem, neque ad ſeptum usque pertigit.

a b c d e f Intercoſtales ſiniſtrae intervalli quinti, ſexti, ſeptimi, octavi, noni, decimi.

g Intercoſtalis intervalli undecimi ſive ima ſiniſtra.

A Aorta deſcendens.

h Intercoſtalis aortica dextra prima ſive intervalli ſecundi & primi.

i Ejus ramus ad intervallum ſecundum.

k Ramus alius.

l Ramus intervalli primi.

m Arteria intercoſtalis aortica ſecunda.

n Ramus intervalli tertii.

o Ramus intervalli quarti.

p Ramus anaſtomoticus cum intercoſtali quinti intervalli.

REGIO SECUNDA.
COLLUM.

a Aſpera arteria.

b Glandula thyreoidea.

c Cartilago ejus nominis.

d d muſculi hyothyreoidei.

e Mylohyoideus.

f f Biventrium ſecundae carnes.

h h glandulae maxillares.

i i Biventrium primae carnes.

k k Glandulae aliquae jugulares.

l l Scaleni priores.

m Scalenus lateralis.

n Aliquot proceſſus transverſi vertebrarum colli.

o o Trapezii muſculi reclinati.

p Arteria carotis cerebralis ſiniſtra.

q Carotis externa ſiniſtra.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 454 sur 543

r Arteria thyreoidea ſiniſtra ſuperior. 2)
s Ramus ad hyothyreoideum.
t Arcus ſuperior cum ſodali.
u & inferior.
x Arteria ad biventrem.
y Arteria ſubmentalis. 3)
z Arteria labialis.
α Arteria temporalis.
β Arteria vertebralis ſiniſtra.
γ Arteria thyreoidea inferior, minor,
δ Arteria thyreoidea inferior, major, vulgaris.
ε ejus ramus adſcendens.
ζ Surculus ad glandulam jugularem.
η Ramus arteriae thyreoideae cervicalis.

θθ Rami

2) AD THYREOIDEAM SUPERIOREM.

Ad Faſcic. III. Pag. 4. Not. 6. in fine *adde* ex nuperis obſervationibus me ramum hujus arteriae vidiſſe, qui ad thymum iverit, cujus dextrum cornu pene album fuerit.

Porro alias thyreoideam ſuperiorem magnam fuiſſe, carotidi externae reliquae aequalem, cum inferior vix ulla eſſet. Alias in altero latere grandem, inque utrumque lobum diviſam vidi, cum in altero latere perexigua eſſet.

Ramum qui cricothyreoideum, hyothyreoideum & ſternohyoideum adit, anaſtomoſin habuiſſe cum ſodali & adſcendente ſurculo, cum ramo lingualis inoſculatum fuiſſe etiam reperi. Deinde accurate repetita ita ſe habuit. Nata fuit aliquot lineis ſupra carotidis diviſionem, dedit continuo pharyngi, & lingualem arteriam, & ramum thyreopharyngeum, & multos alios ramulos, hinc ſecuta eſt ſuae glandulae cornu, miſit ſternohyoideo ſuum ſurculum, inde ramum *ſuperiorem* edidit. Iſte dedit ramum transverſum ſuperficialem, unde ſurculi ad biventres & ſtylohyoidei tendines & hyothyreoideum, ſternothyreoideum, atque in cutem iverunt. Porro is ſuperior ramus deſcendit, dedit ſternohyoideo, coracohyoideo, ſternothyreoideo, huic majorem ramum, & ſub cartilagine thyreoidea, circulum cum ſodali alterni lateris perfecit, a quo ſurculi iverunt in hyothyreoideum, cricothyreoideum, laryngem. Truncus denuo ſternothyreoideo, & cricothyreoideo ramos miſit & ſecutus eſt oram ſuperiorem glandulae cognominis, inque iſthmum glandulae deſiit, qui hic exiguus & vix digitum latus fuit.

Denique notabilem nonnunquam ramum continuo naſci ab ipſius arteriae origine, & per cutem colli ſummique pectoris dividi, & cum mammariae ſurculis irretiri, non rarum eſt.

3) AD PHARYNGEAM.

Pag. 4. Not. 7. Col. a. lin. penult. poſt *originem* adde: aut ex eodem cum linguali loco, aut inferius, rarius ex altiori ſede.

Pag. 4. Not. 7. Col. b. lin. 15. poſt *p. 114.* adde: Dividitur autem late per duram membranam, circa magnum foramen occipitis.

Pag. 4. Not. 7. Col. b. lin. 41. poſt *concurrit* adde: Inter ramos ejus rariores laryngea eſt, quam tamen inde natam vidi.

Pag. 4. Not. 7. Col. b. lin. penult. poſt *adierunt* adde: Ita cum duae pharyngeae eſſent, inferior naſcebatur a trunco communi Carotidis, & adibat partim ſedem pharyngis, ſupra os hyoides, partim muſculos colli. Superior a trunco cerebrali ſupra diviſionem, inſolito omnino ſpectaculo prodiit. Dedit ramulos recto anteriori majori, alium qui carotidem internam ſequi videtur, & ad pharyngem ſummum reflectitur, duos recto interno majori, alium ganglio magno intercoſtalis nervi. A ramo carotidis comite, ſurculus, cum vena jugulari cranium ſubiit, dato ad rectum lateralem ſurculo.

θθ Rami ad trapezium.
ϰ Ramus ſcapularis.
λ Ramus dorſalis ſuperior.
In dextro latere p q r s z α γ δ β ε η θ ϰ λ. eadem quae in ſiniſtro ſignificant.
μ Ramus hyoideus arteriae lingualis. 4)
ν Ramus profundus arteriae ſubmentalis.
ξ Vena jugularis.
π Arteria auricularis.
ϱ Arteria occipitalis.
σ Ramus a cervicali thyreoideae ramo ad ſcalenum alterum.
τ Ramus ad glandulam jugularem.
υ nervi colli apparentes.
φ Arteriae a thyreoidea inferiori ad aſperam arteriam.

REGIO III.

FACIES.

Lateris dextri ſive vaſa ſubcutanea.

A Triangularis faciei.
B Maſſeter.
C Parotis glandula.
D Buccinator.
E Zygomaticus inferior.
F Superior.
G Levator labiorum communis.
H Levator labii ſuperioris proprius.
I Angularis palpebrae.
K Temporalis.

L Fron-

4) AD LINGUALEM.

Faſc. III. Pag. 5. Not. 9. inter lin. 15. & 16. Col. b. adde: Ramus minus perpetuus hic naſcitur, priusquam truncus tegatur ceratogloſſo. inſignis, qui glandulam maxillarem WHARTONI inde linguam adit, verſus inſertionem ſtylogloſſi muſculi.

L Frontalis.
M Procerus.
N Naſalis labii ſuperioris.
O Orbicularis ſuperior.
P inferior.
Q Quadratus menti.
R Pars Cutanea.
S Maxilla nuda.
T & os malae nudum.
V foramen infraorbitale.
X Ciliaris muſculus.
Y Ligamentum ſupraorbitale trochleare.

Vaſa.

a Ramus ſubmentalis ad quadratum.
b ad maſſeterem.
c Ramus arteriae labialis ad glandulas & cutem 5)

d ad

5) AD LABIALEM.

Faſc. III. Pag. 7. Not. 11. lin. 13. poſt *ramoſus* dele *finditur* & adde: & pene transverſam anteriorem finditur. Idem dat levatori & circumflexo. Alius ramus vicinus, aut idem, ex palatina, ad ſedem proximam palati oſſei; circa dentes molares poſtremos abit. Alias nonnunquam ad tubam cartilagineam adſcendit.

Pag. 7. Not. 12. in fine adde: Cum duae tonſillae arteriae eſſent, altera orta eſt in ipſa glandula maxillari a labiali, eademque dedit velo palati & pterygoideo interno: prior ab eadem labiali, paucis ab origine lineis, prodiit, quae unum ramum pterygoideo interno, alterum ſtylogloſſo dedit, & iſte etiam unae tonſillae ſurculos miſit.

Pag. 7. Not. 14. lin. 18. poſt *maxillae* adde: Dat nonnunquam in medio mylohyoideo ramum notabilem, qui ad Glandulam ſublingualem, geniogloſſum & geniohyoideum ad ſymphyſin usque excurrit.

Pag. 7. Not. 14. lin. 26. poſt *diviſus eſt* adde: Alias truncus ſubmentalis circa marginem maxillae circumflexus venit ad orbicularem labii inferioris usque, dedit ramos muſculo triangulari, inoſculatos cum exeuntibus ramis arteriae mentalis, tum ad quadratum, levatorem labii inferioris proprium, & orbicularem, & majusculam anaſtomoſin cum ramo arteriae labialis efficit. Vidi etiam recta trunco ſuo in arcum coronariarum adſcendiſſe.

Pag. 8. Not. 17. lin. antepenult. poſt *ramum* adde: Vidi hunc ramum circumiviſſe originem muſculi trapezii, & lato circuitu fere ad mediam cervicem inoſculatum fuiſſe arteriae a thyreoidea inferiori.

Pag. 9. Not. 17. lin. 10. poſt *temporalis* adde: alias duos vidi, unum ad concham, alterum ad ſcapham.

Pag. 9. Not. 19. in fine poſt *habeat* adde: Super auricularem caeterum vidi ex trunco paroticam natam eſſe, tum aliam pterygoideo muſculo datam, inde maxillarem.

Pag. 12. Not. 1. Col. b. lin. penult. poſt *ſaepe* adde. Adeo haec inconſtantia ſunt, ut ne in eodem quidem cadavere pariter ſe habeant: Vidi enim in dextro latere omnes naſales ab ophthalmica profectas eſſe, neque a labiali quidquam ad naſum veniſſe, cum in altero latere labialis magna foret & fere ſola duos arcus naſales ederet.

Pag. 13. Not. 4. lin. 3. poſt *ſunt* adde: Vidi ſaepe ramum unum transverſum ſecutum maxillam ipſam profunde inceſſiſſe. a. 1751. tectum

d ad maſſeterem.
e ad maxillarem inferiorem nudam.
f ad buccinatorem.
g ad labium inferioris.
h ad maſſeterem.
i Coronaria labii ſuperioris.
m Naſalis inde nata.
n Anaſtomoſis labialis cum ophthalmica interior.
o Exterior.

p Tem-

ctum triangulari muſculo, cui dedit, & inſertum arteriae dentali & mentali; alterum etiam profundum, tectum quadrato, ad eum muſculum & orbicularem, etiam cum dentali inoſculatum: tertium in labiorum commiſſuram, & tunc demum Coronariam natam eſſe.

Alias ita ſe res habuit. Primo labialis inferior tecta muſculo triangulari, in levatorem proprium labii inferioris & quadratum abiit, eleganter inoſculata arteriae mentali, quae ipſa recta in arcum coronariarum adſcendebat, tum ramo arteriae dentalis emergenti. Eadem ſurculum dedit cum levatore labii inferioris ad gingivas.

Altera ſuperior transverſa in partem averſam humiliorem orbicularis labiorum, glandulasque oris ivit.

Alias multo plures fuerunt. Primo transverſa ſecundum maxillam inferiorem triangulari & quadrato tecta inceſſit, & cum ſubmentali inoſculata eſt.

Altera ſimilis & ſimiliter inoſculata brevior. Tertia in ora ſuperiori maxillae inferioris, uno ramo retrorſum in orbicularem & buccinatorem ivit, ejus arteriae inferiori inoſculata; Altero introrſum ad gingivas, labium inferius, orbicularem venit, qui cum dentali, in perioſteo aliquoties conjunctus eſt. Porro quartus adiit oris angulum & buccinatorem, quintus etiam hunc & adipem, & transverſae faciei inoſculatus eſt. Sextus denuo buccinatori & orbiculari acceſſit. Septimus demum fuit coronaria labii inferioris, cui ſubmentalis magna anaſtomoſi ſe inſeruit. Et huic proxima coronaria ſuperior, tecta triangulari ramum dat: tunc tecta orbiculari etiam huic ſurculum mittit, & ad triangularem, quadratum & elevatorem labii inferioris, qui alias eſt pro arteria labiali inferiori. Pergit truncus labialis inferior occultatus ab orbiculari, & venit ſub cutem labii in ſede rubente, & duas potius quam quidem unicam cum ſodali anaſtomoſes habet. Ex eo circulo rami ad orbicularem cutemque frequentes, qui ruborem labio conciliant.

Alias majorem vidi, etſi ſubcutanea eſt. Miſit continuo ramum ad perioſteum maxillae inferioris, inde adit quadratum, huic multos ramulos mittit, venit ad medium pene labium, dat ramum coronantem, & trunco ſuo retrorſum ad angulum labii inferioris, editque orbiculari & oris glandulis ſurculos.

Pag. 13. Not. 4. in fine adde: Cum dentali ſaepe communicat. Nonnunquam ita recta ad eam tendit, ut ipſi quaſi ſe inſertum eat.

Pag. 13. Not. 9. in fine, adde: Ea etiam ſede, ſub coronaria ſuperiori, rami a labiali trunco, triangularem muſculum, adipemque adeunt & cutem. Alias ad maſſeterem & buccinatorem ramus exiit, inoſculatus ramo transverſae faciei.

Pag. 13. Not. 10. lin. antepen. poſt *veniunt*, adde: Deinde tertium ad maxillam ipſam, maſſetere tectum.

Pag. 13. Not. 10. in fine adde: Alias omnino minor eſt, atque unice rectum & orbicularem palpebrae adit, inoſculata arteriis infraorbitalibus & arcui tarſeo inferiori. Altera ſimilis ad orbicularem ſolet accedere, ſuperjugum, Conf. *Hiſt. arter. oculi* f. 1.

P. 14. Not. 13. in fine adde: Dat angulo labiorum, muſculo orbiculari, naſo, & cum ſodali alterni lateris habet duas potius anaſtomoſes in arcum ductas, quam unam. Ramum etiam ad gingivas mittit, adque ſedem dentium inciſorum & cum ramis alveolaribus inoſculatur.

Ad ſeptum narium ramus elegans ire ſolet, & ad latus cartilaginis ultimae verſus apicem adſcendere, alteri ſimili parallela.

Supra Coronariam aliquot adhuc naſales, neque minimi, trunculi ſolent a labiali oriri. Eorum prior aliquando ſolus, alias conjunctus

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 458 sur 543

p Temporalis 6) erumpens ex parotide.
qq Rami ſincipitales.
r Ramus frontalis.
ſ Transverſa faciei.
t Ramus ad orbicularem & temporalem.
u Ramus ad maſſeterem.
x Surculus ad orbicularem inferiorem cum infraorbitali inoſculatus.
y Ramus transverſus.
z Ramus ab infraorbitali, anaſtomoſin faciens cum x.
ϰ Ramus, buccinatoris comes, a maxillari interna conjunctus cum labiali.

β ad

ctus cum ramo, quem dixi, coronariae ſeptum comitatur.

Porro labialis ſuperior ramos ſepto narium, muſculo naſali, labii ſuperioris orbiculari & depreſſori.

Tunc ſuper hanc una alteraque ſecundum alas narium adſcendentes, aliumve ſodalem muſculi levatoris labii ſuperioris, inmiſſum ophthalmico.

Et iterum coronam inferiorem dorſi narium emittit, unde ſurculus, utrinque in deſcendentem ophthalmicae ramum ſe inſerit.

In alio cadavere anni 1751. dedit primo ramum ſuperficialem ad ſeptum narium, tunc profundum ſurſum in alam, cujus ramus ad plicam naſi cum facie, adque ſeptum venit, deditque muſculis ejus ſedis. Demum in medio naſo inque confinio cartilaginum ſuperiorum & inferiorum, alium ramum ad cartilagines inferiores apicemque naſi miſit cum utroque priorum inoſculatum coronamque facientem in naſi apice, cui rami deſcendentes ſe immiſerunt, quos continuo dicam. Nam truncus labialis hic vere nomine *angularis* dignus venit ad radicem naſi, recepit minimum ophthalmicae ſurculum, dedit muſculo orbiculari orbitae, & ſurculum deorſum miſit, in coronam, quam modo dixi, per dorſum narium deſcendentem: alio extrorſum ad ſupercilium, corrugatorem & orbicularem palpebrae ivit, atque trunco ſuo longe per frontem terminata eſt.

In alio cadavere unius lateris labialem grandem truncum utique ad naſum veniſſe vidi, in altero adeo exiguum, ut ne coronariam quidem labii ſuperioris ederet.

Alias ita ſe in ophthalmicam, datis naſalibus, inmiſit, ut conjunctus trunculus in frontem exiret, ramo in ſaccum naſalem, alioque in palpebram inferiorem dato, qui cum infraorbitali arcum tarſeum perfecit.

Alias nullam coronam vidi ejusmodi, ſolumque rete.

Alias ſupra coronariam labii ſuperioris recepit duos ramos notabiles arteriae infraorbitalis, tunc ſurculum dedit ſepto narium, multosque alae & dorſo naſi & patula ſe ophthalmicae in glabella inmiſit.

6) AD TEMPORALEM.

Pag. 18. Not. 20. in fine adde: Haec retro arteriae temporalis truncum in temporalem muſculum per perioſteum & pericranium ſummi capitis dividitur.

Pag. 18. Not. 21. in fine adde: Alias tres fuerunt auriculares anteriores, tympanica, de qua alias, tum inferior Tragica ad Tragum & inciſuram meatus auditorii primam. Haec nonnunquam, minor altera, ad Tragum accedit. Superior major, dat helici ſcaphae, anthelici, cavitati innominatae, & trunco in concham venit, magnamque cum auriculari poſteriori anaſtomoſin habuit. Dedit etiam ad tempora. Alias eadem ſuperior, qui circa helicem conflexus poſterioribus inoſculatur, in concham ramum deorſum mittit & temporibus etiam dedit.

Pag. 18. Not. 23. lin. penult. poſt *anaſtomoſes* adde: Alias duo ejusmodi ad ſupercilia rami eunt, & muſculum orbicularem palpebrae.

Pag. 18. Not. 24. lin. 10. poſt *lamdoides* adde: Ea eſt arteria, a quo nonnunquam per WEPFERI foramina ſurculi ad duram membranam deſcendunt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 459 sur 543

β ad zygomaticum ſurculus.
γ Ramus a ſubmentali in coronariam labii inferioris.
δ Ramus alius ad labium inferius.
ε Anaſtomoſis ſecundum ſeptum narium cum ophthalmicae ramo naſali.
ζ η Alii rami a labiali ad labium ſuperius.
θ κ λ μ quatuor anaſtomoſes labialis, cum infraorbitali.
ν Infraorbitalis arteria.
ξ Arteria ab alveolari buccinatoris comes, ſuperior.
π Anaſtomoticus ramus inter eam & infraorbitalem.
ϱ Ramus ſuperior arteriae ophthalmicae.
σ Ramus frontalis exterior.
τ Truncus ejus.
υ υ Rami frontalis interni.
φ Ramus naſalis.
χ Ramus ad arcum tarſeum ſuperiorem.
ψ Ad inferiorem.
ω Arcus in fronte ſuperior.
A Inferior.
B Auricularis arteria infima.
C Ad articulationem maxillae inferioris.
D Locus ubi ſecedit arteria maxillaris interna. 7)

E Au-

7) AD MAXILLAREM INTERNAM.

Faſcic. II. Not. 1. lin. 14. poſt *medium* adde: alias ſuperius, & ſupra radicem alarum pterygoidearum, ante muſculum pterygoideum externum.

Not. 1. lin. 16. poſt *ſphenomaxillari* adde: magis adſcendit a ſede inſerti muſculi temporalis.

Not. 1. lin. 15. poſt *eminet* adde: Flexuoſe autem una primum deorſum, iterumque ſurſum, etiam bis alternat, primo ſupra pterygoideum externum, deinde ſupra eum, emergitque inter caput ſuperius & inferius pterygoidei externi & accedit ad marginem Sinus HIGHMORI.

Alias primo deorſum, tum ſurſum antrorſum, ante pterygoideum externum ad ortum usque rami temporalis externi, tum deorſum paulum ad usque pterygoideum internum, inde antrorſum ſurſum, ſecundum radium proceſſus pterygoidei utriusque, inter utrumque muſculum pterygoideum, ad usque fiſſuram ſphenomaxillarem, ubi reclus adſcendit, data infraorbitali, iterum deſcendit.

Alias primus ramus, quando primum truncus ad pterygoideum externum accedit, naſcitur, & ante eum muſculum adſcendit, dat huic muſculo ramos frequentes, dat ſurſum ſurculum muſculo temporali, ſequitur condylum maxil-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 460 sur 543

E Auricularis media.

FG. Supremae.

H Ra-

maxillae, dat hujus articulo, capſulaeque ad ſuperiorem terminum pterygoidei externi.

Not. l. lin. 25. poſt *profunda* adde: Supra ligamentum transverſale maxillae naſcitur ramus non minimus, & trunci nonnunquam nomine dignus, muſculis etiam Tubae - & Tubae Euſtachianae ipſi ſurculos erogat: alias meatui auditorio ſurculum, aut adipi alium, mittit, qui angulum maxillae explet, alias ramum unum pterygoideo externo ad radicem ejus alarem, alterum ad hunc ipſum muſculum ſupra hanc alam edit, unde ramoſus cum tertio quinti ramo in cranium & ad duram membranam venit.

Not. l. lin. 29. poſt *eſt* adde: partim ad ſedem ſuperiorem auditorii meatus, qua nudis membranis glandulae Ceruminis inſident.

Not. m. pag. 6. lin. 1. poſt *alii* adde: Alias cum duae menyngeae eſſent, prima maxima absque ramo ſurſum in cranium ivit.

Altera bifida dedit, ex utroque ramo, ſurculum comitem nervi tertii, quinti, inque receptaculum, aliumque ad muſculum pterygoideum externum ejusque ſupremam originem. Media inter has menyngeas maxillaris inferior nata eſt. Extra cranium etiam ramus naſcitur tympanicus, qui per fiſſuram articularis ſulci chordae tympani comes incedit, & proceſſus longiſſimi, aditque malleum.

Not. m. pag. 6. lin. 16. poſt *malleo* lege & *tympani* & adde: ſedem anteriorem & promontorium late ramoſus inque feneſtram rotundam adit: Haec quae aquaeductum ſubit in eo cum arteria ſtylomaſtoidea jam valde gracili, communicat. Eadem etiam ad ſedem foraminis ovalis ramum in tympanum mittit. Alius ejus ſurculus ſulcum petroſi oſſis ſubit, cui dura membrana adhaeret. Ex ipſo trunculo prius dat ramum tertio ramo quinti paris.

Not. n. lin. 2. poſt *egreditur* lege deſcendit antrorſum inter duos pterygoideos, cum nervo, & *adde*: Ejus ramum ad buccinatorem vidi iviſſe, & ad oris membranam & cum buccinatore inferiori anaſtomoſi conjunctum fuiſſe.

Perpetuus vero ramus nervi comes, a maxillari inferiori, preſſim ſecundum maxillam oblique progreditur, eique ſulcum imprimit, venitque ad mylohyoideum, ramis a ſubmentali inoſculatus.

Not. p. lin. 2. & 3. poſt *muſculum* adde: Adeunt internum, & externum pterygoideum, foſſam pterygoideam, muſculos uvulae inde natos; Alii ad poſtremum buccinatorem, membranam oris, ad glandulam Whartoni eunt.

Not. 9. lin. 5. poſt *pterygoideo* adde: Ab ea alias oritur arteria maxillae inferioris. Ejus ſurculus alter cuti propior ante aponeuroſin per muſculum temporalem incedit, alter oſſi vicinus. Cum ramis temporalibus, a carotidis trunco natis, circa originem hujus muſculi, anaſtomoſin habent.

Not. r. lin. 3. poſt *priori* adde: Primi ramuli temporalis profundae adeunt articulum inferioris maxillae, aut ad buccinatoris ſedem poſteriorem.

Hujus alias ramus eſt, quem deſcripſi not. k. in ſuperficiem erepens, ad maſſeterem & temporalem muſculum.

Deinde, qui perioſteum & adipem orbitae adeunt, modo per foramen proprium, modo etiam unice per fiſſuram ſphenomaxillarem ſubeunt. Solent in glandula lacrumali cum arteriae hujus nominis ramulis inoſculari.

Deinde emergunt etiam ex aponeuroſi temporalis muſculi, rami, unus vel duo, qui orbiculari ſuperiori & inferiori, conjunctis impenduntur, & ophthalmicis miſcentur,

Eadem ramum mittit in perioſteum orbitae, per ejus fiſſuram poſteriorem.

Not. r. lin. 5. poſt *glandulam* adde: ut haec vera arteriae lacrumalis nonnunquam origo ſit.

Not. r. in fine adde: E regione hujus temporalis, vidi duos ramulos ad alas pterygoideas & muſculos inde natos iviſſe, aut alias ad ortum buccinatoris & vicinas membranas.

Not. s. lin. 4. poſt membranae, adde: & perioſteo oſſis maxillae ſuperioris.

Not. s. in fine adde: Ejus ſolent duo eſſe praecipui rami. Superior ſupra ductum Stenonianum cum buccinatore ad faciem venit, & intra maſſeterem nudus adparet, atque partim ſurſum ad palpebram inferiorem venit, & ejus orbicularem muſculum, partim transverſim ad glandulas buccinatorias, membranam oris. Cum faciali & infraorbitali ramo anaſtomoſes habet. Inferior ſub ductu Stenoniano ad maſſeterem, triangularem, buccinatorem, venit, etiam faciali inoſculatus, potius minor. Ductui Stenonis etiam ramos mittit, & cum labialis arteriae ramo buccinatorem adeunte communicat. Alias hic ramus ſolus a buccinatoria naſcitur, & prior ad alveolarem pertinet.

Alias unus ramus ramoſus perioſteum oſſis maxillae ſuperioris adiit, & ramulis etiam nonnullis alveolum molaris poſtremi ſubiit. Hic idem nonnunquam major ad orbicularem palpebrae & levatorem ſuperioris labii palpebramque venit, adipemque faciei.

Alter

H Ramus maſſetere tectus.
I Ramus transverſus faciei.

K Ana-

Alter ramus vero in canalem ſecedit, qui ſuper alveolos molares, caninos, inciſivos, decurrit, ad alveolum usque inciſivi interioris dentis. Dedit deorſum ramulos in dentium ſepta, aliosque in folliculos dentium, & ſuper inciſivos dentes per exigua & parum nota oſſis foramina in faciem erupit. Surſum proximo ſinui HIGHMORI ramos mittit, & ſecundum etiam proceſſum maxillae ramum adſcendentem in nares.

Not. t. in fine adde: nuper accuratius perſecutus hos ramos reperi ita ſe habuiſſe. Primus adit dentem molarem poſteriorem, ſecundus ex canali proprio excurrit ſuper dentem molarem ſecundum, & hunc adit cum trunci dentalis alio ramo, cui inoſculatur, inque folliculum ſecundi dentis diſtribuitur, quem dixi. Tertius ramus, ſive truncus dentalis, decurrit ſub orbita, ſuper dentes omnes, dat multos ramos Sinui Highmori, ad ſedem vero proceſſus maxillaris ſuperioris ſeu naſalis flectitur, iterumque rectior procedit ſub narium lacunare, tenui inde lamina diſtinctus, donec in ipſas nares exeat, ad tres a ſepto narium lineas. In eo itinere hos ramos dedit. *Primus* adiit folliculum ſecundi molaris (in infante) quem trifidus percurrit, cumque alio prius dicto alveolaris ramo ſecundo inoſculatur. *Secundus* abit ad dentem molarem tertium & quartum a poſterioribus numerando, cum nullus primus eſſet. *Tertius* dentem Caninum. *Quartus* longe ſurſum ad proceſſum naſalem oſſis maxillaris. *Quintus* ad inciſivum ſecundum. *Sextus* ad inciſivum internum & alveolos. Truncus per foramen exiguum in ſuperficiem gingivalem exiit.

Truncus Maxillaris internus, dum per fiſſuram ſphenomaxillarem adſcendit, dat etiam alios ramos, unum muſculis tubae deſcendentem ad circumflexum, levatorem palati mollis & pterygoideos, alium ad duram membranam & receptaculum, comitem nervi ſecundi quinti, alium ſimilem cum nervo tertio Quinti & in receptaculum. Hi vero perpetui.

Not. u. lin. 13. poſt *ophthalmicae* adde: ad infraorbitalem: In itinere etiam per orbitam ramos in nares ſub cellulis ethmoideis miſit, ipſisque cellulis mediis, per foramina minima oſſis plani.

Deinde per proprium canalem oſſis maxillae ſuperioris, vidi ramum inſignem miſiſſe, qui in canali proprio alveolaris arteriae ſe in eam inmiſit, & dentibus anterioribus una proſpexit.

Alii etiam ſurculi unus alterque proprius in oſſe malae foramina reperiunt, perque ea exeunt. Interiorem vidi ciliarem muſculum, & orbicularem vicinum circa ligamentum ejus adiiſſe. Exterior frequentior, ad eumdem orbicularem abit. Uterque etiam dat vicino perioſteo, & vicinis ramulis inoſculatur.

Ramus minus vulgaris eſt, qui lacrumalis nonnunquam fere locum ſupplens adipem oculi & inferiorem palpebram adit, & per foramen malae ad foſſam temporalem emergit.

Alius demum trunculus ab infraorbitali proprio canali os malae perforavit, adiitque orbicularem palpebrae inferiorem, in ſede angulo externo proximam.

Deinde rami ab infraorbitali faciales numeroſi ſunt. Adeunt autem orbicularem palpebrae, quos omitto, dictos in hiſtoria vaſorum oculi; alii labium ſuperius & viciniam, naſum alii.

Arteria ipſa infraorbitalis exit de foramine & tegitur levatore proprio labii ſuperioris ſuper communem, inque plurimos ramos abit. Primum vidi adiiſſe introrſum levatorem proprium labii ſuperioris, ejusque partem interiorem. Deinde alterum trifidum adiiſſe perioſtea & levatorem eumdem, plicamque naſi, cum facie, demumque labium ſuperius, deorſum in cutem ramoſum. Alius in labium ſuperius & membranam oris ramoſus ivit. Alius anaſtomoſi magnae ophthalmicae arteriae & labialis ſuperioris inſertus eſt. Alius deorſum in buccinatorem, cumque ejus muſculi ramo ſuperiori, coit, datque gingivis. Alius circa os jugale deorſum communicans, cum eadem buccinatoria, ſed etiam a ramo ſuperiori ſurculi adipem & buccinatorem adeunt, cum ſimilibus anaſtomoſibus. Alius retro muſculum levatorem labii ſuperioris exteriorem ad angulum naſi deſcendit, & cutaneus factus arcui labii ſuperioris inſeritur, ramis datis in eum muſculum & orbicularem ſuperiorem, & perioſteum, in dentis inciſivi & canini & priorum molarium alveolos. Cum labiali ſuperiori & buccinatoria communicat. Tertii fere ſimile iter eſt. Dat levatori externo quo tegitur. Ramus ejus magnus ad ſuperficiem erepit, & cum ramo facialis arteriae communicat. Surculus perforato levatore duas grandes cum facialibus anaſtomoſes habet. Alius profundus ramus adit Levatorem communem. Alii naſum adeunt. Unus naſalis magnis duabus anaſtomoſibus ramis arteriae ophthalmicae inſeritur. Ejus ſurculus perforat levatorem naſi, compreſſorem ejus, baſinque naſi, & intra nares ipſas ſubit, coiturus cum naſalibus. Cum ramis

Corona-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 462 sur 543

K Anaſtomoſis cum infraorbitali.

L Ramus transverſus faciei ad adipem jugi.

M Surculus ad arcum tarſeum inferiorem.

N Ramus ad ſupercilium.

O Superciliaris externa conjuncta cum A.

P Frontalis conjunctus cum ω.

REGIO

Coronariae ſuperioris & cum buccinatoriae ramo, qui cum iſta anaſtomoſin facit, inoſculationes habet.

Not. u. l. 32. poſt GÜNZ p. 32. adde: Ab horum ramorum aliquo ſurculus decurrit per proprium nonnunquam canalem, ſeque adjungit ſodalem, inſeritque dentali ſuperiori. Imo vero ex nuperrimis BERTINI oſteologicis video, eum ramum ſolum nonnunquam dentes anteriores adiiſſe, qualem equidem fabricam ſors mihi non obtulit: uti neque ab eo trunco, infraorbitalis propagine, tertium quartumve molarem dentem arterias habuiſſe vidi, quod contigit CL. IANKIO. Neutra vero Clar. Virorum experimenta ideo negata velim.

Not. u. in fine adde: In fiſſura ſphenomaxillari, data infraorbitali, a trunco ipſo maxillaris internae arteriae, ramuli etiam numeroſi adeunt duram membranam, quae hanc fiſſuram replet, & oſſis poroſi, & denique cum nervo ſecundo quinti receptaculum, & duram membranam in cranio veniunt. Alterum etiam eodem loco ramum, ad tertium quinti ramum, & in receptaculum euntem vidi.

Not. y. lin. 9. poſt *palati*: Imo vero dexter & ſiniſter trunculus arcum faciunt ſodalem futurae inciſivae & ex eo arcu trunculus fit, qui per ductum inciſivum adſcendit, & utrumque os ſpongioſum adit. Ab anteriori trunculo, ramuli, dum deſcendit, ſinum Highmori adeunt.

Not. z. lin 4. poſt *dividitur*, adde: & inter corpus oſſis ſphenoidis & baſin alarum, ad cartilaginem ſub transverſo carotidis itinere, finis eſt in membrana pharyngis ad tubas.

Not. z. lin. 17. poſt *carotict* adde: eamque cartilaginem, quae inter os petroſum & ſphenoides ſupra tubam eſt: Trunculus ipſe inſeritur in menyngeae ramulum qui in aquaeductum ſubit, omnino uti nervus ſodalis arteriae a quinti ſecundo natus in foramen idem & nervum durum ſubit.

Not. aa. lin. 12. poſt *inmittit* adde: In alio cadavere ſecutus ſum ramos naſales; Primus, ſeptum poſterius adiit, cumque eo deſcendit, & cum ramis ophthalmicae ethmoideis communicavit; deinde alius ad poſteriorem partem narium & cellulas poſtremas ſuper os ſpongioſum ſupremum venit, inoſculatus ethmoideae poſterioris ab ophthalmica natae, hic minus perpetuus. Reliquus truncus duplex eſt. Primus ramus dat denuo ad ſeptum narium anterius ramulum, cum priori & cum ophthalmicis ramis inoſculatum. Alter inferior, uno ramo decurrit per nares inter os ſpongioſum, ſuperius & inferius antrorſum, altero per ſemicanalem oſſis ſpongioſi inferioris deſcendit, tertio per meatum narium imum antrorſum it & cum ramo infraorbitalis comites ſacci naſalis excurrit, cumque inciſore communicat.

In alio cadavere haec fuit diviſio. Primus rami ſuperioris ſurculus, ſuperior, trifidus fuit. Unus ſurculus adiit os, in puero ſpongioſum, quod corpus ſphenoidis dicitur, & alias ſinus eſt. Alter per proprium canalem, parum notum, retro nares ad pharyngem deſcendit. Hic ramus extra nares ſeceſſit, ad pharyngem ſupremum. Deinde ſuperior ramus naſalis in cavea narium dedit ſurculum in cellulas ethmoideas poſteriores, & in ſepti averſam partem, aliumque in os ſpongioſum ſuperius, alium, qui per ejus oſſis canalem longe antrorſum ivit in narium anteriora, ubi anaſtomoſes multas habuit, cum ſurculis arteriae ethmoideae anterioris ab ophthalmica natae. Truncus denique hujus arteriae naſalis ſuperioris bifidus ſubiit ſepti narium partem poſteriorem.

Inferior naſalis, dedit ramum oſſi ſpongioſo ſuperiori primo, deinde ad ejus truncum acceſſit, & per ejus ſulcos & canales multis ramis antrorſum repſit, tum in imum meatum narium, tum in duorum oſſium ſpongioſorum intervallum. Communis ergo duorum oſſium turbinatorum arteria eſt, ſuperioris canalis longior, inferioris brevior eſt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 463 sur 543

REGIO QUARTA.
BRACHIUM DEXTRUM
Muſculi ſub cute ſequentes.

A Claviculae defractae apex.
B Proceſſus coracoideus.
C Serratus minor.
D Pars deltoidis ſitu mota.
E Teres major.
F Conjunctus ei dorſi latiſſimus.
G Infraſcapularis.
H Deltoides in ſitu.
I Longus extenſor cubiti divaricatus.
K Brevis extenſor.
L Brachialis externus.
⊙ Septum ligamentoſum inter hunc muſculum & brachialem internum.
M Biceps.
N Brachialis internus.
O Coraco brachialis.
P Condylus flexorius humeri.
Q Flexor carpi ulnaris.
R Flexor digitorum ſublimis.
S Palmaris.
T Flexor carpi radialis.
X Teres pronator.
Y Supinator longus.
Z Flexor digitorum profundus.
a Opponens pollicis.
b Abductor pollicis.

c Ten-

c Tendo flexoris longi.
d Flexor brevis pollicis.
e Lumbricalis primus.
f Flexoris ſublimis tendo ad indicem.
g ejusdem ad digitum medium tendo.
h ad digitum tertium.
i ad minimum.
k Abductor digiti minimi.
l Flexor parvus.
m Metacarpeus.
n Lumbricalis ſecundus.
o Tertius.
p Quartus.
q Pars palmaris quadrati.
r Pars abductoris indicis.
ſ Ligamentum armillare carpi.

Vaſa.

a Arteria ſubclavia. 8)
b Ramus ad labialem.

c Acro-

8) AD ARTERIAS ANTERIORES PECTORIS.

Faſcic. III. P. 25. Not. 9. lin. 7. poſt *utrumque* adde: Ad coſtam ſecundam orta in dextro latere, vel ad primam in ſiniſtro.

Pag. 25. N. 9. lin. 13. poſt *inferior* adde: Non rarum eſt, ramum, neque eum exiguum, hujus thymicae confiecti circa venam Cavam, & bronchum adire, ut vera ea & ſuperior bronchialis ſit.

Pag. 29. Not. 14. lin. 3. poſt *demum* adde: Sed frequenter plures rami mammariae ſunt. Ad tertiam coſtam praeter thymicam alia majuſcula mediaſtina, ad imum thymum, pericardium venit. Ad quartam coſtam nata arteria phrenico-mediaſtina ad pericardium mediaſtinum, inferius quidem, & ad ſeptum transverſum ivit, & id diviſa, ramo uno dextrorſum, altero ſiniſtrorſum tendente, adiit, ſequenti inoſculata.

Altera major phrenica ſecuta eſt, ad coſtam quintam nata.

Alias poſt thymicam datam ex trunco mammariae ramus mediaſtinum adiit, alter ex ramo ejus trunci: tum ad coſtam quartam, alius per mediaſtinum, per thymi partem inferiorem & ſepti transverſi partem anteriorem mediam. Major vero phrenicus ad ſedem lateralem diaphragmatis datus, circa ſeptimam coſtam prodiit.

Alias in dextro latere, pollice ab origine mammaria, dedit thymicam, quae etiam ad venam cavam, nervumque phrenicum ramum edidit, hinc cum ſequente, inde cum bronchiali inoſculatum, ſequente nempe ab eodem trunculo nata, nervi comite, & phrenicae obvia, quae pericardio ſurculos exhibet. Inde

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 465 sur 543

c Acromialis.

d Rami ad coſtas.

e ad

de quatuor ramuli ad thymum & mediaſtinum ſecuti ſunt, imus major, aliusque iterum major ad pericardium & mediaſtinum, inoſculati ramis qui a ſepto transverſo ad pericardium iverunt. Tunc alius ad ſeptum transverſum, pericardium & adipem vicinum & demum ad diaphragma ivit, ille alias pictus (*in Tab. pect. ant.*) tectus margine coſtarum, a quo etiam rami pericardium adeunt, inoſculati cum prioribus, & cum phrenici trunci anterioris ramis lateralibus.

In ſiniſtro latere thymica grandis fuit, a qua comes nervi phrenici exigua minorque altera, quam bronchialis mittit, & cum qua ſocia ivit. Inde poſt pollicem ramus ad mediaſtinum & thymum ſecutus eſt, tunc ſecundam tertiamque ad thymum miſit, interque eas fere quatuor ad mediaſtinum, alius ad hoc idem, ſeptumque & adipem, alius denuo ad ſeptum transverſum, aliusque ſimilis ad idem & pericardium venit.

In alio homine ſiniſtri lateris rami fuerunt arteriola comes nervi phrenici, quae etiam mediaſtino dedit, tunc thymica & ad coſtam ſeptimam phrenica extrorſum euns, transverſa, absque ramis mediaſtinis.

Dextri vero lateris ibidem fuerunt rami, thymica, comes nervi phrenici, mediaſtina ad coſtam ſecundam, tertiam, quartam, hae ad mediaſtinum & pericardium, ad ſextam vero ad mediaſtinum & diaphragma.

Pag. 30. Not. 14. Col. b. in fine adde: Omnino iterum a mammaria ramum in hepar ad ſiniſtrum venae umbilicalis veniſſe vidi.

AD BRONCHIALES.

Faſcic. III. P. 35. Not. 6. lin. 16. poſt *coaleſcit* adde: Vidi etiam duas fuiſſe, & alteram ab intercoſtali ſuprema veniſſe, ad bronchum, glandulas vicinas & oeſophagum, primamque certe bronchialium fuiſſe.

Alias etiam duae fuerunt, prior ab aorta ad oeſophagum & aſperam arteriam, altera ab intercoſtali ſuperiori dextra, ad oeſophagum, glandulas bronchiales & dextri lateris bronchia.

Pag. 35. Not. 7. Col. b. lin. 39. poſt *tendat* adde: Alias contra, major ad coſtarum intervallum abit, minor ad pulmonem.

Pag. 36. Not. 7. lin. 20. poſt *bronchialibus* adde: & circa Venam Cavam conflexum ramum inoſculatum ſodali nervi phrenici, aut eam ſodalem ipſa, & magis quidem, quam thymica mammariae propago generat.

Pag. 36. Not. 7. in fine adde: Iterum vidi communem, & aliam praeterea dextram fuiſſe illam ab aorta, hanc ab intercoſtali ſuprema aorticarum, natam. Siniſtri trunci duo fuerunt, dextri unicus, qui inter oeſophagum & pericardium dextrum pulmonem adiit. Iterum vidi dextram, in quarta vertebra ab intercoſtali ſuprema aortica natam primo dediſſe Oeſophago, deinde alium ramum, & huic & poſtico mediaſtino, tunc duos ramos ad bronchium adſcendentes, inmiſſos ſuperioribus bronchialibus, & reliquo trunco pulmonem adiviſſe. Denuo, cum alia dextra adeſſet, retro oeſophagum vidi & retro bronchium ſuum pulmonem adiiſſe, natam etiam ab intercoſtali ſuprema aortica. Una aderat inferiori loco bronchialis communis, cujus ramus dexter ante oeſophagum adiit glandulas bronchiales & bronchium.

Iterum dextra bronchialis ab intercoſtali nata ſurſum dedit ramum ad aſperam arteriam & glandulas bronchiales, deinde alium circa venam Cavam flexum, inter arteriam pulmonalem, venamque ejus viſceris ſuperiorem, qui & pericardio ramos dedit, & inoſculatus eſt ramo phrenici nervi comiti, tum alium eduxit, qui cum nervo octavi paris deſcendit ad Oeſophagum & mediaſtinum, Oeſophageis inoſculatus. Truncus ejus in pulmonem abiit.

Pag. 36. Not. 9. lin. 9. poſt *communicatura* adde: Ut fuſius haec exponam, ramus arteriae bronchialis ſiniſtrae a communi natae conſcendit, ſuum bronchum, & ſupra arteriam ſui lateris & trans venam pulmonalem ſuperiorem ſiniſtram inceſſit, atque ibi anaſtomoſi cum ramo inferiori ſui trunci coivit. Ejus furculus perforavit pericardium inter duas venas pulmonales ſiniſtras & ſinum ſiniſtrum, & inoſculatus eſt ramis coronariae arteriae eum ſinum adeuntibus; alius vero furculus per arteriam pulmonalem iens occurrit ramulis arteriae coronariae. Ramus inferior inter duas venas pulmonales ſui lateris pericardium adiit, huicque ramos dedit, & inter alios eum, qui nervum phrenicum comitatur aut certe cum eo, quod frequens eſt, anaſtomoſes facit, aliamque cum adſcendente phrenica. Idem trunculus, quem hactenus per duos ramos ſuos deſcripſi, dat poſteriori faciei pericardii numeroſos ramos longe lateque regnantes & ad oeſophagum. Alias ramus ſuperior retro arteriam ſubclaviam adſcendit, vicemque tenuit arteriae bronchialis ſuperioris. Anaſtomoſin habuit cum thyreoideae ramo deſcendente, & adiit glandulas

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 466 sur 543

e ad deltoidem.
f ad glandulas alares.
g Arteria ſcapularis.
h ejus ramus ad dorſum ſcapulae circumflexus.
i Surculus in teretem magnum.
k in latiſſimum dorſi.
l iterum in teretem.
m ad ſerratum magnum.
nn Surculi ad coracobrachialem.
o Arteria profunda humeri.
p Arteria circumflexa poſterior humeri.
q Rami ad extenſorem longum & brevem.
rrr Rami ad brachialem internum.
s ad extenſorem brevem.
t Truncus ad dorſum humeri euns.
u Ra-

dulas bronchiales, pericardium ſub origine carotidis, & ſubclaviae ſiniſtrae.

Siniſtram bronchialem unicam, in quinta vertebra ſub broncho de aorta natam, vidi dediſſe oeſophago. Dextra ſodali fere ſemper minor eſt.

Iterum alias ſiniſtram bronchialem unicam praeter communem reperi ab aorta natam, qua aſperam arteriam tangit, ad bronchum & pulmonem ſui lateris diviſam.

Alias & ſiniſtra ſuperior, & a communi altera prodiit.

Alias iterum duae ſiniſtrae fuerunt, una comes arteriae pulmonalis, proxime dextram nata a trunco aortae, eadem ramo ſuo ad pericardium conflexa, & inoſculata comiti phrenicae. Inferior altera, ad ſextam coſtam ab aorta nata, trunco bronchum & pulmonem adiit, ramo vero oeſophagum deorſum comitata dedit pericardio, & oeſophago immiſſa eſt: Et ipſa ramum dedit antrorſum conflexum, phrenicae ramo adſcendenti inoſculatum.

Pag. 38. Not. 10. in fine adde: Iterum oeſophageae ſub bronchialibus natae duae inprimis fuerunt, quarum inferior major erat, ad vertebram ſextam, & ſeptimam natae.

Alias denuo duae propriae prodierunt, ab ipſa origine arteriarum intercoſtalium aorticarum, ſecundae & quintae.

Iterum tres aorticae fuerunt, quarum quae inferior ſemper major eſſet, ima ſepto transverſo proxima.

Iterum tres ab origine intercoſtalis aorticae, ſecundae, quartae & quintae.

Alias quinque fuerunt, prima ad tertiae intercoſtalis ſedem nata, tres ad ſedem quartae, ima ad originem ſextae. Haec major in coſtae nonae ſede adiit mediaſtinum poſterius, pulmonis ligamentum, pulmonis ſuperficiem, & oeſophagum. Rami ejus duo praecipui fuerunt; dexter adſcendit, & cum bronchiali dextra inoſculatus eſt, atque pulmonis dextri ſuperficiei & oeſophago ramos dedit. Alter ſiniſter pulmonem ſiniſtrum adiit, & cum nervi ſiniſtri comite arteriola nexum habuit, & cum bronchiali ſiniſtra inferiori. Alios ramos oeſophago dedit. Aliquoties ejusmodi grandem trunculum ad coſtam nonam reperi, & ejus rami fuerunt, qui in oeſophago deſcendentes cum ſurculis ex imo ventre adſcendentibus, coiverunt:

Denique ex ſiniſtro pulmone, ſub ejus lateris arteria pulmonali, vidi ramum prodiiſſe, qui ad pericardium & pulmonis ſuperficiem, ivit, & cum ramo thymicae, phrenicae comite, anaſtomoſin habuit.

u Ramus ad bicipitem.
x Alter ejus ſurculus.
y Ramuli ad brachialem interiorem.
z ad eumdem & externum.
α ad brachialem internum ramus profundus.
β Ramus anaſtomoticus primus.
γ Rami ad extenſorem longum.
δ Ramus anaſtomoticus cum recurrente ulnari.
ε Ramus anaſtomoticae cum ε.
ζ Ramus anaſtomoticus alter.
η Rami in brachialem internum.
θ in teretem pronatorem.
ι Ramus ad brachialem internum.
λ ex radiali ramus ad ſupinatorem longum.
μ Truncus ulnaris.
ν Truncus radialis.
ξ Ramulus ad ſummum flexorem profundum.
π ad ſupinatorem longum.
ρ ad eundem.
σ Alii ad pronatorem teretem.
τ ad ſupinatorem longum.
υυυ Aliquot ad profundum.
φ ad abductorem pollicis & palmarem longum.
χ ad abductorem pollicis.
ψ ad eundem.
ω Ramus a radiali perficiens arcum volae ſuperficialem.
ωω Rami alii ad pollicis abductorem.
r Arteria ulnaris emergens ſub flexoribus.
Δ Ramus ad flexorem ſublimem & ulnarem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 468 sur 543

Θ ad flexorem ſublimem.
Λ ad eundem.
Π ad tendines flexorios.
Σ ad abductorem digiti minimi.
Φ Ramus ulnaris digiti minimi.
Ψ Ramus inde anaſtomoticus cum ſurculo arcus dorſalis cubiti conjunctus.
Ω Ea dorſalis propago.
a Ramus ad lumbricalem quartum.
b Ulnaris minimi digiti proprie dictus.
c Arcus ad unguem.
d Arcus ſuperficialis volae.
e Ramus ad metacarpeum.
f Ramus anaſtomoticus cum r.
g Digitalis ulnaris tertii digiti.
h Radialis minimi digiti.
i Ramus ab arcu volae ad tendines & inter oſſeos.
k Ramus ad opponentem & ligamentum armillare.
l Alius cum opponente ordiens arterias pollicis.
m Arteria radialis pollicis.
n Arteria ulnaris pollicis.
o Arcus unguis pollicis.
p Arteria digitalis medio tertia.
q Ramulus in lumbricalem.
r Ramus anaſtomoticus cum f. ad lumbricales &c.
s Ramuli digitales & ad articulationes metacarpi.
t Arteria radialis digiti tertii.
u Ulnaris digiti medii.
x Arcus ad unguem.

y Ramus

y Ramus digitalis ad indicem & medium.
z Ramus ad eum adrepens ex arcu profundo.
α Ramuli ad lumbricales.
β alii.
γ Radialis digiti medii.
δ Ulnaris indicis.
ε Arcus ad unguem.
ζ Ramus radialis indicis.
η Rami ad lumbricalem primum.
θ Ramus insertus in ulnarem pollicis.
κ Ramus communicans cum μ. ut faciat radialem indicis.
λ Ramus ab arcu profundo volae adveniens, ad efficiendam indicis radialem arteriam.
μ Arcus primus pollicis.

REGIO QUINTA.

Brachii sinistri vasa & musculi profundi.

A Clavicula defracta.
B Acromion.
C Caput humeri.
D Infrascapularis.
E Reliquiae deltoidis.
F Reliquiae pectoralis.
GG Capita bicipitis.
H Vestigia inserti latissimi dorsi.
K Coracobrachialis.
M Extensor brevis cubiti.
N Brachialis externus.

O Ex-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 470 sur 543

O Extenſor longus loco motus.
P Idem brachialis externus, ab altero latere.
Q Tendo bicipitis.
R Supinator . . . .
S Brachialis interni inſertio.
T Flexor carpi ulnaris.
V Ulna nuda.
X Ligamentum interoſſeum.
Y Radius.
Z Flexor carpi radialis.
ɾ Pronator quadratus.
Δ Supinator longus.
Θ Λ Ξ Π Σ Flexores tertii internodii pollicis & digitorum.
Φ Ψ a. e. quatuor lumbricales reflexi.
b. Ω d. f. quatuor tendines flexorum primi internodii.
g Ligamenta transverſalia metacarpi.
h Indicis abductor.
i Interoſſeus primus.
k Alter.
l Tertius.
m Quartus.
n Quintus.
o Sextus.

Officula carpi & digitorum, ut omnibus nota, noluimus literis inſcribere.

Vaſa.

A Arteria ad infraſcapularem.
B ad eumdem.

C Acro-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 471 sur 543

C Acromialis reſecta.
D Ramus ſequens acromium.
E Alii rami ad infraſcapularem.
F Scapularis interna.
G Rami ejus ad infraſcapularem.
H Truncus ad dorſum reflexus.
I Circumflexa anterior.
K Rami ad caput humeri.
L Truncus pergens circumflecti.
r Profunda humeri.
M Circumflexa poſterior.
N Profundae rami ad brevem.
O ad brachialem internum.
P Ramus ad perioſteum humeri.
Q Surculus anaſtomoticus cum circumflexa antica.
R Ramus deſcendens ad perioſteum.
S Profundae ramus ad extenſorem brevem.
T ad brevem & longum.
V Ramus ad dorſum humeri circumflexus.
X idem a latere radiali humeri apparens.
Y Ramus inſertus furculo a recurrente radiali.
Z Anaſtomotica prima.
a Ramus ad extenſorem brevem.
b ad cutem.
c Altera radix arteriae Profundae volae nata ab ulnari.
d Arteriae ulnaris digiti minimi radix a Profunda volae.
e Ramus bicipitis & brachialis interni reſectus.
f Ramus cutaneus inoſculatus cum *s.* ramo recurrentis radialis g.
gh Ramuli ad perioſteum.

i Ana-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 472 sur 543

i Anaſtomoſis g. cum h.
k Ramus ad digitum tertium & minimum.
l Ramus ad perioſteon.
m ad extenſorem longum.
n ad capſulam articulationis.
o Anaſtomoſis cum recurrente ulnari.
p Recurrens radialis.
q Ramus anaſtomoſin faciens cum profundae ramo Y.
r Ramus cutaneus.
s Ramus alius cutaneus anaſtomoſin faciens cum g.
t Ramus cutaneus alius.
u Ramus ad ſupinatorem brevem.
x Arteria radialis.
y Ramus ad ſupinatorem & cutem.
z ad caput flexorium.
A ad cutem, & ſupinatorem brevem.
B ad flexorem radialem.
C Ramus dorſalis manus.
E Ramus profundus articuli cubiti.
F Surculi ad perioſteum irretiti cum n.
G Recurrens ulnaris.
H Ramus anaſtomoticus anterior conjunctus cum ſurculo arteriae k.
I Alia anaſtomoſis cum ſurculo d. anaſtomoticae primae.
K Ramus ad perioſteum ulnae.
L Arteria interoſſea.
M Arteria ad ulnam & articulationem.
N Perforans ſive dorſalis ſuprema cubiti.
O Ramus ad radium.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 473 sur 543

r Nutritia ulnae.
P Nutritia radii.
Q ad flexorem radialem.
R ad ulnam.
S ad ulnam.
T ad radium.
V Ramus arteriae interoſſeae ulnaris inoſculatus ramo arteriae cubitalis.
X Ramus ejusdem radialis inoſculatus in Y ramo arteriae radialis, & in Z. conjuncto arcui & ulnari & radiali.
⊛ Arteria a cubitali ad imam ulnam.
ʌ Surculus ad nudam ulnam.
π Anaſtomoſis cum Y ramo interoſſeae.
Σ Arcus ab ulnari & radiali factus.
Φ Rami ad imam ulnam.
a Arteria ulnaris ad manum properans.
b Rete cutaneum.
c Altera radix arteriae Profundae Volae nata ab Ulnari.
d Arteriae Ulnaris digiti minimi radix a Profunda volae.
e Ulnaris minimi.
f Arcus primi articuli.
g Secundi.
h Tertii.
i Trunculus reſectus arteriae a ſuperficiali volae componente radialem minimi & ulnarem digiti tertii.
k Ramus ad digitum tertium & minimum.
l Furca ad eos digitos.
m Perforans ſuperior tertii intervalli.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 474 sur 543

n Interoſſea maxime ulnaris.
o Interoſſea altera ab ulna.
p Ramus retrogradus carpi.
q Surculus radialis.
r Ulnaris ejusdem.
ſ Interoſſea tertia.
t Perforans ſuperior medii intervalli.
u Inferior altera.
y Perforans prima ſuperior.
z Interoſſea & digitalis digiti indicis & medii.
αβ Perforantes ſive circumflexae inde natae.
γ Furca digiti indicis & medii.
δ Interoſſea quarta ab ulnaribus numerando.
εε Rami perforantes.
ζ Diviſio ejus arteriae δ.
θ Ramus metacarpeus.
κ Inſertio in radialem indicis.
λ Arteriae radialis ramus volaris.
μ ejusdem ramus dorſalis in volam redeuns.
ν Anaſtomoſis cum ulnari ſ. arcus profundus.
ξ Ramus pollicaris arteriae radialis ſubcutaneae.
π ejus ramus ad indicis arteriam radialem euns.
ϱ Conjunctio cum ramo κ.
σ Arteria a dorſalibus in pollicarem inſerta.
τ Radialis pollicis.
υ Arcus ad articulum ſecundum.
υυ Arcus ad unguem.
φ Arteria ulnaris pollicis.
χ Concurſus arteriae radialis ad pollicarem faciendam.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 475 sur 543

Ψ Radialis indicis.
ω Arcus primi articuli.
Δ Arcus ſecundi.
Λ Arcus tertii.
Ξ Arteria radialis digiti medii.
Π Arteria primi articuli.
Σ Secundi.
Φ Tertii.
Ψ Reliquiae arcus ſuperficialis volae.

REGIO SEXTA.

ABDOMEN PELVIS & OSSA ILIUM.

Oſſa & muſculi.

A Ren dexter.
B Ren ſiniſter.
C Capſula renalis dextra.
D Siniſtra.
EE Uterque transverſus abdominis.
r Obliquus minor.
FG Quadrati dexter & ſiniſter.
H Pſoas ſiniſter.
Δ Ureter dexter.
Λ Ureter ſiniſter.
I Rectum inteſtinum.
K Veſica urinaria reclinata.
LM Iliacus internus dexter & ſiniſter.
NN Spina anterior ſuperior oſſis ilium.

O Parti-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 476 sur 543

O Particula nuda offis pubis.
P Alia ubi ligamentum penis.
Q Cutis ſcroti ex parte nudata.

Vaſa.

A Aorta abdominalis.
B Truncus coeliacae 9.)

C Arte-

9) AD COELIACAM.

Faſcic. II. ad Not. f. lin. 2. poſt *quater*, adde. Omnium primam ex Coeliaca natam fuiſſe vidi pancreaticam, quae in ſedem pancreatis proximam reni ſiniſtro venit, & ramo a phrenica ſiniſtra deſcendente inoſculata eſt.

Not. f. Col. b. lin. penult. poſt *prodiiſſe* adde: In alio etiam cadavere haec coronaria ex aortae trunco nata eſt, ut tamen eadem etiam duas phrenicas produceret. A trunco denique communi phrenicarum natam vidi 1751. Minor eſt reliquis, directio vero, ut antrorſum primo, deinde dextrorſum eat.

Not. g. lin. 10. poſt *iterum* adde: Surculi in oeſophagum adſcendentes etiam duo ſunt; & tertius accedit ex transverſa illa, quae oeſophagum coronat.

Not. h. lin. 4. poſt *56.* adde: Duo plerumque rami ſunt, & anterior, in arcum flexus per curvaturam minorem, dat faciei ventriculi ſuperiori & inferiori. Poſterior in eadem curvatura duos cum Coronaria minori arcus efficit. Ramus ad planum anterius nonnunquam magnus eſt, par trunco.

Not. h. Col. b. in fine adde: per omentum minus. Sed alius aliquoties viſus ramus Coronariae majoris, fere ex origine ejus natus, deſcendit cum vena portarum retro pancreas, & cum pancreatica transverſali, tum cum meſentericae primo ramo inoſculatur.

Not. l. lin. 5. poſt *dextrorſum* adde: quando finem lobuli adtigit, circa quem circumflectitur.

Not. l. lin. 6. poſt *aliquas* adde: Etiam unam majorem, quae in pancreas deſcendit, & duos ramos habuit, ſiniſter transverſus per faciem pancreatis inferiorem poſteriorem abiit, indeque ramos in meſocolon dedit. Alter ramus dextrorſum per pancreas inceſſit, inſertus gaſtroepiploicae dextrae. Etiam ubi minores ſunt, ſolent cum ſurculis pancreatico-duodenalibus uniri.

Not. m. lin. 3. poſt *replet* adde: Alias multifida eſt, & ex uno loco, ad dextrum limitem lobuli Spigelii, naſcuntur hepatica ſiniſtra, duodena dextra poſterior, duodena magna & hepatica dextra.

Hepatica ſiniſtra, hujus trunci propago, quam omnino addere oportet, parallela venae portarum anterior adſcendit; Eadem edit coronariam parvam, tunc dividitur, unoque trunco foſſam ductus venoſi adit, altero foſſam umbilicalem.

Not. n. l. 3. poſt *64.* adde: Ex hepatica anno 1747. poſtquam prodierat Pancreatico-duodenalis, nata eſt Pylorica: alias ab ipſa pancreatico-duodenali exit. Dat ramulos felleis ductubus.

Not. n. lin. 5. poſt *inferiori* adde, & cum gaſtroepiploica dextra.

Not. o. lin. ult. poſt *pancreatico-duodenalem* adde: Radix papillae lobuli ſulco exſculpitur pro arteria hepatica.

Not. o. Col. b. lin. 3. poſt II. adde: Hepatica ſiniſtra dedit de more coronariam minorem, quod frequens eſt, tum ſurculum omento minori, inde ramum in foſſam ductus venoſi; Reliquus truncus trifidus, adiit tribus ramis Spigelii lobum, lobum anonymum & foſſam umbilicalem, cui alias omnino duos dedit, denique in foſſam ductus venoſi huic parallelum ramum miſit. Dat etiam aliquem ad ſuperficiem hepatis, unam, duas, tum ramum in ductum hepaticum & alium ad duorum ductuum concurſum, in tres ductus biliarios hepaticos. Qui lobulum adit, ſolet in ductum venoſum ramum mittere.

Ramus foſſae umbilicalis multis ramis dividitur in lobum anonymum & ſiniſtrum. Ab eo ſurculus notabilis emergit ad heparis ſuperficiem, & ad ligamentum ſuſpenſorium, idemque eſt, cui ſurculi phrenicae & mammariae ſe inmittunt. Alter ejusdem trunci ramus adit venam umbilicalem.

Alius denique ſiniſtri lobuli ramus & ipſe exit in ſuperficiem heparis, legit radicem ligamenti ſiniſtri & cum ramis phrenicae inoſculatur.

Denique ex ipſa carne heparis, ad duas tertias ligamenti ſuſpenſorii, trunculus emergit, qui retrorſum per radicem ligamenti ſuſpenſorii incedit, & coronam cum arteria a phrenica ſiniſtra facit, antrorſum vero aliam cum arteria, ab hepatica ſiniſtra, quae de foſſa umbilicali exit.

Not. o.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 477 sur 543

C Arteria hepatica.

D Splenica.

E Coro-

Not. o. Col. b. lin. 21. poſt *lobulo* adde: & ramulos ſaepe ductibus bilariis hepatico & cyſtico, quando ſiniſter ramus nullos dat, & denique pyloricam. Deinde arteria hepatica dextra etiam dividitur. Ramus anterior eſt qui cyſticas dat, & ramos lobo anonymo, tum dextro alios, quorum aliqui carnem hepatem perforant, quaſi ſuperiora petituri. Poſterior trunculus dat alium ramum dexteriorem Spigelii lobulo, & longe lateque per hepar diſpeſcitur. Multi rami & hujus & reliquorum ramorum hepatis in ſuperficiem viſceris excurrunt, per eam ramoſi.

Not. o. Col. b. lin. 25. poſt LIEUTAUD adde: Oritur etiam a ramo qui foſſam umbilicalem adit. Quater aut ultra duas cyſticas arterias natas vidi ex ramo dextro arteriae pancreatico-duodenalis. Nomen debet dari cyſticae ſuperioris & inferioris. Utraque proprie hepatica eſt, & tantum ramum veſiculae exhibet.

Not. o. Col. b. lin. 31. poſt *finitur* adde: conſpicua quidem ſive inferior & ſuperficialis eſt hepatis, altera vero abſcondita regnat per ſuperficiem, quae colo inſider.

Not. o. Col. b. lin. 41. poſt *auctores* adde: A dextra hepatica etiam cum vena portarum peculiaris ramus in pancreas deſcendit.

Alias vidi tres ramos hepaticae, dextrum, ſiniſtrum & medium. Haec media reliquis minor & magis, ut vocant, ſuperficialis, dedit duos ramos pyloricos, dedit coronariam parvam, dedit rete pingens utrumque ductum felleum & cervicem veſiculae, tum ramulum duodeno, & adiit in hepate lobum anonymum, exque eo per pontem foſſae umbicali inſtratum lobum ſiniſtrum petiit, & huic inpenſa eſt, & foſſae, quam dixi.

Alias dextra hepatica dedit ramum unum transverſum poſteriorem, in fiſſuram propriam hepatis, tum ſiniſteriorem, qui inter duos ductus biliarios ad dextra venae portarum demergitur, & ipſe duas dat cyſticas hic diſtinctas. Truncus adhuc poſterior hepar ſubit.

Not. o. Col. b. lin. 52. poſt *p. 8.* adde: In ultimis diſſectionibus vidi, plerumque ejusmodi hepaticam adeſſe, & primum arteriae meſentericae ramum adſcendere cum venae portarum dextro margine, factaque cum arteria prima duodena anaſtomoſi, etiam nova, in arcum flexa, adrepere ad ductum choledochum & ad faſciculum vaſorum bilariorum inque portas venire, & cum ramo aliquo arteriae hepaticae arcum facere in ipſa porta.

Not. o. Col. b. lin. 57. poſt *41.* adde: Minores hepaticas a phrenicis, a capſularibus ſuis locis dicemus. Spermaticarum autem ramulos addo: Duo ſunt comites trunci venae cavae, anterior & poſterior, in ſulcum hepatis venientes, & varie inoſculati, tum ſuperficialibus hepaticis, tum profundis per parenchyma ejus viſceris ad venam Cavam venientibus.

Not. o. lin. 3. ſuper finem poſt n. 41. . . . adde: Eſt ubi Pancreatico-duodenalis omnino truncus coeliacae fuit, cum dextra hepatica a meſenterica naſceretur, & ſiniſtra potius hujus pancreatico-duodenalis ramus foret. Naſcitur plerumque a trunco, qui jam ſiniſtram hepaticam dedit, & dexterior dici poteſt.

Not. p. Col. b. lin. 5. poſt *veniſſe* adde: Imo haec duodena dextra, poſterior etiam ab hepatica ſiniſtra naſcitur, vel proxime eam a trunco hepatico dextro.

Semel vidi hanc duodenalem non a coeliaca, ſed a meſenterica natam eſſe, pene ex origine ejus, & circumlegiſſe arcum convexum duodeni inteſtini, huicque & pancreati ſurculos miſiſſe, atque inſertum fuiſſe ramo ſecundae propaginis arteriae meſentericae, quae arcus duodeni concavitatem percurrit, & pancreatico-duodenali obviam it. Alias reperi adfuiſſe equidem ex pancreatico-duodenali natam, ſed cum arteria duodenali dextra inferiori communicaſſe, quam dabat hepatica a meſenterica nata.

Not. p. Col. b. lin. 6. poſt *transverſalem* adde: Dat ſtatim unam pluresve pyloricas innexas & coronariae parvae, & aliis nonnunquam hepaticarum ramulis, tum ramum aliquando hepaticum in fiſſuram jecoris peculiarem, & alias coronariam parvam: & frequentius ſurculos hepatico ductui, ramumque in ductum choledochum, qui cum ramis biliariorum ductuum a cyſtica & hepatica natis communicat. Denique notabilis ſurculus retro oriens duodenum ad pancreas deſcendit, & cum ramo pylorico inferiori a pancreatico-duodenali nato communicat.

Not. p. Col. b. lin. 10. poſt *coel.* adde: Alia minor anaſtomoſis fit circa venam portarum in ramum eum arteriae meſentericae, qui primus natus hepar adit.

Not. p. Col. b. lin. 13. poſt *eſt* adde: Ramus, cui inoſculatur, a meſenterica, natus eſt etiam a colica media, & pancreati ſurſum & ſiniſtrorſum ramos dare ſolet.

Not. q. lin. 4. poſt *producit* adde: Alias pancreatico-duodenalis jam ſeparata a Gaſtro-Epiploica. Pancreatica iſta & cum Coronariae magnae ramo pancreatico, & cum ſimili a ſplenica ſurculo ſolet inoſculari, ante venam portarum,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 478 sur 543

E Coronaria.

F Phre-

tarum, & cum meſentericae ramo primo, qui cum pancreatico-duodenali inoſculatur. Dat etiam meſocolo, & colo, ramum unum duosve, cis finem pancreatis natos.

Not. q. lin. ult. adde: Dextrorſum & ſiniſtrorſum ſecundum duodenum & ventriculum exit, & hic cum gaſtroepiploicis, illic cum ramulis pancreatico duodenalis & cum duodenae primae trunculo communicat.

Not. r. lin. 1. poſt *magnam* adde: trunci nomine dignam ſaepe reliquo trunco majorem.

Not. r. lin. 1. poſt *eadem* adde: Vena ſocia ſemper a meſenterica provenit, ſemel autem vidi natam eſſe a ramo primo arteriae meſentericae.

Not. r. lin. 9. poſt *aliqua* adde: Hi rami ſunt ad omentum colicum, alius ad omenti principium meſocolicum, tunc ramus major ad acceſſum fere venae gaſtroepiploicae finemque dextri omenti natus, parallelus colo, & origini colicae omenti inſertus. Is magno arcu facto occurrit ſimili ramo primo & majori Gaſtroepiploicae ſiniſtrae. Dat Omenti poſteriori laminae coloque, & in principio Omento colico dextro. Rami minores arteriae Gaſtroepiploicae dextrae anteriori parti omenti ramulos mittunt: Aliquis ex primis ramis pancreas adit, & cum transverſali pancreatis arteria anaſtomoſes habet.

Not. r. Col. b. lin. 4. poſt *circumit* adde: A ramis radiatis pancreas adeuntibus ſurculi ad peritonaei partem reni inpoſitam eunt. Aliquis etiam ramus notabilis arteriae hujus demergit ſe retrorſum, & hinc pancreati dat, inde retro duodenum abſconſus inoſculatur arteriae duodenae primae. Alius ramus a transverſo pancreatico jam dicto, diverſus ſiniſtrorſum retrorſum in pancreas ſe demergit, ſub vena portarum, & alicui ramo pancreatico, quales omnium primos hepatica generat, inoſculatur, atque nonnunquam alteri ramo minori, meſocolico, arteriae meſentericae.

Not. r. Col. b. lin. 6. poſt *ſuperioris* adde: Trunculi communicantes iſti duo eſſe ſolent, minor, anterior, pictus in *Tabula* noſtra, & major, profundior, inmiſſus eidem ramo duodeno a meſenterica nato.

AD TABULAM II. COELIACAE.

Not. e. lin. 5. poſt *p.* 95. adde: Splenica incurva eſt, totoque ductu fere ſemicirculum efficit, deſcendit autem primo ſiniſtrorſum deorſum, tunc transverſim ſuper venam, denique ſurſum verſus lienem. Deinde praeter hunc magnum arcum, etiam undulata ſuper pancreas incedit.

Not. e. lin. 10. poſt EUSTACHIUS adde: Ex ipſo dimidio pancreate viſa eſt lienalem deciſſe, quae ſuprema foret lienalium, & ipſa duas breves ederet ſub oeſophagi ingreſſum.

Not. e. in fine adde: & ad meſocolon. Ex iisdem ad lienem acceſſorium, ſi aliquis fuerit, ſurculi dantur.

Not. e* in fine adde: Ex ſplenicae fere ortu, vidi veniſſe ramum ad meſocolon transverſum, inoſculatum colicis & omentalibus ramis. Deinde ubi ex pancreate egreſſa eſt, duos alios ramos ad meſocolon dat.

Not. f. in fine adde: Poſterior Gaſtrica in facie inferiori ſive poſteriori Winslowiana ventriculi prope curvaturam minorem advenit. Aliquando ab ortu ſplenicae ejusmodi truncus gaſtricus oritur. Alias ſolus ventriculum adit, alias lienem trunco ſubit, faciei autem poſteriori ventriculi ſurculos exhibet. Prius quam lienem haec arteria adeat, dat etiam nonnunquam pancreati.

Not. g. lin. 4. poſt d. f. 4. ℈. adde: Alias ex ramo lienali imo naſcitur, & frequenter equidem. Dat etiam lieni, aut in eum etiam majori trunco inſeritur.

Not. g. lin. 17. poſt *diſtingui* adde: Hic trunculus ampliſſimo arcu cum ramo Gaſtroepiploicae dextrae, coit, qui ſecundum finem omenti dextrum deſcendit. Ab eo arcu, rami omentum adeunt, & colon transverſum. Percurrit mediam fere omenti latitudinem, & parti inprimis poſteriori ramos exhibet. Dextra Epiploica major eſt. Oritur, non ſemper quidem, ex gaſtroepiploica ſiniſtra prima, ſed nonnunquam ex tertio ejus ramo, alias a ſecundo, ut alia ſiniſterior & brevior epiploica ſit, quae eadem colon etiam adtingit.

Not. g. in fine adde: Caeterum ordo, quo vaſa lienis ad id viſcus accedunt, valde varius eſt. Ecce accurate ex alio cadavere deſcriptum. Rami ſplenicae fuerunt lienalis parva ſuprema, eademque ſumma brevium; Lienalis poſterior, maxima. Ab eo duo prodierunt vaſa brevia ſuperius inſerta quam gaſtroepiploicae parvae, ea ſede qua omentum jam membraneſcit, in concurſu lienis & oeſophagi. Eorum vaſorum unum dedit lieni. Tunc *lienalis ſecunda minor inferior* ſucceſſit, a qua iterum duo brevia vaſa ſub prioribus inſerta nata ſunt; Inde *lienalis tertia ima.* Haec dedit pancreatis fini ſiniſtro, tum ramum eum, a quo notabilis epiploica ſiniſtra nata eſt. Finis eſt Gaſtroepiploica ſiniſtra. Una ſeries eſt brevium vaſorum, ad usque gaſtroepiploicas, in convexitatem ſiniſtram ventriculi.

In alio cadavere ſplenica dedit Gaſtricam poſteriorem, tum in duos ramos fiſſa eſt; Eorum inferior generavit tres gaſtroepiploicas ſiniſtras, idemque etiam pancreati ramum dedit.

Simplicior alia & frequentior fabrica eſt, ut arteria

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 479 sur 543

F Phrenica ſiniſtra. 10.)

G Meſenterica ſuperior. 11.)

H Cap-

arteria lienalis in quatuor vel quinque ramos, totidem foraminibus lienis inſertos, dividatur, ex quorum imo gaſtroepiploica ſiniſtra naſcatur, & arteria, ſiquis adeſt, lienis acceſſorii, reliqui ex ordine ventriculo quinque brevia vaſa exhibeant, ea breviora, qua ſuperiora ſunt, per unam ab oeſophago ad vaſa Gaſtroepiploica lineam.

10.) AD PHRENICAM.

Faſcic. III. Pag. 54. Not. 1. Col. a. lin. 14. poſt *orti* adde: proxime venam cavam, unus duove aut plures.

Pag. 54. Not. 1. Col. a. lin. 26. poſt *coit* adde: Ejus ſurculus adit iterum tendineam ſepti partem.

Pag. 54. Not. 1. Col. a. lin. 27. poſt *10.* adde: Alias etiam duplex ramus phrenicae dextrae, cum ſiniſtro latere venae Cavae hepar adiit. Prior natus prius, quam capſulares, anterius quam ingreſſus venae cavae hepar convexum adiit, ad carnem, quam cava vena ſulcat, & ad hepatis ſuperficiem. Deinde alter a ramo adſcendente natus, trans & retro venam cavam adiit hepatis partem, quae retro eminentiam obliquam portarum eſt. Idem ſurculum dedit ad pancreas, circa ingreſſum ductuum bilariorum.

Pag. 54. Not. 1. Col. a. lin. 28. poſt *ſupereſt* adde: Qui ſupereſt truncus dexter phrenicae denuo dividitur. Ramus anterior vergit ad tendinem medium carnesque coſtales anteriores. Is ante venae Cavae foramen arcum alterum cum ſiniſtro trunco perficit. Idem edit ramum, qui arcum circa pericardium abſolvit, jam deſcriptum. Poſterior ramus longe ramoſus decurrit per carnes poſteriores coſtales, qua caro ſepti transverſi latiſſima eſt, & in eas conſumitur.

Pag. 54. Not. 1. Col. a. lin. 50. poſt *ortas* adde: Decurrit primo in carne, retro tendinem, deinde in tendine, demum in carnibus coſtalibus, fere ad medium.

Pag. 54. Not. 1. Col. b. lin. 7. poſt *ſiniſtra* adde: Ex ortu perſaepe dat capſularem, anteriorem praegrandem, medii generis, qualem in dextro latere aorta edit aut renalis.

P. 54. N. 1. C. b. l. 7. poſt (*b*) adde: Vidi hunc ramum praegrandem fuiſſe, atque emiſiſſe & comitem nervi phrenici ramum, & alias pericardiacas, & ad diaphragma ramum extrorſum declinantem emiſiſſe, qui cum intercoſtali ſeptima coivit. Sed etiam ſurculus comes nervi phrenici ad mediaſtinum ramos emittit, & phrenicis prioribus, & mediaſtinis a mammaria natis inoſculatos. A ſiniſtra etiam phrenica ramus alius hepar ad ſiniſtra venae Cavae adiit, fere ex ortu phrenicae natus.

P. 45. N. 1. C. b. lin. 7. poſt *quae* adde: e regione arteriae ſimilis, quam coronaria major emittit. Ea alias a capſulari ramo naſcitur.

P. 54. N. 1. C. b. lin. 12. poſt *inoſculatur* adde: & cum ramis ventriculi aliis.

P. 54. N. 1. C. b. lin. 15. poſt (*gg*) adde: & unicum alias majorem trunculum in faciem capſulae anteriorem.

P. 54. N. 1. C. b. lin. 30. poſt *mittit* adde: Is ramus minutius conſideratus, ſequitur radicem ligamenti ſiniſtri, & huic atque hepati inpenditur.

P. 54. N, 1. C. b. lin. 36. poſt *ſiniſtrae* adde: venit ad carnes coſtales, quae ſunt ad ſiniſtra mediae partis tendinis.

P. 54. N. 1. C. b. lin. 37. poſt *parvam* adde: ante iter oeſophagi ad alterum nonnunquam ante cavae oſtium.

Accedit alias alter, perinde & proxime natus, qui recepto priori ramulo in ſulco hepatis idem ſiniſtrum ligamentum ſequitur, huic dat, & ſepto transverſo, & hepati, & cum arteria ſuſpenſorii ligamenti, ramisque comitibus ductus venoſi communicat. Idem in pericardii ſedem ſiniſtram ramos miſit.

P. 54. N. 1. C. b. lin. 49. poſt *ſepto* adde: & cum dextrae ſurculis communicat.

Pag. 54. Col. b. Not. 1. lin. 49. poſt *ramuli* adde: Nuper rectius deſcriptus hic ramus ligamenti ſuſpenſorii, legit uno aut plusculis trunculis radicem ejus ligamenti, qua hepati inſeritur, & ramos huic dat, aliis trunculis ſiniſtrae phrenicae, mammariae, & epigaſtricae inoſculatos, tunc hepati alios, unitos hepaticis, eademque obvia occurrit ramo hepaticae, qui anteriorem radicem ejusdem ſuſpenſorii ligamenti ſequitur.

Pag. 55. Not. 1. Col. a. lin. 12. poſt *dedit* adde: Vidi etiam eamdem arteriam primo loco ab aorta natam, ad utramque appendicem ramos dediſſe, & cum phrenica dextra communicaſſe. Et in eodem corpore etiam alia minor dextra appendicis arteria ab aorta prodiit utraque.

P. 55. Not. 1. in fine adde: ſive brevius. Phrenicae mediae & interiores arteriae ſepti transverſi ſunt, exteriores vero ſive per ambitum decurrunt mammariae, intercoſtales, lumbales & aorticae minores.

11.) AD MESENTERICAM SUPERIOREM.

Faſcic. III. Pag. 44. Not. 6. lin. 10. poſt *Coeliaca* adde: Semel tamen a. 1751. communi trunco natam vidi.

P. 44.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 480 sur 543

H Capſularis ſiniſtra media.

I Renalis ſiniſtra.

K Cap-

P. 44. N. 6. Col. b. l. 16. poſt *coeliaca* adde: Alias ramus iſte a Colica, propagine meſentericae natus eſt, & transverſim ſiniſtrorſum, longe ſecundum pancreas decurrit. Dedit ramum ſuper pancreas cum duodena prima inoſculatum, & in extremo demum pancreate cum lienali arteria. Eadem duos in meſocolo transverſo fere medio ramos dedit, qui in Colicas, meſentericae propagines, ſe inmiſerunt.

P. 44. N. 6. C. b. l. 28. poſt *primus* adde: Iterum in alio corpore duo ejusmodi rami fuerunt, retro pancreas nati. *Anterior ſiniſter* cum ramo arteriae pancreatico-duodenalis duobus arcubus conjunctus, ipſe per meſocoli dexteriorem ſedem & intervallum magnum truncorum diſtribuitur.

Poſterior duodenalis eſt. Ea denuo generat anteriorem ramum, qui circa cavam flexionem duodeni ductus, hinc jejunae primae, inde Pancreatico-duodenalis trunco inſeritur, poſterior vero cum duodena prima in dextra poſteriori ſede duodeni arcum abſolvit.

Iterum alias ramus primus arteriae meſentericae, vix quatuor ab origine lineis natus, dedit continuo ramum cum vena portarum adſcendentem, ad ductum choledochum, & hepar, ludentem in eo ductu, cum ramis, quos hepatica coeliaca gignit. Idem eſſe videtur, qui alias magnus, & ipſe hepaticus a meſenterica truncus eſt. Tum edit denuo ramum bifidum, cujus anuli cum ea ipſa duodena prima & pancreatico-duodenali ſunt: tum alium cum vena portarum adſcendentem, qui in ipſa porta cum ramulo arteriae coeliacae arcum fecit. Reliquus truncus ad duodeni ſiniſtram ſedem abiit, arcumque cum jejuna prima ſub meſocolo nata fecit.

In alio corpore omnino totus truncus duodenae primae fuit a meſenterica, quae convexum duodeni arcum circumlegit, & huic & pancreati ramos dedit.

Deinde alter ejus trunci ramus exiit, cujus unus ſurculus dedit duodeno transverſo ſecundo, & circumlegit arcum duodeni concavum, huic & pancreati ramulos impertiit, & priorem inſertum recepit. Alius porro ejusdem prioris rami ſurculus ſiniſtrorſum abiit, ad duodeni transverſi ſecundi partem ſiniſtram, & dedit huic ramos cum prioribus arcu junctos, & alium naſcenti jejuno. Magis rarum eſt, non pancreatico-duodenalem ſolam, ſed omnino Gaſtroepiploicam a Meſenterica naſci, quod ſemel vidi.

P. 44. N. 6. C. b. L. 33. poſt *arteriae* adde: Super Colicam ſiniſtram, ei cadaveri peculiarem, ex trunco nata arteria, retro pancreas dextrorſum ivit, & parvo quidem ramo cum Pancreatico-duodenali a coeliaca nata conjuncta eſt, majori vero trunco conſcendit duodeni ſedem deſcendentem, & ſurſum retro ductum Choledochum, quem obnupſit, cum prima duodena, hepaticae propagine conjuncta eſt.

Pag. 45. C. a. L. 49. N. 6. poſt *ductui* adde: Eadem dedit nuper ramum duodenalem dextrum poſteriorem, qui duplicem cum pancreatico-duodenali anaſtomoſin habuit, & ſecundam in pancreate, rami eo dati in eandem arteriam.

Alias etiam majorem vidi. Dedit primo pene ex origine ramum pancreaticum, continuo multifidum, deinde duodenalem. Haec bifida fuit. Ramus dexter retrorſum duodenum dextrum adiit, & cum pancreatico-duodenali, ſolitum arcum fecit; ſiniſter duodenum ſiniſtrum adiit, & cum jejuna prima arcum fecit. Deinde dedit quatuor hepaticas, quarum prima foſſam ductus venoſi adiit, duae aliae in foſſam umbilicalem iverunt, ex quarum altera coronaria parva nata eſt, denique dextra inde nata eſt, quae cyſticam genuit, ut omnino nihil hepati Coeliaca daret.

P. 46. Not. 7. Col. a. L. 39. poſt *ſiniſteriorem* adde: Colicam ſiniſtram a. 1747. vidi ſub *media* ortam, dediſſe ramum transverſum pancreatis, tunc adiiſſe angulum Coli ſiniſtrum, atque hinc magno arcu cum colica media, inde vero cum arteria meſenterica inferiori coiviſſe.

P. 46. Not. 8. Col. b. L. 12. poſt *Ileocolica* adde: Aliquando, ſed raro, non unam ſed tres omnino dextras colicas ex trunco meſentericae inter mediam & ileocolicam natas vidi.

P. 46. N. 8. Col. b. L. 17. poſt *inoſculatur* adde: Arcumque cum Ileocolica majorem, cum Colica media minorem efficit.

P. 47. Not. 9. Lin. 13. poſt *adſcendens* adde: Vel potius dichotoma fit, arcu medio diviſos ramos jungente. Ramus Colicus accedit ad plicam coli cum ileo conjuncti, & ſurſum cum colica dextra anaſtomoſin facit, in ipſis inteſtini tunicis.

P. 47. N. 9. in fine adde: Addo Obſervationes aliquot cadaverum. Ramus Iliacus iter ſiniſtrorſum cum eo inteſtino relegit, unde nomen habet, cum eo meſentericus truncus anulum perfecit. Ab eodem hic orta eſt & anterior arteria in plicam anteriorem caeci cum ileo utrique inteſtino impenſus, & poſterior, ex ejusdem cum trunco colico anulo nata, ad

plicam

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 481 sur 543

K Capſularis ſiniſtra inferior anterior.

L Cap-

plicam poſteriorem ilei cum colo iens, cujus propago appendicalis eſt.

Contra in proximo fere cadavere, cum Ileocolica perinde dediſſet ramum colicum & iliacum, fere in media longitudine ſua, ramus iliacus quidem appendicalem dedit, & caecalem poſteriorem. Ramus vero colicus ad anteriorem plicam ilei cum colo venit, & alia arteriola ad poſteriorem plicam adque baſin appendiculae ivit, innexa priori. Iterum in alio corpore primo loco natus eſt ramus Ileocolicae ad plicam ilei cum caeco anterior, ſed idem plicae poſteriori ilei cum colo ramum dedit. Poſterior vero altera, priori loco orta ab eodem trunco ileocolico, partem coli imam poſteriorem prope caecum adiit.

Alias paulo accuratius Ileocolica ad tres quartas fere ſuae longitudinis partes ablegavit ramum *ſuperiorem*, a quo colica dextra prodiit, quae colon ad hepar usque ſecuta eſt. Reliquus trunculus ad caecum properavit, dedit ramum iliacum, & cum ejus ſurculo anulum fecit. Ex eo anulo nata eſt Caecalis anterior & poſterior. Illa recta ivit ad plicam anteriorem ilei cum colo, dedit ramum ſecundum colon, cum colica dextra conjunctum, & ſurculos imo colo, & imo ileo ad usque radicem appendicis dedit. Deinde *poſterior caecalis* retro ileon in plicam ilei cum colo poſteriorem venit, dedit faciei mediae & poſteriori coli imi & appendicis etiam radici ramulos. Ex iliaco vero ramo *appendicalis* nata eſt, & uno ſurculo longitudinem ſui inteſtinuli percurrit, cui ramos dedit, altero anulum fecit, quem dixi.

Iterum in alio cadavere Ileocolica dedit primo Colicam dextram, ab ea diverſam, quae a meſenterica naſcitur, cumque ea conjunctam in ipſis inteſtini tunicis. Deinde *appendicalem*, quae retro ea vaſa, quae ſequuntur, venit ad radicem inteſtinuli & ibi diviſa uno ramo ad colon rediit, altero ſecuta eſt ejus inteſtinuli longitudinem. Porro tertia fuit *Caecalis anterior*, quae accurate in plica anteriori ilei cum colo inceſſit, dedit utrique inteſtino, & deſiit paulum infra adhaeſionem ilei, in colon. Truncus inde ileocolicae circumflexus, verſus naſcens ileon dedit quartum ramum, qui priori tectus recurrit ad colon dextrum, & cum ramo colicae dextrae deſcendente anulum fecit, ileoque dedit & colo. Ex eo anulo nata eſt *Caecalis poſterior*, in plicam coli & ilei impenſa. Reliquus ileocolicae truncus circumflexus circa Ileon in ultimam meſentericam arteriam ſe terminavit.

Iterum in alio corpore Ileocolica fere media dedit ramum, qui ſurſum cum colica dextra, deorſum cum caecali antica, arcum in ipſo inteſtino fecit. Deinde *appendicalis* nata eſt, quae parvis ileo coloque datis ramis porro ſecuta eſt inteſtinuli longitudinem. Tunc *Caecalis anterior* ſucceſſit, quae cum colico ramo trunci ſui anulum fecit in ipſo colo, ramumque alium mittit in faciem anteriorem coli, & ſedem valvulae; aliumque in ileon. Inde *caecalis poſterior* provenit. Ejus cum ramo caecalis arteriae in colo anulus fecit, ex quo varii rami nati ſunt arcus facturi cum ramis iliacis ileocolicae. Idem ad flexum coli anteriorem cum caecali anteriori arcum fecit, & alium cum appendicali. Dedit porro ileo prope plicam ramum, & longe lateque in colon, appendices epiploicas, & caecum conſumtus eſt. Reliquus truncus ileocolicae perrexit ad Ileum, ſed remiſit ad colon ramum cum caecali poſteriori & ileocolica ipſa anulum utrinque facientem. Et porro in ileon abiit, & occurrit trunco meſenterico. Omnibus comparatis, ileocolica plerumque primum appendicalem adit, deinde caecalem anteriorem, & denique poſteriorem. Alias autem appendicalis caecalis poſticae ramus fuit.

Pag. 47. N. 11. C. b. lin. 9. poſt *noſtrae 1.2.*) adde: Prima jejuna e regione fere colicae mediae nata, hinc inoſculatur duodenali a meſenterica, inde jejunae alteri.

Pag. 49. N. 12. C. b. Lin. 32. poſt *ſuperior* adde: Ramum ſuperiorem colicae ſiniſtrae etiam duplicem vidi, ut magnus trunculus eſſet & parvus.

Pag. 49. Not. 12. Col. b. lin. penult. poſt *Winslow n. 21.* adde: Eſt ubi tres quatuorve & quinque trunci ſunt, ad colon ſiniſtrum & plexum iliacum euntes, & ſextus ad recti colique confinia. Primi inde ſurculi adipem imi renis adeunt, aut glandulas lumbales. Similes adſcendente etiam trunculo naſcuntur.

Pag. 50. Not. 12. lin. 17. poſt *habet* adde: Poſterioribus experimentis reperi arteriolas a meſenterica interna ulterius etiam, & in parte poſteriori profundius in rectum inteſtinum penetrare, quam vaſcula a media haemorrhoidea nata, inque recto inteſtino ad partem proximam Sphincteris venire, ita ſemper, ut internae poſteriorem, mediae haemorrhoideae anteriorem ſedem teneant, exque utroque genere rete fiat. Externarum parum eſt, quidquid huc venit.

Pag. 50. Not. 12. lin. 25. poſt *nunquam* adde: Ab eo tempore ſemel anno 1752. ramum non minimum vidi vaginam adiiſſe fere ut CLAR. SCHMIDELIUS pinxit.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 482 sur 543

L Capſularis ſiniſtra inferior alia. 12.)

M Renalis poſterior.

N Tertia capſularis ima ex aorta.

O Rami renalis arteriae ſubeuntes renem. 13.)

P Renalis dextra ſuperior.

Q Inferior.

R Capſularis inferior dextra prima.

S Ramus ejus poſterior.

T Capſularis inferior dextra altera.

V Ramus adipoſus.

X Ramus capſularis.

Y Sper-

12.) AD CAPSULARES.

Faſcic. III. Pag. 57. Not. 4. Col. a. Lin. 43. poſt *oriuntur* adde: Varietates nuperae capſularium mediarum. Dextra ab Aorta una ſubrenali nata, & ſiniſtrae duae ab aorta, quarum ſuperior etiam ſepti transverſi appendicem adit.

Dextra ex ipſa origine arteriae renalis dextrae ſupremae. Siniſtra nulla, dextra a renali. Siniſtra aortica una, dextrae duae, anterior & poſterior.

Siniſtrae aorticae duae. Earum ſuperior dedit ramos capſulae, pone quam proceſſit, & appendici ſepti transverſi. Altera, proxima renali, dedit & anteriores ramos capſulae & poſteriores, quorum qui major circumlegit renis exteriorem ambitum, in adipe, & ramo a Spermatica nato occurrit. Media ex aorta, eaque ex Spermatica ſiniſtra, & tres adipoſae, dextra ad capſulae & interiorem faciem & poſteriorem, & inde ad adipem reni circumjectum.

Pag. 57. Not. 4. Col. b. Lin. 8. poſt *poſteriorem* adde: Naſcuntur ex plica fere, quae capſulam cum rene conjungit, & aliae anteriorem faciem capſulae adeunt, aliae poſteriorem, quae eaedem in adipem exeunt. Ima capſularis a renali nata, plerumque dat etiam adipi renali ſurculos. Quae anteriores ſunt, minores eſſe, quae poſteriores, eae etiam appendicem diaphragmatis adire, atque in adipe renis ambitum externum circumlegere ſolent, & occurrere ramo a ſpermatica emiſſo.

Raram aliquando fabricam vidi. Capſularis arteria a renali nata, ramum in thoracem ſurſum ad nonam coſtam miſit, cum nervo intercoſtali, qui cum noni intervalli arteria intercoſtali in unum truncum coit.

13.) AD RENALES.

Faſcic. III. Pag. 59. Not. 8. lin. 14. poſt *prodit* adde: Ad varietates. Duae ſiniſtrae ex aorta, cum 2. dextris. Inferior ſiniſtra ſub arteria meſenterica inferiori nata. Duas etiam ſiniſtras vidi, quarum inferior paulum ſupra iliacarum diviſionem nata, retrograda renem ſuum petiit. Duae ſiniſtrae cum dextra unica. Una ſiniſtra cum duabus dextris.

Pag. 59. Not. 9. (lege 6.) Col. b. Lin. 14. poſt *not. 10.* adde: Ita nuper ſe habuit renalis dextra. Ramus primus adiit appendicem & capſulae renalis poſteriora. Alter eamdem averſam ſedem capſulae adiit, & uterque exiit in adipem reni circumflexum. Tertius dedit ramum ad anteriora capſulae ex plica ipſa ejus capſulae cum rene nexae.

Pag. 59. Not. 9. (leg. 6.) Col. b. lin. 24. poſt *corticali* adde: Infra renem, cum unica eſſet arteria renalis, quatuor in ramos ea fiſſa eſt, duos ſuperiores, inferiores duos. Superior major, circumducta circa circumferentiam externam, arcum circuli imitata eſt, ex cujus convexitate ſex rami prodierunt. Ii ſecuti ſunt columnas ſive ſepta corticalia papillis interpoſita. Eorum ramorum quilibet medio in rene, in duos abiit, qui iterum ſurſum deorſumque divaricati, circa papillae cujusque originem, diviſi & ſubdiviſi rectis ramis verſus corticalem ambitum excurrunt. Similis trium reliquorum ramorum minorum diviſio fuit, absque ullis anulis unitorum circa papillae originem ramorum.

In alio corpore cum duae arteriae ejusdem renis eſſent, utraque in arcum flexa, eſt, & ex utriusvis convexitate prodierunt, ſex ſeptemve rami, qui per columnas extrorſum iverunt.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 483 sur 543

Y Spermatica dextra.
Z Ramus uretericus inoſculatus cum w.
a Spermatica ſiniſtra.
b Ureterica. 14.)
c Meſenterica inferior.
d Ramus recti inteſtini.
e Appendicalis dextra.
f Nata inde phrenica dextra.
gg Intercoſtalis undecimae ramus ad transverſum.
h Rami ejus ad adipem renalem.
i Lumbalis dextra ſecunda.
k Ramus inde adipoſus.
l Lumbalis tertia dextra. Non conſpicitur neque prima, neque altera.
m Lumbalis tertia ſiniſtra.
n Lumbalis quarta dextra.
o Lumbalis quarta ſiniſtra.
p Rami tertiae & quartae ad quadratum.
q Lumbalis quinta dextra.
r Lumbalis quinta ſiniſtra.
s Lumbalis ſexta dextra a ſacra laterali nata.
t Lumbalis ſexta ſiniſtra.
u Ramus quintae dextrae coronans criſtam ilium.
x Ramus quintae ſiniſtrae ad quadratum & transverſum.

y Ra-

14.) AD URETERICAM.

Faſc. III. Pag. 61. Not. 10. Lin. 12. poſt *continuatos* adde: Varietates arteriarum ureterica-rum. Duae ex Iliacae dextrae principio una ab hypogaſtrica.

Duae ſiniſtrae ex aorta ſuperior & inferior haec pene ad Iliacas nata, quae longo ramo ductum deferentem comitabatur. Tertia ex Iliaca communi. Dextra Ureterica ex Iliaca ſui lateris, ab ipſa radice. Dedit etiam Pſoae ramulum. Siniſtrae tres. Prior ad originem arteriae meſentericae inferioris, dedit etiam lumbaribus glandulis. Inferior prope aortae diviſionem, a quo in funiculum ſeminalem ſurculus ivit. Tertia ex origine arteriae umbilicalis.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 484 sur 543

y Ramus ad transverſum ab lumbali ſecunda ſiniſtra.
z Ramus ſiniſtrae ſecundae ad transverſum.
α Ramus ſextae ad caveam medullae ſpinalis.
β Ramus ad quadratum.
γ Sacra media. 15.)
δ Ramus quintae lumbalis, cum qua coit
ε Surculus ejus ſubeuns ſecundum foramen oſſis ſacri.
ζ alter ſimilis.
η Ramus ad perioſteum oſſis ſacri.
ϑ Ramus ſacrae ad inteſtinum rectum.
ι Iliaca arteria dextra.
κ Siniſtra.
λ Hypogaſtrica dextra. 16.)
μ Iliolumbalis dextra. 17.)

ν Ra-

15.) AD SACRAM MEDIAM.

Not. 4. Lin. 25. poſt *continuaſſe* adde: Ramos etiam duos ad inteſtinum rectum vidi, & unum, ut tamen in exterioribus membranis manerent, neque nerveam peterent.

16.) AD HYPOGASTRICAM.

Faſcic. IV. Not. 7. Lin. 1. poſt *ilium* adde: ad cartilaginem, quae eſt inter ultimam lumborum & primam ſacri vertebram.

Not. 7. Col. 2. Lin. 38. poſt *communis* adde: Alias Iliolumbalis, haemorrhoidea, obturatoria, ſacra lateralis prima, ſacra lateralis altera.

Alias obturatoria, a qua Iliolumbalis, Iliaca poſterior, umbilicalis, a qua veſicalis uterina & haemorrhoidea media, denique truncus haemorrhoideae externae cum Iſchiadica conjunctae.

17.) AD ILIOLUMBALEM.

Faſcic. IV. Not. 8. Col. b. Lin. 27. poſt *habet* adde: Ramus iſte vera quinta lumbalis eſt, quae a quarta plerumque ramo deſcendente augetur. Verum etiam quartam lumbalem dediſſe vidi, & in tertia lumborum vertebra, cum ſurculo tertiae lumbalis praeterlegente criſtam Ilium communicaſſe. Idem Iliaco interno ramos dat, verſus ſuperiorem partem, criſtamque ilium.

Not. 8. Col. b. Lin. 35. poſt *finitur* adde: Aut ſurſum etiam mittit ramum, muſculo transverſo ſupra criſtam ilium, ipſa vero longior de iliaco interno in adſcendentem obliquum exit.

Vidi etiam duos ſatis diverſos ramos fuiſſe. Eorum ſuperior in facie muſculi iliaci anteriori inceſſit. Aliquot cum abdominali anaſtomoſibus conjunctus eſt, dedit iliaco, quadrato lumborum, perioſteo criſtae ilium & adſcendenti obliquo. Inferior etiam in eodem muſculo ad eum & nervum magnum cruralem anticum conſumtus eſt, cumque eadem abdominali anaſtomoſin habuit.

Profundus vero ejusdem ramus ſuperior dedit ſtatim nutritiam anteriorem oſſis ilium ad pollicem fere ab unione cum ſacro oſſe, atque radiatim in muſculum iliacum & perioſteum ilium conſumtus eſt. Hic alias ab adſcendente ramo naſcitur.

Alter profundus inferior ſimili fere modo in iliacum & pſoam & perioſteum conſumtus eſt, dedit autem alteram nutritiam Ilium anteriorem, propiorem oſſi pubis, majoremque. Ejus anaſtomoſes fuerunt cum arteriae femoralis ramo circumflexo externo ſecundum caput femoris adſcendente.

AD SACRAM LATERALEM

Faſcic. IV. Not. 5. Lin. 16. poſt *n. 229.* adde: Vidi duas fuiſſe, a trunco hypogaſtrico utramque, quarum prima ſolum foramen ſupremum ſubiit, altera utique omnia. Alias ſacrae laterales tres fuerunt, omnes ex Iliaca poſtica. Prima primum, altera ſecundum intervallum adiit, tertia tertium quartumque.

Not.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 485 sur 543

υ Ramus ejus in foramen oſſis ſacri primum cum lumbali ſexta coiens.

ϱ Anaſtomoſes ramorum ad Iliacum miſſorum & inter ſe mutuo conjunctorum.

σ Obturatoria. 18.)

τ Ramus ad Iliacum.

υ Iliaca poſterior.

φ Inde nata nutritia ilium.

χ Haemorrhoidea & iſchiadica.

ψ Um-

Not. 5. Lin. 26. poſt *ibid.* μ adde: Inde deſcendit ſecundum coccygem, ad imum apicem & cum ſodali alterni lateris habet anaſtomoſes in cava parte coccygis, & in convexa alias cum coccygea arteria. Vidi etiam a laterali ſacra ramum ad inteſtinum rectum iviſſe.

Not. 5. Col. b. Lin. 24. poſt *duobusve* adde: A ſacra laterali prima frequens eſt, ut exeat ramus lumbalis ultimus, qui ſuper os ſacrum vertebrarum ſpecum ſubit.

18.) AD OBTURATORIAM.

Not. 9. Lin. 48. poſt *vidi* adde: Aut ramum certe ad os ilium, qui anaſtomoſes facit cum Iliolumbalis ſurculis.

Not. 9. Col. b. Lin. 11. poſt *p. 186.* adde: Dat etiam, quando foramen ſuum adtingit, ramum ad oſſis pubis perioſteum, & ad muſculi recti imam partem, qui cum epigaſtrica inoſculatur.

Not. 9. Col. b. Lin. 21. poſt *eſt* adde: ut nempe ſit arcus ſuperior, retro rectorum muſculorum tendines, & arcus inferior in ipſo perioſteo.

Deinde in ipſo foramine ramus ad os pubis & iſchii, ad exteriora magni foraminis, longe lateque diviſus naſcitur.

Not. 9. Col. b. Lin. 30. poſt *ramos* adde: Inter ramos, quos demergit in fibras obturatoris interni, aliquis penetrat per ejus muſculi carnes ad eam faciem, quae in pelvi eſt, percurrit ejus oram introrſum eundo, & adit os pubis ſuper os iſchii ad exteriora magni foraminis, inque os ipſum iſchii ſe nutritiarum more demergit, inter ſpinam iſchii & oram ejus foraminis.

Not. 9. Col. b. Lin. 47. poſt *quadratum* adde: Idem alias ſequentes ſive circumflexi natium ramum & alium circumflexae internae ſibi inſertum habet.

Not. 9. Col. b. L. 49. poſt *femoris* adde: Inmittit ramum unum alterumque in obturatorem internum, qualis etiam circulo modo dicto foraminis pubis inſeritur.

Not. 9. Col. b. L. 53. poſt *circumflexus* adde: Alias duo rami reflectuntur, alter circa exteriorem finem magni foraminis, & in valle articulationis femoris exterius adjacente, cum circumflexa interna unitus; alter per angulum ejusdem interiorem, ad tuber iſchii, idem major.

Not. 9. Col. b. L. ult. poſt *reflexus* adde: Dat ramum, qui ultra os pubis in imum pudendi adipem exit, & in tricipitis ortum a ſynchondroſi oſſium pubis.

Not. 9. Col. c. L. 14. poſt *trochanteris* adde: Ultimus truncus obturatoriae exterioris, venit ad flexorum tibiae capita, quibus ramulos impertit, & in tubere iſchii cum haemorrhoideae ſurculo, & cum circumflexae internae ramulo caput femoris adeunte, anaſtomoſes habet, porroque tectus obturatore interno, ante eum muſculum, inque oſſe iſchii, duas tresve anaſtomoſes cum iſchiadica perficit, dat huic obturatori & gemellis, & regnat in perioſteo convexi acetabuli. Anaſtomoſium autem cum iſchiadica altera profunda in perioſteo eſt, altera in muſculo obturatore interno.

Not. 9. Col. c. Lin. 23. poſt *introrſum* adde: Alias vidi dediſſe, continuo ubi prodiit, ramum pectineo, quadrato & obturatori externo, diverſum ab illo ſcrotum adituro. Deinde in imo foramine ſurculus alius extrorſum ivit, & circum foramen pubis flexus in tubere iſchii cum ramo haemorrhoideae externae conjunctus eſt, ut alio modo duo circumflexi eſſent, quam in priori paragrapho.

Eorum ramorum, qui obturatorem internum adeunt, aliquis venit ad faciem ejus muſculi, quae pelvim reſpicit & ad os pubis, ejusque faciem poſteriorem, quae ad pelvim ſpectat.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 486 sur 543

ψ Umbilicalis.
ω Ramus ad ureterem inoſculatus cum z.
A Ramus veſicalis imus. 19.)
B Alius veſicalis.
C D E Rami veſicalis ab umbilicali.
F Hypogaſtrica ſiniſtra.
I K Trunci pelvis parum diſtincti.
L Abdominalis dextra.
M Ramus ad obliquum adſcendentem.
N ad Iliacum & transverſum.
O Epigaſtrica dextra. 20.)
P Truncus reſectus a muſculis abdominis
Q ſurculis pubem ſequens.
R Ramus adjungens ſe funiculo ſpermatico.
S Arteria penis.
T Anaſtomoſis cum pudendis externis.
Ξ Abdominalis ſiniſtra. 21.)

V Ra-

19.) AD VESICALES.

Faſc. IV. Not. 16. Col. 2. L. 12. poſt *vidi* adde: Imo tres omnino vidi omnes ab obturatoria, ad eam ſedem veſicae iviſſe, quae inteſtino recto inſidet.

IN VIRIS DIVERSITAS.

Not. 19. Col. 3. L. 35. poſt *ima* adde: Alias ramus hujus trunci cum alio, a veſicali nato, proſtatamque adeunte, arteriam penis componit.

Not. 19. Col. 3. L. 40. poſt *penis* adde: Vidi arteriam penis unius lateris perexiguam fuiſſe, & unice immiſſam in truncum lateris alterni cum eo penis arteriam compoſuiſſe.

20.) AD EPIGASTRICAM.

Faſc. V. Not. 2. pag. 8. Lin. 32. poſt *pubis* adde: aut certe transverſim legentem radices muſculorum rectorum & pyramidalium, quibus ſurculos exhibet.

Pag. 8. N. 2. C. b. L. 31. poſt *inoſculatus* adde: nempe ramum deorſum mittit cum uracho & arteriis umbilicalibus, qui veſicam adit, & cum veſicalibus vulgo notis coit.

21.) AD ABDOMINALEM.

Faſc. V. Pag. 9. Col. a. L. 46. poſt *communicat* adde: Alias medio fere loco inter anulum abdominalem & ſpinam ſuperiorem oſſis pubis diviſus eſt. Ramus magis internus adſcendit inter transverſum & adſcendentem, dat utrique, & per adſcendentem obliquum ſurculos, qui eo perforato in deſcendentem abeunt, medioque loco inter ileon & coſtas ſpurias terminatur in obliquo adſcendente, in quo ramos alios extrorſum emittit, inoſculatos lumbalibus.

Alter adſcendit cum criſta oſſis Ilium, dat ad ſummam eam criſtam ramum notabilem, utrique obliquo, & adſcendit porro per transverſum, ad mediam diſtantiam a margine coſtarum. Iliacas quas edit, non repero.

P. 9. Col. b. L. 20. poſt *mittat* adde: Alia deſcriptio. Nata paulum infra epigaſtricam dedit continuo ramum magnum ſurſum euntem, qui recta inter adſcendentem obliquum & transverſum, adſcendit ad utrumque, & circa octavam coſtam in eo adſcendente deſiit. Idem anaſtomoſes habuit cum ima intercoſtali

&

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 487 sur 543

V Ramus ad obliquum inferiorem.
X ad originem ſartorii & recti.
Y ad iliacum.
ZZ ad obliquum inferiorem.
a ad transverſum.

REGIO SEPTIMA.

FEMUR DEXTRUM

ad genu uſque Muſculi ſubcutanei.

A Glutaeus medius
B Faſcia lata.
C Sartorius.
D Rectus.
E Vaſtus internus.
G Pectineus.
H Biceps anterior.
I Triceps medius.
K Triceps longus.
L Gracilis.
M Semimembranoſus.
N Patella.
O Condylus femoris internus.

Vaſa.

A Arteria femoralis. 22.)

B Ra-

& cum lumbali prima. Inde, dum truncus os ilium ſequitur, multi rami minores ad eundem obliquum & transverſum iverunt. A ſede ſpinae vero ſuperioris ilium alius ramus in utrumque muſculum adſcendit, & ipſe cum imae intercoſtalis ſurculo conjunctus. Truncus in transverſo retrorſum exiit, dedit & huic & interiori obliquo; anaſtomoſin cum lumbali prima habuit, miſitque etiam obliquo deſcendenti ramum.

22.) AD FEMORALEM.

Faſcic. IV. Pag. 9. N. 3. Col. b. L. 7. poſt *ortum fuiſſe* adde: Vidi ejusmodi ramum non ad glandulas ſolas & iliacum muſculum, ſed praeterea ad criſtam oſſis ileum per ſartorium & ad faſciam latam, ad ſpinam ilium ſuperiorem, adque rectum muſculum veniſſe, & ſurculum profunde inter rectum & latam faſciam ad utrumque miſiſſe.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 488 sur 543

B Ramus ad iliacum & pectineum.
C alius ad glandulam inguinalem & vaſtum.
D alius ad pectinaeum & Ilium inoſculatus ramulo B.
E Pudenda externa ſuperior.
F Ramus ad glandulam inguinalem.
G alius ejusmodi.
H ad ſcrotum rami.
I Ramus ad penem, inſertus ejus arteriae.
K Circumflexa externa. 23.)

L Ra-

23.) AD CIRCUMFLEXAM EXTERNAM.

Faſcic. V. P. 14. Not. 5. C. b. L. 18. poſt *externo* adde: Qui hunc muſculum adit, idem alias ramum dat, qui loco ſurculi profundae circulum inter parvum trochanterem & caput femoris cum arteria trochanterica internae circumflexae perficit.

P. 14. N. 5. C. b. L. 45. poſt *ant.* adde: Alia deſcriptio rami deſcendentis. Dat ſtatim recto interno tres ramos, qui ultimo in cutem erumpunt. Dat duos mediocres vaſto interno. Truncus ſequitur cruralem anticum ad exteriora recti, cui ramos dat. Ejus porro propago anterior, cum tendine cruralis ad genu deſcendit, datque ramos, vaſto interno perforato, ad cutem. Truncus in vaſto interno conſumitur, praeter ramum, qui eo perforato ad genu venit, & dat etiam per faſciam latam ramos ad cutem.

P. 14. N. 5. C. b. L. 52. poſt *inoſculatur p.* adde: aut adit idem vaſti interni ortum, eoque ſuperato adit perioſteum, & emittit ſurculum adſcendentem retro rectum ad interiora vaſti externi, qui ad caput femoris, & vallem deſinit, qua hoc caput circumdatur.

P. 15. N. 5. C. a. L. 10. poſt *habet* adde: Dat etiam prius quam dividatur, notabilem nonnunquam ramum vaſto interno.

P. 15. N. 5. C. a. L. 33. poſt *ſurculo* adde: Iſte ramus praeter legit originem vaſti interni, deinde vaſti externi, dat utrique ramos, dat iliaco ramum, qui perioſteum femoris adit, ſupra trochanterem & acetabuli capſulam.

P. 15. N. 5. in fine adde: Alias ita ſe habuit. Ramus alter transverſus adiit faſciam latam & ejus tenſorem. Ejusdem ſurculus ſuperior cum ea faſcia adſcendit ad ſuperficiem glutaei medii. Inferior perforata faſcia lata ad cutem exiit. Alter ramus profundior, transverſus, venit in glutaeum, perforavitque tendineam expanſionem, quae a ſede acetabuli prodit, & tenſorem faſciae latae includit. Dat idem ejusdem glutaei faciei ſubcutaneae, fere ad criſtam uſque ilium.

AD CIRCUMFLEXAM INTERNAM.

Faſc. V. P. 13. N. 4. l. 11. poſt *T. II.* 4. adde: Vidi etiam prius, quam pectineo tegitur, dediſſe pudendam externam profundam. Ea ramum dedit trans pectinei originem & tricipitis primi, qui ad poſteriora cutis pubis & montis veneris venit, dedit etiam ortui utriusque, quem nominavi, muſculi, & ad os pubis ſupra magnum foramen, & iliaco externo. Reliquus trunculus trans pectineum ivit, dedit ſurculum huic muſculo, tegitur tricipite primo una propagine, altera ſecundo, & ramum dat gracili.

Alias omnium primo ramulum dedit in puteum oſſis femoris ſupra parvum trochanterem.

P. 13. N. 4. L. 38. poſt *it* adde: etiam ad longum tricipitem & ſecundum & gracilem & cutem: Alium duosve inſertos pectineo, alium qui inter pectineum & ſecundum tricipitem longe lateque it in tricipitem magnum, transque eum in gracilem.

P. 13. N. 4. L. 43. poſt *abit* adde: Hic alias ſurculus iſte naſcitur, qui vallem trochanterem inter & caput femoris poſitam perambulat, atque partem circuli caput femoris perficientis abſolvit.

P. 13. C. 6. N. 4. L. 23. poſt *praeparationes* adde: Dat etiam hoc loco ramos profundos in puteos epiphyſeos, inque vallem inter trochanterem parvum & caput femoris.

P. 14. N. 4. L. 12. poſt *profundae* adde: Circulus alter circa caput femoris completur a ramo profundae iliacum muſculum adeunte, a trochanterica circumflexae, ab ejusdem ramo retrogrado: a ramo Profundae iliaco altero.

Alias completus fuit inter hos truncos. 1. Rami duo Profundae iliacum internum adeuntes.

2. Duo

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 489 sur 543

L Ramus adſcendens verſus originem recti.
M Ramus ad Sartorium.
N ad faſciam latam.
O ad Sartorium.
P ad rectum vaſtum extremum, & faſciam latam.
R ad rectum.
Q ejus progreſſus,
ıı ejus ſurculus ad faſciam latam & cutem,
S ad vaſtum internum.
ς ad rectum anticum.
T Profunda femoris. 24.)
V Ramus ad tricipitem primum & alterum.
X Ramus alius ad
Y Pectineum
Z Tricipitem primum
a Secundum
b Summam ſedem ejusdem, os pubis, &
c Montem veneris.
d Pudenda externa ſecunda.
e Ramus ad glandulas inguinales.

f Alter

2. Duo ſurculi circumflexae internae, nempe alter a trochanterica, alter ibi natus, ubi circumflexa eadem in duos praecipuos ramos finditur.

Alias abſolvitur ab arteria vaſtum externum adeunte, nata ex circumflexa externa, & a trochanterica, quae a circumflexa interna eſt.

P. 14. N. 4. L. 21. poſt *dicta* adde: Alia deſcriptio. Ramus alius trochantericae arteriae it retrogrado itinere ad perioſteum ſuper trochanterem parvum, inde per vallem inter duos trochanteres, & anaſtomoſin faciunt cum ſurculo quem dicam ad I. 62. paginae II. Reliqui rami, qui in dorſo trochanteris parvi manent, inoſculantur cum ramo profundae, nato ſuper perforantem primam, & cum ramo circumflexae internae, capſulam articuli femoris adeunte.

24.) AD PROFUNDAM.

Faſcic. V. P. 11. C. a. L. 11. poſt *externam* adde: Ea etiam ita naſcitur, ut pectineum adeat, & primum tricipitem & gracilem, & denique profunde pudendo adrepat.

P. 11. C. a. L. 15. poſt *circulo* adde: priori in parte cava trochanteris magni, altero ad ortum faciei cartilagineae capitis femoris.

P. 11. C. a. L. 45. poſt *parvo* adde: Inter tricipitem primum ſecundum & vaſtum internum ſub imo pectineo.

P. 11. C. a. L. 58. poſt *perioſteum* adde: inoſculatum cum ſuperiori exteriori ramo circumflexae internae, emergente ſuper quadratum.

P. 11. C. a. L. 62. poſt *fin.* adde: Inter utrumque etiam trochanterem circulus eſt inter hujus ramos ſuperficiei propiores, & ramos trochantericae profundae a circumflexa natae.

M

f Alter, anaſtomoſis cum priori X.
h Ramus ad ſcrotum.
i Anaſtomoſis cum
k Ramo circumflexae internae ad ſcrotum, & adipem per gracilem muſculum veniente.
l Rami ad ſcrotum.
m Arteria ad tricipitem primum &
nn Gracilem.
n Ramus profundae ad tricipitem primum & alterum.
p Femoralis ramus ad gracilem.
p ad vaſtum internum.
r Arteria femoralis tecta tricipite. 25.)
s Ramus ad vaſtum internum.
t ad ſartorium.
u ad eundem.
x ad ſemimembranoſum.
y ad ſartorium &
z ad ſemimembranoſum & gracilem.
α Ingens ramus ad vaſtum internum.
β Comes ſartorii.
γ ejus rami ad eum muſculum.
δ Ramus ad tibiam deſcendens.
ε ad vaſtum internum.
ζ ad perioſteum condyli interni.
θ Alius ramus ad eum condylum, & ad articulationem genu.
κ Ramus trunci deſcendens ad patellam inoſculatus cum
λ Ra-

25.) AD FEMORALEM INFERIOREM.

Faſc. V. P. 16. N. 6. in fine adde: Alias poſt nutritiam dedit ramum grandem retrogradum, cujus furculus ſurſum it, ad tricipitem longum, bicipitem longum, brevem ſemitendinoſum, ſemimembranoſum & nervum magnum, & deorſum ramum mittit in bicipitem brevem & perioſteum ſupra condylum femoris externum. Ab ejus ramo ſurſum eunte alteram nutritiam vidi natam fuiſſe.

λ Ramo circumflexae ſuperioris externae, 26.) & cum
μ Circumflexa inferioris internae propagine,
ν quae cum ramo arteriae ϑ conjungitur.

REGIO OCTAVA.
FEMUR SINISTRUM
cujus primi ſub cute muſculi reſecti ſunt.

A Pars nuda femoris.
B Sartorius.
C Rectus ſuperior.
D Caput femoris.

△ Tro-

26.) AD CIRCUMFLEXAS GENU.

Faſc. V. P. 16. N. 7. C. b. L. 17. poſt *interna* adde: Hic eſt pro arteria articulationis genu, quando ramus internus circumflexus minor eſt, neque profundum ramum emittit. Eadem fecit circulum anteriorem ſuperiorem, cum circumflexa ſ. articulari ſuperiori externa.

P. 17. N. 7. L. 13. poſt *dextr.* adde: Alius alias ejusdem ramus deſcendit per capſulam articuli, & anaſtomoſin habet cum arteria iſchiali antica emergente. Alius longe comes ſartorii ad perioſtea tibiae venit, & cum ramo tibialis poſticae ſub popliteo emergente coivit.

P. 17. N. 7. C. b. L. 22. poſt *cutemque* adde: alii ſemitendinoſum & ſemimembranoſum, cumque iis ad capſulam & perioſteum tibiae.

P. 23. N. 8. in fine. Alias vera articularis interna ſuperior eſt, quae vaſtum internum adit, & ſartorii comitem dat, aliaque exigua accedit ex trunco, quae in capſula manet.

P. 24, N. 9. L. 25. poſt *diximus* adde: Nuper ita ſe habuit. Ramus alter adiit foveam interjectam condylis femoris, & inoſculatus eſt interiori ramo. Alter equidem inprimis ad ligamentum decuſſatum utrumque venit, ut tamen etiam cum ligamento poſteriori iret in foveam poſteriorem epiphyſeos femoris, & inoſcularetur prioribus. Per ligamentum anterius, venit in finem anteriorem cartilaginis ſemilunaris externae, & anaſtomoſes habet cum ramo tibialis anticae. Idem denique dat ramum cornu poſtico cartilaginis ejusdem externae.

Interna adeo cartilago ſemilunaris femoris habet ſurculos poſterius a circumflexa inferiori, anterius majori parte ab arteria, quae de vaſto interno prodit. Externa omnes ſuos ſurculos ab externa circumflexa poſteriori accepit, alias ab azyga aliquas.

P. 24. N. 9. C. b. L. 34. poſt *femoris* adde: Alius ad capſulam articuli genu, finemque bicipitis brevis it, & cum ramo de vaſto interno erumpente communicat. Alius ad gaſtrocnemium internum & capſulam articulationis, inſertus internae inferiori.

P. 26. N. 10. L. 18. poſt *profundus* adde: Alia deſcriptio rami profundi. Ramorum alter migrat in epiphyſi tibiae, datque capſulae articuli genu ramos, & deorſum in ſequentem communicat. Truncus ſub epiphyſi tibiae incedit, habet trans tendinem extenſoris anaſtomoſin cum tibiali antica, & aliam ſupra tendinem cum eadem, aliam ſurſum cum arteria, quae ex vaſto interno prodit, & femoralis ſoboles eſt, denique ultimam cum azyga in cornu anteriori ligamenti decuſſati.

P. 26. N. 10. C. b. L. 2. poſt *ſuperficialis* adde: ſ. Truncus, ſequitur cartilaginem ſemilunarem externam, huic ramulos dat, venit in patellam ad latus ligamenti extenſorii, recipit inſertum ramum inſignem tibialis arteriae.

P. 27. L. 1. poſt *genu* adde: & perioſteo ejus regionis unum pluresve, tum grandiorem etiam ramum, qui cum limite poplitei ad eum muſculum & cutem it.

P. 27. N. 11. L. 7. poſt *dextr.* adde: inoſculatum etiam ramo grandi ab arteria ſaepe citata, vaſti interni.

P. 27. N. 11. L. 28. poſt *adit* adde: ſequitur trunco ſuo cartilaginem ſemilunarem internam, huic ſurculos exhibet.

P. 27. N. 11. C. b. L. 44. poſt *267.* adde: Dedit etiam eo loco truncus ramum tectum ſoleari, circa fibulam circumductum, qui cuti ſe inmittit.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 492 sur 543

▵ Trochanter minor.
E Triceps magnus.
F Semimembranoſus.
G Vaſtus internus.
H Externus.
I Recti pars inferior.
K Faſcia lata.
L Glutaeus medius.
M Tendo ſartorii.
N Condylus internus femoris.
O Patella.
P Condylus externus.
Q Finis iliaco-pſoae.
R Nervus magnus iſchiadicus.

Vaſa.

A Arteria femoralis reſecta.
B Ramus ad glandulam iliacam.
C Profunda femoris.
D Circumflexa externa.
E Ramus ſuperior.
F Ramus profundus tectus vaſto externo.
G Alter ramus ad perioſteum & vaſtum externum.
H Ramus ad faſciam latam.
II Surculi qui hoc perforato glutaeum medium adeunt.
K Ramus ad vaſtum externum B.
L Surculus ad perioſteum.
M Ramus ad vaſtum internum.
N Truncus inferior circumflexae externae.
O Ramus cutaneus.
P Ramus ad faſciam latam.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 493 sur 543

Q ad vaſtum externum.
R ad internum.
S Pudenda reſecta.
T Alius ramus ad vaſtum internum.
V Circumflexa interna.
X Rami ad articulum femoris.
Y ad tricipitem grandem.
Z Truncus circumflexus.
aa Duo rami profundae ad perioſteum & trochanterem externum.
b Ramus ad perioſteum & vaſtum internum.
c Perforans prima.
d Ramus ad tricipitem grandem.
e ad eundem &
f Semimembranoſum.
g Perforans altera.
h Perforans tertia.
i Ramus ad ſemimembranoſum &
k Nervum magnum.
l Ramus ad bicipitem brevem.
m Nutritia femoris.
n Ramus ad vaſtum internum.
o Alius, unde ſurculus ad patellam deſcendit, inoſculatus cum
p Surculo circumflexae internae inferioris, & cum
q Surculo circumflexae ſuperioris externae.
r Truncus reſectus femoralis arteriae.

RE-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 494 sur 543

REGIO NONA.

DEXTRA TIBIA CUTE NUDATA A LATERE INTERNO, UNA CUM PEDE.

Ossa & Musculi.

A Tibia nuda.
B Ligamentum a patella ad tibiam.
C Solearis pars.
D Gastrocnemii.
E Tendo Achillis.
F Pollicis flexor longus.
G Flexor longus digitorum pedis.
H Tibialis posticus.
I Tendo flexoris longi.
K Talus.
L Os naviculae.
M Cuneiforme primum.
N Abductor pollicis longus.
O Calcanei tuber.
P Tibialis anticus.
Q Extensor longus pollicis.
R Extensores digitorum.

Vasa.

A Ramus circumflexae internae inferioris.
B Ramus ad periostea tibiae & ligamenta.
C Anastomoses cum ramo V.
r Rami a tibiali antica inosculati cum
D Ramo arteriae B.
E Ramus a tibiali postica.
F Surculus adscendens ad periostea tibiae.
G Surculus descendens ad eadem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 495 sur 543

H Alius ramus a Tibiali poſtica cum ramo M frequenter inoſculatus.
I Alius ramus a tibiali poſtica.
K Surculus ad tendinem Achillis.
L Ejus anaſtomoſis cum trunco tibialis poſticae.
M Alius ramus a tibiali poſtica.
N Praelonga anaſtomoſis cum ramo arteriae popliteae ſubcutaneo.
O Ramus ad Gaſtrocnemios.
P Anaſtomoſis cum circumflexa inferiori interna genu.
Q Arteria tibialis poſterior.
R Ramus ad calcaneum.
S Alter.
T Truncus ſe abſcondens.
V Ramus adſcendens & inoſculatus cum G.
X Arteria tibialis antica.
Y Ramus tarſeus.
Z Anaſtamoſis cum peronea poſtica.
a Ramus communicans cum plantari interna.
b Ramus ad metatarſum pollicis.
c Arteria interna pollicis.
d Arteriae tibialis anterioris truncus.
e Rami obiter expreſſi ad metatarſum & digitos.
f Truncus deſcendens ad plantam pedis.
g Truncus peroneae anticae.
h Ramus ad tendines flexorios.
i Anaſtomoſis cum tarſea.

RE-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 496 sur 543

REGIO DECIMA.

TIBIA ET PES SINISTRI LATERIS REMOTIS PRIMIS MUSCULIS.

Ossa & Musculi.

AA Tibia nuda.
BB Fibula nuda.
a Ligamentum patellae.
C Talus.
D Os Naviculare.
E Cuneiforme primum.
F Metatarsi primum. Reliqua non notavi.
G Cuneiforme secundum.
H Tertium.
I Calx.
K Cuboides.
L Gastrocnenii.
M Tibialis anticus.
N Extensor longus pollicis.
O Extensor communis digitorum refectus.
P Pars peronaei longi.
Q Ligamentum interosseum.

Vasa.

A Tibialis antica. 27.)

B Ra-

27.) AD TIBIALEM ANTICAM.

Fascic. V. P. 28. N. 12. Col. b. L. 4. post *reliquisse* adde: Imo alias nutritia tibiae hoc modo orta ramum dat, qui fibulam sub ejus capite circumit, furculumque sursum mittit, in circumflexam externam inosculatum, reliquus trunculus ambit fibulam, & primo anteriori ramo tibialis anticae inosculatur.

Alius proximus etiam posterior ad epiphysin internam tibiae ivit, & cum circumflexa interna in ipsa cartilagine inosculatus est.

P. 28. N. 12. C. b. L. 12. post *anterioribus* adde: Imo egregium arcum facit, in summa epiphysi interna tibiae, cum circumflexa interna inferiori & in ligamento decussato anteriori cum arteria, quae ab azyga emergit.

P. 29. N. 14. C. b. L. 23. post *o. o. o. o. o. o.* adde: Qui extensorem communem adeunt, eorum plerique eo perforato, fibularem longum & cutem adeunt.

Deinde alii inferiores per extensorem pollicis ad extensorem digitorum, hinc ad peronaeum longum, & cutem eunt, fibulamque. Imi non longum, sed brevem peronaeum petunt.

P. 30. N. 17. L. 21. post *inmittit* adde: Loco peronaeae anticae dedit alias tibialis antica duos

B Ramus primus ad ligamentum patellae & condylum externum.

▵ Circumflexa externa inferior genu.

C Ramus alius ad tibialem anteriorem & articulationem genu.

▵ ad caput fibulae & extenſorem longum.

D Ramus ad tibialem anticum, extenſorem communem & fibulam

E ad iſtam ramus & extenſorem.

F F F Ramuli ad tibialem anticum.

G G G Rami eo tecti ad perioſteum tibiae.

H Ramus ad eundem muſculum inoſculatum cum ſequente.

I ad-

duos ramos. Prior in ima fibula natus, hanc & tibiam adiit. Alter in talo ad imam fibulam ivit, & cum priori ſurculo inoſculatus, hinc abductore digiti minimi tectus, ſe in plantarem externam inmiſit.

P. 31. N. 19. L. 22. poſt *duplicem* adde: Qui alias communi trunculo cum arteria, quam continuo diximus, foveae tarſi anteriori prodit.

P. 31. N. 19. L. 26. poſt *primum* adde: Nuper nullo interoſſeo dato, ſed demerſis duobus, recepto ramo metatarſeae, alioque a peronea anteriori, quam ciravimus, majuſculo trunco circa aciem tarſi conflexa inſerta eſt ramo, quem dicemus plantaris externae.

Interoſſeae indicis nuper duae fuerunt. Earum interior nata a trunco tibialis anticae; ubi ſubit inter hallucem & indicem, inſerta eſt in aliquem primorum ramorum plantaris internae indicis. Alter miſtus eſt a ramo tarſeae & perforantis primae, & diviſus, habuit, circa ultimum metatarſum, arcum internum & externum cum digitalibus, plantaribus vicinis, venitque in dorſum indicis, tertiique digiti, & inoſculatus eſt primis ramis a plantaribus ad dorſum venientibus, alio vero trunculo, ut in manu, furcae ſecundo-tertiae plantari.

Omnes vero dorſales interoſſeae habent inter ſe arcus primos circa radicem oſſium metatarſi, deinde alios circa eorum oſſium fines. Ita ſecunda cum prima & tertia, quarta vero cum tertia & quinta unitur. Quintae loco eſt ramus a plantari externa ad dorſum digiti minimi ſurgens.

P. 32. N. 21. C. b. L. 16. poſt *dixi* adde: Finis metatarſeae nuper is fuit ut in cuboide oſſe tarſeae inſereretur, ejusque quaſi ſecunda radix eſſet. Poſt hanc arteriam ad os metatarſi pollicis una alterave, inter ſe & cum plantaris internae ramo, cui etiam ⊙ ſe inmittit, inoſculatae prodierunt, & nonnunquam prius, quam tibialis antica ſe abſcondat, metatarſeae loco hic generatur propria interoſſea intervalli primi.

P. 32. N. 21. C. b. L. 42. poſt *habet* adde: Et duae ſunt propagines arteriae dorſalis pollicis. Prior ſe inmittit ramo dorſali externae volaris hallucis, altera ramo dorſali arteriae volaris internae digiti proximi.

P. 33. N. 21. L. 13. poſt *arteriae* adde: In nupero bono ſubjecto arteria hallucis dedit abductori pollicis ramum, & alium grandem inoſculatum cum ramo interno arteriae plantaris internae, conſcendit metatarſum hallucis, & ramum recepit oſſi naviculari datum (⊙) antrorſum ivit, & circa ultimum os metatarſi pollicis arcum fecit cum dorſali pollicis jam dicta. Ab eo arcu ſurculi in os primum pollicis iverunt. Deinde alius ramus antrorſum tendit, circumivit os ſeſamoides internum, & in primo oſſe pollicis inſertus eſt arcui continuo dicendo: habuit autem ſecundum latus externum oſſis metatarſi pollicis cum prima interoſſea dorſali arcum ſuum. Sequitur porro externam oram oſſis primi pollicis. Dedit ibi arteriam indicis internam. Dedit arcum primum pollicis, cum priori, quem modo dixi. Ita nata eſt arteria interna hallucis. Reliquus truncus tibialis anticae eſt arteria externa hallucis.

Vidi tamen alias ramum demerſum inter primum & alterum os metatarſi ita exiguum fuiſſe, ut hallucis arteria potius ad Plantarem externam pertineret.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 498 sur 543

I adeunte tibiam.
KKK Rami ad extenſorem communem & fibulam.
L Alius major profundus.
M ad extenſorem communem.
N ad imam fibulam.
O Arteria malleoli externi.
P Ramus circumflexus occurrens Peroneae.
QR Duo rami ad malleolum externum ſibi inoſculati.
S Ramus poſterior in foveam tarſi datus.
T Anterior in eandem.
V Anaſtomoſis cum ramo c ſive tarſea.
X Ramus ad malleolum internum.
Y Similis alter.
Z Alius.
a ad talum alius.
b ad foveam tarſi, & tarſum, rete faciens cum ſequentibus.
c Tarſea.
f Rami ejus ad tarſum.
g Anaſtomoſis cum O.
h Ramus oſſis navicularis.
i Surculus ad talum retrorſum iens.
k Surculus circa os naviculare ad plantam pedis conflexus.
l Ramus metatarſeus.
m Indicis interna interoſſea.
n Interoſſea ejus ſpatii externa.
o Arcus circa finem metatarſi.
p Arteriae m inſertio in foveam primo-ſecundam.
q Arteriae n inſertio in foveam ſecundo-tertiam.
r Perforans poſterior prima.
s Arcus metatarſeus.

t Per-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 499 sur 543

t Perforans posterior altera,
u & tertia.
x Circumflexio metatarseae ad plantam.
y Interossea tertia.
z Ramus interior.
α Exterior, inosculatus in arteriam plantarem ejus digiti.
β Ramus ad dorsum digiti.
γ Arteria interossea dorsalis.
δ Arteria plantaris interna ejus digiti.
ε Ramus circa os metatarsi flexus.
ζ Arcus circa finem metatarsi.
ϑ Truncus tibialis aorticae descendens ad plantam.
ι Arteria hallucis.
κ Ramus circumflexus circa os cuneiforme.
λ Ramus circumflexus circa os metatarsi pollicis.
μ Alius ejusmodi.
ν Arcus circa finem metatarsi.
ξ Arteria pollicis dorsalis.
π Arteria ejus plantaris interna.
ϱ Arcus ad unguem.
σ Arteria, unde pollicis
τ Plantaris externa nascitur,
υ & indicis interna.
φ Externa ejusdem.
χ Arcus ad unguem.
ψ Arteria interna digiti tertii.
ω Interna digiti quarti.
a Arteria socia sartorii iens ad condylum internum & ligamentum patellae.
b Arteria a tibiali postica cum priori & cum G conjuncta.

TABU-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 500 sur 543

TABULA POSTERIOR VASORUM CORPORIS HUMANI.

Latus ſiniſtrum habet muſculos plerosque cuti ſubjectos, natibus exceptis, de quibus glutaeus major remotus eſt.

Latus dextrum habet muſculos profundos, qui prioribus remotis ſuccedunt, aut profundiores etiam ſtrati tertii, & nuda demum oſſa.

REGIO PRIMA.

CERVIX.

A capite ad uſque ſcapulas.

Muſculi & partes praeter vaſa aliae.

A Splenius capitis.
B Sternocleidomaſtoideus.
C C Poſteriores auriculae.
D Scapulae levator.
E Trapezius.
F Splenius colli.
G Serratus ſuperior.
H Transverſalis colli.
I Pars conplexi.
K Rectus minor capitis.
L Rectus major.
M Obliquus ſuperior.
N Obliquus inferior.
O Trachelomaſtoideus.
P Cervicalis deſcendens.
Q Tuberculum quod atlanti pro ſpina eſt.
R Proceſſus ejus transverſus.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 501 sur 543

S Secundae vertebrae proceſſus transverſus.
T Spinae vertebrarum inferiorum colli.
V Parotis.
X Glandulae aliquae jugulares.
Y Aliae ex imis.
Z iterum aliae.
r Vena jugularis.

Vaſa Cervicis ſiniſtra.

a Arteria occipitalis 28.) ex ſummo ſplenio exiens.

b Ra-

Ad Tabulam poſteriorem.

28.) AD OCCIPITALEM.

Faſc. II. ad *Occipitalem* jam anno 1745. deſcriptam in *Faſc. II. Tab. Thyr. inf.* addam hoc loco, quae experimenta nuperrima me docuerunt. Adſcendit ex ortu ſuo, & trans venam jugularem inde ſub biventre, per vallem ſub maſtoideo proceſſu transverſa incedit, a CL. ASCHIO pulchre expreſſa, diſp. *de nervo primi paris* f. 4. Primi rami anteriores glandulas jugulares adeunt, venae comites; tum ad biventrem, ſub quo truncus occipitalis incedit, & ad maſtoidei muſculi ortum, proceſſumque mammillarem, & ad trachelomaſtoideum ſurculos edit. Inde auricularem ſaepe gignit, & ramum cum vena jugulari in cranium euntem, etiam dictum *Faſc.* III. *Art. faciei p.* 9.

Hinc tegitur trachelomaſtoideo, & ſecundum rectum lateralem incedit, & ſurculum huic muſculo exhibet, atque obliquo ſuperiori, a CL. ASCHIO pictum, f. V. h. qui alias poſt datum profundum demum naſcitur. Alium e regione etiam proveniſſe vidi, profundum, ad muſculos, qui ab atlantis transverſo proceſſu naſcuntur, (*T. Corp. poſt.*) ſcalenum, obliquum ſuperiorem & inferiorem & transverſarium. Alium ſurſum maſtoidei muſculi origini inmittit, aut prius quam *profundus* aut poſt eum, ut in *Tab. poſt. corp.*

Deinde ſplenio & trachelomaſtoideo, incertos numero ramulos mittit, atque finditur inter obliquum ſuperiorem & trachelomaſtoideum. *Profundus* perpetuus unice, modo pluribus ramis ornatus, modo paucioribus, trans obliquum ſuperiorem incedit, varieque terminatur. Eum & CL. ASCHIUS l. c. f. V. m. & ego pinxi in Tab. *poſt. corp.*

Alias is ramus uno, cuti propiori ſurculo, ſecundum oram trachelomaſtoidei adſcendit in eum muſculum, & complexum, & occurrit ramo adſcendenti arteriae thyreoideae. Hic ramus alias etiam ſeorſim ex trunco provenit. Truncus autem hujus rami, tectus complexo, deſcendit, tranſit trans obliquum ſuperiorem, dat utrique obliquo ſuos ramos, dat ramum ad os occipitis emergentem cum recto majori, cui propagines mittit & conplexo, ipſa vero conplexi oram ſecuta in occiput venit, ſeque ramis, quos dicemus, circa principia conplexorum in arcum conjunctis ſe inmittit *Tab. poſt.* Porro idem ramus profundus deorſum cum recto majore ad eum & inferiorem obliquum ſurculos dedit, & alium ad rectum minorem & atlantem miſit, inoſculatum ſimili ramo lateris alterno, alios ad rectum majorem; Profundiſſimo vero ramo, tectus recto minori, diviſus dedit adipi, perioſteo oſſis occipitis, & uno ramo ad ſplenium erepſit, altero ſecundum cranium circumvolutus, circa os occipitis ſubiit, atque duram membranam cerebelli adiit. Haec fuit fabrica, ad quam icon *Tab. Poſterioris* delineata eſt.

Vidi alias hunc profundum ramum trunco ſuo iviſſe ad utrumque ſuperiorem & inferiorem obliquum & conplexum. Rami autem in eo exemplo duo oſſibus propius ſe inmergebant. Alter inter os occipitis & rectum ſuperiorem, transverſus ad rectum utrumque ivit, qualis etiam fere in magna tabula noſtra pictus exſtat. Alter tectus proceſſu transverſo atlantis deſcendit, & inoſculatus eſt, magna anaſtomoſi, in ramum arteriae vertebralis, ſub eo atlante ortum.

Alias dedit ſurculum ſplenio & conplexo, iſtoque tectus eſt, dedit autem ramum trachelomaſtoideo, inde conplexo, tunc obliquo inferiori, & ramum inter eum obliquum & rectum majorem, in utrumque miſit, quem modo dixi, aliumque ramum, qui cum aliis ſurculis

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 502 sur 543

b Ramus alius circumlegens originem ſternomaſtoidei.

c Alius ramus profundior.

culis muſculi occipitalis ad eum rectum venientibus coiit. Truncus tectus recto majori, in hunc & minorem, partim abiit, & ſecundum minoris oram cum vertebrali arteria anaſtomoſin habuit, profundiori autem trunculo in ipſo atlante cum trunco alterni lateris inoſculatus fuit.

Alias idem ramus in medio obliquo ſuperiori natus deorſum inter ſplenium & ſubjectos muſculos ivit, & ibi diviſus eſt. Superficialis ſurculus in ſplenium in trapezium conſumtus finem ſui fecit. Profundior ſub margine obliqui ſuperioris deſcendit, &, trans eum muſculum, communicavit cum ramo arteriae vertebralis, ſuper atlantem orto, ut in Tabula ASCHIANA f. V. *m. p.*

Alias introrſum ivit ad ſplenium, conplexum obliquum ſuperiorem, rectumque majorem, & infra atlantem deſcendit, trunculo vero ultimo, tectus minori recto, ad os occipitis ſuper atlantem venit, & cum ipſo recto minori ad aliquam partem occipitis diviſa eſt.

Alias exiguus fuit, ortu & inceſſu ſimili, verum cum arteria ſuper atlantem a vertebrali nata, adeunte obliquum inferiorem, rectum majorem & conplexum continuo coivit. Quae vero ab occipitali naſcebantur propagines, eae in obliquo ſuperiori & in recto majori manſerunt.

Alias ita parvus fuit, ut unice adiret obliquum inferiorem & inſereretur continuo ramo ſuper atlantem nato a vertebrali arteria, quae hic obliquos, rectosque & conplexos adiit, vicaria arteriae occipitalis, & ipſa cum thyreoidea anaſtomoſin habuit.

In Clar. ASCHII deſcriptione ad obliquos, rectum majorem & conplexum ivit, atque cum vertebrali anaſtomoſin habuit aliamque cum thyreoidea f. V. *m. qu. qpr*, ad poſteriores ergo deſcriptiones noſtras accedit.

His omnibus comparatis adparet, ramum ipſum profundum perpetuum eſſe, ſed aliquando manere circa proceſſum atlantis transverſum, inque vicinis muſculis, alias autem ſurculis ſuis interiora petere, atque ad os occipitis, duram matrem, minoresque rectos finiri.

E regione fere hujus rami profundi oritur ex maſtoidea emergens ramus, per partem occipitis exteriorem in perioſteo diviſus, & nonnunquam ad maſtoideum muſculum, a quo naſcitur Meningea ab Occipitali, quae inter proceſſum mammillarem & os occipitis per canalem pene perpetuum incedit, etſi ſaepius deeſſe Cl. Vir AL. MONROUS reliquit *anat. of the bones* p. 97. Venam ſociam (non arteriam) cranium ſubeuntem expreſſit EUST. T. XXIV. Arteria vero a nobis dudum picta, in *Tab. Thyreoid. inf.* & eſt *l.* ASCHII l. c. ſoletque ab origine intima obliqui ſuperioris fere prodire, dum truncus occipitalis ſplenio tegitur, trans eum, quem dixi obliquum aut ſuper eum. Is datis ad perioſteum proceſſus mammillaris ſurculis, canali proprio cranium perforat, in angulo ſub tentorio, ad partem extremam oſſis petroſi, & alio ſurculo adit cartilaginem, quae eſt inter os petroſum & occipitis; altero majori, deſcendit ad ſedem ſinus transverſi & ſecundum confinia oſſis petroſi & occipitis, per duram membranam foveae inferioris cerebelli diſperſo. Hanc arteriam nunquam deſideravi, quoties eam quaeſivi.

Vicina autem alia minor meningea, non rariſſima reperitur, ut olim diximus ad eam tabulam, quam modo citavimus, & expreſſit CL. ASCHE ad K. Alias ab eodem trunco duas natas vidi. Verum alia etiam meningea ab occipitali nobis dicta eſt, quae per magnum foramen ivit, & alia denique a ſequente ramo profundo minori naſcitur, qui utrumque rectum adit, & cujus mentio continuo fiet.

Circa hanc meningeam aliae ad occiput eunt, per galeam Aponeuroticam late ſparſae, una, duae, incerto numero. *Tab. poſt. lat. dextr.*

Et porro truncus occipitalis, tectus ſemper origine ſplenii, pergit ad medium caput. Confer. *lat. dextr. tab. dictae* cum *ſiniſtro*.

Alii vero rami contrario modo deſcendunt ad cervicem, qualem prius natum, quam profundus, & ad conplexum euntem CL. ASCHIUS depinxit f. V. r. qui alias & hunc muſculum adiit, & obliquum ſuperiorem. Deinde alium, dum truncus ſplenio tegitur, ad conplexum deorſum dat, unum duosve. Ramum ad conplexum exprimit tabula EUSTACHII XXIV. A ad W. CL. ASCHIUS. Alios ad ſplenium ibidem natum ſurculum pluresve dat, quorum unus major ſurculis ſuis prope os occipitis in cutem ivit. Eorum aliquis in ſplenio cum ramo arteriae vertebralis etiam inoſculatus eſt. Ramum ſplenii EUSTACHIUS etiam habet l. c.

Alii rectum majorem adeunt, parvi & numeroſi.

Inter ramos vero deſcendentes arteriae occipitalis eſt nonnunquam, & in exemplo noſtro, *profundus alter* non perpetuus, qui datis recto minori & obliquo ſuperiori ramis *Tab. poſt. lat. dextr.* rectoque majori, hunc perforat, interque eum & minorem, tum tectus minore, inter eum & os occipitis pergit, atque adit duram membranam naſcentis medullae, & perio-

d Au-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 503 sur 543

d Auricularis posterioris ramus temporalis.
e ejusdem ramus auricularis.
f Ramus arteriae thyreoideae *cervicalis*. 29.)
g Sur-

periosteum ossis occipitis circa magnum foramen. Ab eo venit ramus retrogradus, comes recti majoris, atque inmissus transversis ramis occipitis, inque hoc etiam os consumtus *Tab. modo cit.* Alias ita se habuit. Migravit trans obliquum superiorem, dedit & huic & inferiori ramum, aliumque inter rectum majorem & obliquum superiorem, ad hunc potissimum. Ipsa perforavit rectum magnum, demersit se declinando introrsum, inter eum rectum, & minorem, & conplexum, & perforavit os occipitis ad aliquot super magnum foramen lineas, duramque membranam adiit.

Et nunc dat alium ad periosteum occipitis ramum, late regnantem, & ad glandulam unam alteramve conglobatam ibi positam. Truncus ex summo conplexo effertur, emittit ramum transversum, qui emergens circa conplexi oram circumiens introrsum simili alterni lateris ramo occurrit, ab ASCHIO nostro pictus ad z. y. & a nobis in *Tab. post. lat. dextr.* cui etiam inseritur ramus profundae propaginis adscendens, jam dictus. (l. c.) Ab eo ramo, & ad conplexum, & ad occiput multi furculi eunt. Transversum hunc ramum etiam EUSTACHIUS pinxit l. c. Alii hujus furculi medii ossis occipitis subcutanea adeunt.

Reliqui rami insignes unus, duove, ex medio splenio exeunt, adscendunt, & subcutanee atque late ad os occipitis & sincipitis in adipe inter cutem & galeam aponeuroticam dividuntur, cumque frontalibus varie in sincipite inosculantur, & in fontis pulsatilis sede cum ophthalmicis. Conf. *Tab. post.* EUSTACH. l. c. ASCHE. l. c. S. S.

Eorum in exemplo alter exterior, natus ad finem internum mastoidei inter splenium & conplexum, dedit etiam ramos splenio, duos, aliumque per trapezium, qui cutaneus emersit, & alium late per medium occiput sparsum, & ipse in superficie occipitis & cognominis musculi & galeae aponeuroticae cranii multis ramis desiit.

Alter interior versus concursum complexorum ivit in periosteum occipitis, ejusque ramus legit oram splenii, & huic finique trapezii & conplexo dedit. A splenio vero ad trapezium duo rami perforarunt, ab EUSTACHIO forte expressi T. XXIV. Verum haec incerta sunt.

Varios autem ramos vertebralis arteria mittit, qui modo miscentur occipitalibus, modo vicem eorum supplent. Ita magnum ramum muscularem super atlantem natum aliquoties vidi, ad rectos, obliquum superiorem, inferiorem & conplexum, cum thyreoidea etiam inosculatum, & cum occipitalis profundo ramo. Alias uno ramo retro rectum majorem transversus per minorem incessit, altero ante eum musculum, tertio inter eum & obliquum inferiorem, cui dedit, & in conplexum absumtus est.

Sub primae vero vertebrae processu articulari magnum ramum produxit, qui conplexum & levatorem scapulae adiit, & cum profunda colli ampliter inosculatus est.

De auriculari, quae saepe ab occipitali nascitur, addo, prospicere eam etiam posticis musculis auriculae, & biventri, atque mastoideo, atque ramo suo circumlegisse originem trapezii, atque media fere in cervice cum ramo profundiori thyreoideae inferioris communicasse. Trunco suo partim ad auricularem, & partim ad posteriora temporum dividi, alias dictum est.

29.) THYREOIDEA INFERIOR.

Fasc. II. Thyreoideae inferioris truncos adscendentes jam olim dixi aliquot esse, ad tres usque, qui ad cervicis posteriora veniunt. Hic exprimitur idem, quem in historia ejus arteriae majorem dixi, qui sub tertia quintave colli vertebra, cum transversario colli musculo retrorsum adveniens, tectus omnibus musculis ibi depictis, trachelomastoideo & cervicali descendente, splenioque & levatore scapulae, adscendit cum spinali colli, perque obliquum inferiorem ramos dat ad rectum majorem, ad minorem advenit, & denique ultimo finitur in transversam occipitis coronam *Tab. post. dextr.* Idem non raro cum cervicali profunda, intercostalis primae propagine, cum vertebrali, aut occipitali, aut communi utriusque ramo anastomoses habet. Priores dixi l. c. & vidi multiplices fuisse, ut in recto majori ramo arteriae vertebralis, & infra obliquum inferiorem alteri sub atlante nato inseretur. Eum ramum forte *auricularem posteriorem* vocat WINSLOW. III. n. 293. & ex eo Cl. Viri VERDIER II. n. 340. & BARBAUT p. 397. Dubitari tamen posset. Etsi enim uniones cum occipitali & vertebrali & musculi cognomines satis respondent, non tamen convenit quod sub septima colli vertebra, aut per ejus processum perforatum ajat advenire. Id enim cervicali potius imae, ab intercostali suprema natae, respondet.

Cer-

g Surculus inde ad claviculam.
h Ramus ad muſculos colli ſubcutaneus.
i Ramus ad glandulas.
k Alius ad ſplenium muſculum.
l ad eundem alius.
m Ramus profundior.
n Truncorum profundiorum ramuli ex ſplenio erumpentes.
o Ramus cervicalis profundae legens oram complexi, & inſertus arcui ambeunti muſculum conplexum.
p Arteria *dorſalis ſuprema.* 30.)
q Ramus ejus.
r cujus unus ſurculus ad claviculae & ſcapulae confinia, alter
s ad ſuperſpinalis ſedem & ſpinae ſcapulae principium.
t ad eundem & ad ſplenium.
u ad

Certius eſt ramus profundus WALTHERI ad ſcalenum, cervicalem deſcendentem, trachelomaſtoideum, transverſalem, ſpinalem & longiſſimum l. c. p. 12. Eſt *cervicalis externae ramus poſterior.* WREDE T. XV. Anteriores demum rami adſcendentis propagines anulos in corporibus vertebrarum perpetuos ad caput uſque faciunt.

Alius ejus ſurculus ad muſculos a ſecundo, tertio & quarto transverſo proceſſu ivit, adque ſpinalem & earum vertebrarum membranas, qualem expreſſit ASCHIUS. Nam hujusmodi minori ramo thyreoideae adſcendentis ſub tertia vertebra advenienti convenit icon CL. VIRI, & ipſum eum ramum cum vertebrali coire & majuſculum fuiſſe vidi.

Transverſus Ramus Thyreoideae inferioris in hiſtoria hujus arteriae dictus & ipſe pictus eſt. Tectus maſtoideo advenit, dat huic muſculo cutique magnum ramum, aliumque, qui uno ſurculo deſcendit in trapezium, glandulasque a muſculo tectas, alio ſurſum ad ſplenium, levatoremque ſcapulae & glandulas interiori hujus muſculi lateri adpoſitas. Truncus in ſplenium colli & capitis finitus eſt, ut ramum etiam complexo & trachelomaſtoideo impertiret.

Denique ramis thyreoideae thymicas adde, quas frequenter ex confiniis glandulae thyreoideae ad cornua ſuperiora thymi demittit.

30.) DORSALIS SUPREMA.

Sequitur inter arterias colli *dorſalis ſuprema* de qua diximus Faſc. VI. p. 6. neque valde habeo, quod addam niſi haec verba. Ab ea natus ramus trapezium adiens, perforat eum muſculum, & cutaneus longe lateque ſpargitur, atque inoſculatur iis, quae ſpinis vertebrarum proximae prodeunt, natae a cervicali profunda. Vidi tamen aliam ab hac ſuprema dorſali arteriam, inter ſplenium colli & ſcalenum ſecundae coſtae exiiſſe, & deſcendiſſe ad rhomboideum, cum anaſtomoſibus in arterias ex intercoſtalibus, quae proxime ſpinas vertebrarum exeunt: aliis vero ramis, in ſplenium utrumque & ſerratum poſteriorem ſuperiorem inpenſum.

Deinde cervicales imae exiguae ſuperſunt, qualem dixi *Faſc. II.* ad voces *cervicalis alia minor inferior.* Talem aliquoties ab eo tempore vidi, a ſubclavia natam, & ad duo intervalla vertebrarum imarum colli euntem: alias ut in icone *poſt med. ſpinalis* ad quartum quintumque intervallum, cum ramis ad cervicalem deſcendentem, transverſarium & ſplenium. Haec eſt *vertebralis parva*, quae per ſeptimam & ſextam vertebram colli tranſire dicta eſt CL. HENKELIO *Samlung II.* etſi nunquam hunc ramum vidi proprie per proceſſum foramina tranſire.

Alias alia thyreoidea inferior ex trunco communi ſubclaviae nata vulgari acceſſit.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 505 sur 543

u ad levatorem ſcapulae.
x Ramus ejus perforato levatore adiens ſplenium colli & capitis.
y Alter ejus ſurculus ſplenium colli adiens,
z Alius ramus profundior ad transverſalem, ſplenium colli &c. tectus ſerrato ſuperiori.

Vaſa cervicis dextra.

α Arteria occipitalis.
β Trunculus profundior ejusdem.
γ Ramus ejus ad obliquum ſuperiorem.
δ Ramus recto majori tectus, iens ad minorem.
ε Ramus ad obliquum inferiorem.
ζ Ramus ad perioſteum atlantis.
η Alius ramus arteriae occipitalis ad trachelomaſtoideum.
θ Arteria ab occipitali ad duram membranam cerebri.
ι Ramus occipitalis ad duos rectos.
λ ad rectum minorem.
μ Arcus occipitis inoſculatus ſimili ramo lateris oppoſiti.
ν Ramus profundior ad perioſteum.
π Arteria thyreoidea adſcendens.
ϱ Ramus ejus ad cervicem.
σ Ramus ad obliquum minorem & in arcum occipitis.
τ Arteria cervicalis profunda a ſubclavia. 31.)
υυ Ra-

31.) CERVICALIS PROFUNDA. *Cervicalis profunda* dicta eſt in faſciculo II. aliqua vero oportet ſupplere. Plerumque ab eo tempore reperi, eſſe propaginem intercoſtalis ſupremae, quae eſt a ſubclavia, & de qua continuo dicemus. Rarius proprio trunco a ſubclavia naſcitur. Ita de ſua arteria ad muſculos poſteriores ad occiput eunte reliquit VESALIUS p. 487. & de ea quam *muſculam* dixit IACOBUS SYLVIUS *Iſag. anat.* p. 38. b. C. BAUHINUS p. 239. DIEMERBROECKIUS & alii. Ita etiam natam expreſſit I. DRAKE l. c. n. 20. & ita ſe habuit in cadavere, unde Tabula IV. *faſciculi* VII. picta eſt. Aliquando cum thyreoidea communi trunco natam reperi. A vertebrali ortam vidit WINSLOWUS, cui eſt *cervicale poſterieure* III. n. 93. tum ii qui hunc CL. VIRUM ſequuntur BARBAUT p. 397. dudumque GALENUS *de arter. & venar. diſſ.* c. 9. Mihi ea fabrica nunquam occurrit.

Quando ex intercoſtali oritur, ex ejus ramo dorſali primi intervalli prodit, ad interiora poſteriora ſcaleni primi, retro thyreoideam inferiorem. Ubi orta eſt, dat fere continuo ramum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 506 sur 543

ττ Rami erumpentes in complexum.
φφ Rami ad ſpinalem colli.
χ ad obliquum inferiorem.
ψ ad ſuperiorem.
ω Ramus ab η ad ſplenium erumpens.
1 Rami dorſales ſcapulae ad levatorem & ſplenium colli.
2 Ramus ad ſpinalem tectus ſerrato ſuperiori.
3 Arteria dorſalis ſcapulae.

REGIO SECUNDA.
DORSUM ET SCAPULA.
Muſculi.

A Superſpinalis.
B Trapezii origo a ſpina ſcapulae nata & reclinata.
C Rhom-

ramum minorem ad inferiores vertebras colli ſextam ſeptimamve, & cognomines nervos, & ad muſculos ab ea ſede natos, & ad meduilam ſpinalem, & in canalem arteriae vertebralis. Hic ramus alias ex trunco intercoſtali ſupremo prius naſcitur, quam cervicalis profunda ab eo ſeceſſit, alias a ſubclaviae trunco, qualem diximus in *hiſt. art. thyr. inf.* ad voces *infimae vero partes colli* ut modo diximus. In tabula V. faſciculi VII. exprimitur ad 6. T. ibique duo diverſi rami ſunt, qui ſub quarta, quinta & ſexta vertebra colli medullam adeunt. Quando ſeorſim oritur, eſt *Cervicalis ima parva* jam dicta.

Truncus ejus arteriae emergit ſuper coſtam primam aut ſecundam, hoc quidem modo rarius, ad latus externum muſculi ſpinalis colli, adſcendit, tectus proceſſu transverſo ſeptimo colli, vel per ejus foramen tranſit, quo aliquanto rarius is proceſſus pertunditur. Ejusmodi tamen fabricam habet I. B. WINSLOW III. n. 93. ejusque ſequaces. Dat multifido ſpinae furculum, dat ad eum & longiſſimum deorſum ramum, dat transverſo colli, ſacrolumbo, & primo levatori coſtarum ramum, & alium ramum ad ſpinalem, quales ſolent ad cutem ſe efferre, ad quintam aliamve vertebram cum trunco, quem diximus, in ipſo ſpinali inoſculatum; dat alium ad inſertiones muſculorum, qui a transverſis vertebris veniunt, ſcalenum brevem lateralem, longum inſertum etiam furculo proximo prioris, ſurſumque alium, profundum, ad ſextam ſpinam, qui anaſtomoſin cum profundae cervicis trunco habet.

Adſcendit inter ſpinalem, eum & complexum incumbens primo transverſoſpinoſis, deinde ſpinali dat utrique furculos, dat muſculo incumbenti conplexo, perque eum perforatum trapezio, demumque etiam eo penetrato in cutem ramum inoſculatum furculo arteriae occipitalis; tum alios quinque profundos tectos ſpinali, qui vertebrarum colli ſuperficiem perrerant & multifido, interſpinalibus, ſplenio colli, ſpinalibus muſculis; tum alios propiores ſuperficiei, ad ſpinalem & conplexum; tum profundiores, verſus vertebrarum ſpinas, qui his ſpinis proximi erumpunt, & cutanei fiunt, interque ſe mutuo anaſtomoſes faciunt, inter cutem & trapezium, quales ramos ſub 6. 5. 4. 3. & 2. vertebra colli vidi. Alios e regione dat ad proceſſus transverſos, tectos carnibus muſculi ſpinalis, ad muſculos ab iis proceſſibus natos, qui uti priores, muſculis a transverſis proceſſibus natis dati, cum ramis proximis conveniunt.

Adſcendit porro trunco ſuo ad uſque rectum majorem & obliquum ſuperiorem, & alias major, ad tertiam vertebram colli finditur. Ramus interior venit in ſpinalem & interſpinalem primum, rectum majorem, obliquum majorem, perioſteon vertebrarum. Exterior obliquum inferiorem adit, eo tectus, tunc complexo ramum mittit, & ſub atlante inoſculatur ramo notabili, qualem vertebralis arteria ſub ſecunda vertebra emittit. Idem ligamentis vertebrarum dat & perioſteo. Talem anaſtomoſin habet WINSLOWUS III. n. 94. & cum occipitali aliam, jam dictam nobis n. 93. qualem etiam deſcriptionem habet CL. TARINUS l. c. n. 40.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 507 sur 543

C Rhomboideus muſculus remotus.
D Infraſpinalis.
E Teres major.
F Serratus anterior major.
G Longiſſimus dorſi.
H Sacrolumbalis.
II ejus inſertiones exteriores.
K Obliquus abdominis deſcendens.
L Obliquus adſcendens.
A Sedes renis.
12 11 10 9 8 7 Coſtae cognomines.
M Tres inſertiones ſerrati inferioris.
N Levatores coſtarum.
O Spinalis colli.
PP Inſertiones cervicalis deſcendentis.
Q Scapula nuda.
R Multifidus ſpinae.
S Quadratus lumborum.
TT Ligamentum obliquum coſtarum.
V Ligamentum perpendiculare coſtarum.
12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 Coſtae cognomines.
X Clavicula.
Y Glandulae alares.

Vaſa dorſi lateris ſiniſtri.

aa Dorſalis ſuprema legens ejus oſſis oram.
b Rami ad ſerratum.
ccc Rami ad rhomboideum.
d ad trapezium rhomboideo perforato.
e Anaſtomoſis cum intercoſtali ſeptimi intervalli.

f In-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 508 sur 543

f Intercoſtalis ſexti intervalli 32.) ramus, emergens ad rhomboideum & ſerratum.

g In-

32.) ARTERIA INTERCOSTALIS SUPERIOR.

Intercoſtalis ſuperior cervicalem profundam pro propagine ſaepe emittit. Ea mihi quidem perpetuo reperta eſt, etſi minime negaverim, potuiſſe corpora fuiſſe, in quibus deficeret, qualia videntur ſe obtuliſſe EUSTACHIO T. XXVI. atque nuper I. R. GARENGEOTIO (conf. *faſc.* III. *art. thor.* p. 36. & *Comm. Boerh.* III. p. 16.) qui in priori operis ſui editione perpetuo nullam eſſe eam arteriam propoſuit, quam nunc dicemus, in poſteriori vero editione, ab ipſa evidentia convictus, ipſe varietates aliquas hujus arteriae, neque infrequentes adduxit, quas tamen ita interpretor, ut communem fabricam credam adfuiſſe, quando a cervicali ramos intercoſtales ſupremos aut idem deducit p. 160. aut I. B. WINSLOWUS III. n. 107. Omnes etiam intercoſtales ab aorta natas vidit Vir CL. P. C. FABRICIUS in *progr.* p. 13. Ex vertebrali arteria intercoſtalem ſuperiorem oriri nunquam vidi, quale quid habet c. F. ESCHENBACH. p. 830. Antiquitus ea caeterum opinio communis fuit, haec enim refero, *arteriam propagines emittentem, ad pectoris primas coſtas & ad ſex colli vertebras & claviculae loca vicina humero tenus, quae ad primas thoracis coſtas dividitur, extraquè thoracem ad ſpinales muſculos emergit, & per foramina ſex vertebrarum adſcendit.* GALENUS ea verba habet *de arter. & venar. diff.* c. 9. quibus videtur in unum truncum colligere arteriam vertebralem, intercoſtalem ſupremam, cervicalem profundam, & alias forte vicinas arterias. A mammaria natam I. IACOBUS RAVIUS deſcripſit *amphitheatr. Zoot.* p. 103. de qua fabrica valde dubito. A radice thyreoideae inferioris natam vidi. Duas fuiſſe & WINSLOWUS & WALTHERUS autor eſt *de vas. vertebr.* p. 3. mihi vero ea fabrica non occurrit. Originem caeterum pene perpetuam reperi a ſubclavia, ex eo conferto agmine ramorum, qui fere una naſcuntur & quem IACOBUS DRAKE expreſſit, in quo thyreoidea inferior & vertebralis ſurſum, mammaria anterior deorſum, & noſtra perinde poſterior deorſum tendit ſodalis nervi intercoſtalis, primique ganglii pectoralis. Originem vide in *T. priori thyr. inf.* tum in faſcic. VII. T. IV. & V. Deſcendit ad exteriora nervi intercoſtalis in primum intervallum, ramumque dorſalem, uti reliquae intercoſtales, edit, qui proxime articulationem coſtae ſecedit ad dorſum. Alter ramus eſt intercoſtalis propria ſuprema, cujus duo ut dicam trunci ſunt. Eſt, ubi hic manet intercoſtalis ſupremae truncus, neque valde infrequenter. Saepe tamen ante coſtam ſecundam deſcendit ad intervallum alterum. Ibi aliquando occurrit arteriae intercoſtali primae, cumque ea conjuncta facit truncum ejus intervalli ſuperiorem, dum inferior unice pertinet ad aortae propaginem. Tale quid etiam *Tabula Thyreoideae inferioris prior.* depinxit. Ex eo conjuncto trunco, aut ab intercoſtali ſuprema ſola, naſcitur ramus dorſalis alter, de quo dicetur. Eſt ubi utraque intercoſtalis arteria ſecundi intervalli a ſuprema naſcitur, & praeterea truncus ad intervallum tertium deſcendit *Tab. Thyr. inf.* I. & vel unum vel alterum etiam truncum generat, atque demum trans quartam coſtam cum intercoſtali aortica ſuprema coit. Haec mihi maxima hujus arteriae longitudo viſa eſt, & ita intelligo numeroſos ſcriptores, qui ad quartam coſtam hanc ſuperiorem intercoſtalem deduxerunt. Varietatem recte admiſit VERHEYENIUS L. I. p. 277. & ad duo, tria, quatuorve intervalla ire reliquit. Supereſt ut ramos dicamus.

Dorſalis prima ſive primi intervalli minima ſodalium, ramo primo medullam ſpinalem adit, jam dicta, ſub vertebra octava T. V. *med. ſpin.* WALTHERUS eandem dixit p. 5. Ramus inde prope ſpinam dorſi primam, emergit ad ſplenium, dorſi latiſſimum, adque multifidi originem, & cutem. Porro alius ramus inter cervicalem deſcendentem & ſpinalem, ad utrumque abit: aliusque inter longiſſimum & ſacrolumbalem ad ſplenium, & ſerratum ſuperiorem tendit, ſequenti intervalli ſecundi inoſculatus. Hujus ſurculus ſplenii tendinem perforat, adque trapezium & cutem exit. Talem habet EUSTACHIUS T. XXIV.

Trunco ſuo haec prima dorſalis adſcendit in multifido ſpinae, dat incumbenti longiſſimo, & ſerrato colli; & altero ſuo trunculo tecta multifido vertebras adit, & verſus ſpinas tendit, a quibus, uti dixi, ramus cutaneus erumpit; habet WALTHERUS p. 6. Trunco vero ſuo fit cervicalis ima, niſi ea ſingulari loco a ſubclavia provenit. Ita in paucis experimentis ſe habuit, in exigua arteria, quam timidius propono, & cujus rami alias melius cervicali profundae imputantur.

Certius dorſalis altera ab intercoſtali ſuperiori emergit, ad latus internum ligamenti, quod a qualibet coſta ad proximam deſcendit; ab eo ramo emergunt fere ſimiles, quales a primi dicti ſunt, & primus ad ſpinalem medullam in T. V. expreſſus ad 41. & 42. Ejus trunculi eadem natura eſt, ut uno ramo ad multifidum ſpinae & longiſſimum, altero ad vertebrae ſuae perioſtea dividatur. Cum priori trans proceſ-

ſum

g Intercoſtalis ſeptimae ramus emergens.
h Surculi emergentes in latiſſimum dorſi.

i In-

ſum transverſum anaſtomoſi coit, tum cum intercoſtali intervalli tertii. Emergunt ex eo, uti a priori dorſali, interior ramus ad ſplenium, latiſſimum dorſi, cutemque, tum alius exterior inter ſpinalem & cervicalem deſcendentem ad utrumque hunc muſculum & ad transverſum colli. Hos in *T. poſt. corp. tot.* expreſſi.

Intercoſtales ramos duos ab hoc trunco, ut in mediocri fabrica, derivabo, ſuperiorem de more & inferiorem. Uterque ligamento, quod dixi, ſeparatur a trunco dorſali, uterque minor eſt, quam in ſequentibus intervallis, ut tamen hic inferior potius major ſit. Ea inferior propago inter duos ordines muſculorum intercoſtalium decurrit, ſecundum marginem ſuperiorem coſtae ſecundae; illa ſuperior minor in perioſteo incedit, & pleura, & ad inferiorem duos ramos anaſtomoticos demittit. Dat utraque ſcaleno poſteriori, coſtis ſuis primae & ſecundae, intercoſtalibus, ſerrato ſuperiori, quem anteriorem & majorem vocant, & utraque cum thoracica ſuperiori anaſtomoſi facta coit. *Tab. art. brach.* I. & II. *r. s.* Sic in altero coſtarum intervallo truncus abit in arteriam inferiorem & ſuperior nonniſi ramus eſt, quem proxime vertebras emittit. Hi duo rami inmittunt ſe in ramos demerſos thoracicae primae *Tab. art. brach.* I. *a* 2. Quaelibet autem intercoſtalis arteria numeroſis ſurculis ſolet coſtarum vicinarum perioſtea pingere, transque coſtas cum vicinorum truncorum ſimilibus ſurculis varie inoſculari, tum qua ſede pectus reſpiciunt, tum in averſa dorſi regione. Deinde ad corpora vertebrarum anteriora ramos dare ſolent, varie cum iis irretitos, quos intercoſtales aorticae ſuperiores generant. Paulo rariores rami ſunt, quos in pectore hae intercoſtales edunt, ad bronchum, glandulas adſidentes, oeſophagumque, analogos bronchialium ſuperiorum, quales frequentius truncus ſubclaviae proprio loco generat. Neque penitus ſurculos diſſimulabo, quos ganglio cervicali infimo, aut thoracico ſupremo exhibet.

RELIQUAE INTERCOSTALES.

Sequuntur *intercoſtales*, quas aorta generat, & quarum numerus mediocris novem truncorum eſt, quoties intervalla duo ſuperiora a ſubclavia ſuas intercoſtales arterias habent. Neque tamen exempla deſunt, aut decem intercoſtalium aorticarum, quoties ſolum primum intervallum a ſubclavia irrigatur ut in T. IV. faſc. VII. aut octo, quando eadem ſuas propagines ad tria ſuperiora intervalla mittit. Deinde neque hoc rarum eſt, deeſſe truncum aliquem intercoſtalem, ut duo intervalla ramos intercoſtales ab una ex aorta radice habeant, unde quidem nihil in reliqua hiſtoria mutatur. Ejusmodi exempla etiam habet I. B. WINSLOW. III. n. 118. Paulo aliam varietatem IOSEPHUS LIEUTAUD propoſuit. *Eſſais d'anat.* p. 487. arteriam nempe intercoſtalem tam dextram, quam ſiniſtram, uno trunco ex aorta natam. Contra, cum minime rarum ſit tredecim in uno corpore coſtas eſſe, unitate numerus harum arteriarum non rariſſime augetur. Superiores intercoſtales, excepta ſuprema, minores ſunt, deorſum mole augentur, illis enim thoracicae ſubveniunt.

Omnibus commune eſt, a parte laterali poſteriori aortae prodire, ad angulum, quem mutatus ſitus cordis poteſt retrogradum facere, qui tamen omnibus integris, potius recto paulo minor eſt, EUSTACHIO conſentiente T. XXVI. etiamſi, quando progreſſum totum arteriae conſideramus, angulus cum aorta retrogradus videri poteſt, ut in *Tab.* IV. & V. faſc. VII. & apud WINSLOWUM. T. III. n. 115. Addi vero oportet, etiam tunc, quo quaelibet arteria inferior eſt, eo angulo recto propiorem eſſe. Conf. eas Tabb. quas citavi.

Pleraequae intercoſtales ex ipſa origine minutos ramos cum ſodalibus venis edunt, ad mediaſtinum & oeſophagum.

Omnes etiam id commune habent, ut proxime capitulum ſuae coſtae in duos ramos diſcedant, *dorſalem* ad muſculos dorſi ſe penetrantem, ſpinalemque medullam, & *intercoſtalem*, qui continuo iterum diviſus duobus parallelis truncis coſtarum ſuarum oras tegit, & ad anteriora, mediumque & remotiſſimum a vertebris trunci locum tendit, a quo tamen inferius a mammariis & epigaſtricis diſtinentur, quae eam mediam ſedem perpetuo tenent, deinde ſuperius a thoracicis.

Dorſali trunco commune eſt, exire ad interiora ligamenti, quod a quolibet transverſo proceſſu, ad eundem proceſſum vertebrae proximae deſcendit, in *tab. poſt. corp. fin.* expreſſum. Is porro ramus dat ſpinali columnae ſuum trunculum, niſi is paulo prius, a nondum diviſo trunco natus eſt, uti nuper monuimus. Ejus ſpinalis rami duo ſunt ſurculi, anterior & poſterior. Ii per interiorem faciem vertebrarum diviſi in media ſede & ad ſpinas, & ad corpora ſibi occurrunt, rete facto. Habet VESALIUS p. 489. Eorum aut propago eſt, aut proxime certe naſcitur, ramus qui medullam ſpinalem ipſam adit, ut in *faſcic.* VII. diximus. Deinde ramus dorſalis in multifido ſolet trunco ſuo introrſum tendere, dare huic

&

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 510 sur 543

i Intercoſtalis octavae ramus emergens.
k Intercoſtalis nonae ramus ſimilis.

l ejus

& incumbenti longiſſimo & ſemiſpinali ramos, tum latiſſimo dorſi, ſerrato ſuperiori inferiori. Impoſitos multifido, reſecto fine, pluſculos expreſſi in *tab. poſt. corp. tot. lat. dextr.* Habet dorſalem truncum, ſed breviter VESALIUS p. 489. vocibus iſtis *ad muſculos thoracis & vertebrarum*, & WINSLOWUS T. III. n. 119.

Hujus praeterea dorſalis trunculi praecipui aliqui rami ſunt. Eorum alter tectus multifido perioſtea vertebrarum pererrat exterius. Hi cum ſui ſimilibus circa radicem proceſſus transverſi perpetuos arcus facit, ut ſecundus cum tertio & quarto inoſculetur, & ex ordine reliqui. Pro uno ſurculo non raro duo ſunt, quorum ſuperior anaſtomoſin ſuperiorem trans ſuum proceſſum transverſum facit, inferiorem inferior. Hujus rami finis erumpit ad ſpinam, ligamenta vertebrarum, tendinem latiſſimi, ſerratos, cutemque, minor tamen priori *Tab. fin. corp. tot.*

Alter exit uno ſurculo inter longiſſimum & ſemiſpinalem, ad utrumque muſculum, & ex longiſſimo etiam ſurculos erumpentes mittit, pictos in *Tab. corp. poſt. fin.* ad inpoſitum latiſſimum euntes. Habet EUSTACHIUS T. XXIV. utrinque. Alter ejus ſurculus inter longiſſimum & ſacrolumbalem, infra originem levatoris coſtae prodit, ad utrumque horum muſculorum, & ad latiſſimum, indeque in cutem. Hic priori major eſt. Ejusmodi ramos multos *in Tab. poſt.* expreſſi & EUSTACHIUS T. XXII. Accuratius ſinguli dicentur.

Ramus *intercoſtalis* tegitur, pectus verſus, muſculis ejus nominis internis, & in dorſo adjacet ad exteriora ejus ligamenti, quod dixi.

Ad exiguam a coſtae capitulo diſtantiam, paulo ſerius ocyusve dividitur in duos ramos, RAVIO obſervante, ut ex minoris exiguitate explicari neceſſe ſit, in tanta ſua peritia explendorum vaſorum, negaſſe RUYSCHIUM, duos in ſpatiis interoſſeis vaſorum truncos eſſe. *Epiſt.* II. p. 18. cum inter cartilagines duas admittat, pingatque *Theſ.* I. T. 3. f. 3. li trunci plerumque inaequales ſunt. Eorum qui *ſuperior* in ſuo intervallo eſt, ſolet major eſſe, idemque ſulco ſuae coſtae excipi in iis coſtis, quae ſulco exarantur, etſi anatomici culter, ſolutis celluloſis telis, efficit, ut eum ſulcum relinquat, ut in nonnullis coſtis *tab. poſt. tot. corp.* adparet. Sulco tamen contineri recte RAVIUS obſervavit apud VALENTINUM *amphith. app.* p. 103. neque negavit GARENGEOTIUS *Operat. de Chir.* II. p. 379.

Ramus inferior a quarta intercoſtali deorſum minus conſtanter, & nonnunquam perexiguus eſt, & fere absque ramis, praeter eos qui coſtae membranas pulchre pererrant, & ſimilibus ramis occurrunt, a ſuperiori natis, tum eos qui muſculis intercoſtalibus proſpiciunt.

A ſuperiori in inferiorem numeroſi deſcendunt rami communicantes, qui oblique antrorſum declinant, ſatis magni, paſſim per muſculorum intercoſtalium ſuperficiem a nobis expreſſi, & a RUYSCHIO *Theſ.* I. l. c.

Rami intercoſtalis trunci ſunt, aut prius quam inferior inde ſecedat, aut eo jam nato, ramus *emergens* ad exteriora muſculi ſacrolumbalis. Tales in aliquot intervallis inferioribus expreſſi, & EUSTACHIUS T. XXIV. utrinque.

2. Deinde alii rami adhuc exterius ſolent a ſuperiori trunco ire ad latiſſimum & cutem, maxime ex inferioribus truncis, quales etiam delineavi & EUSTACHIUS ibid. 3. Alii adhuc exteriores inter dentes obliqui deſcendentes ſolent ad hunc muſculum antrorſum deſcendere cutemque, delineati in tabula *pectoris* Faſc. VI. *lat. fin.* Unum ramum *externum* facit WINSLOWUS qui *perce au dehors.* III. n. 120. verum vix unquam ſimplicem reperi.

4. Alii ad diaphragma adque muſculos abdominis euntes rami per ſingula dicuntur. 5. Alii denique numeroſi muſculos intercoſtales pleuram & perioſteum coſtarum adeunt.

Finis intercoſtalium ſuperiorum eſt, ut cum thoracicis conjunctae, in mammarias manifeſto circulo inſerantur, ut in tabula *pectoris* expreſſi. Id vocat RAVIUS *anaſtomoſes cum mediaſtina* l. c. pingitque RUYSCHIUS *Epiſt.* II. f. 3. A ſeptima vero coſta deorſum, qua parte mammariae deficiunt, intercoſtales trunculi in muſculos abdominis unice exeunt, & cum epigaſtricis communicant. Saepius inferior trunculus, alioquin minor, in ſuperiorem, adſcendit, & ipſi inmittitur neque alium finem habet.

Antiqua caeterum harum arteriarum forma eſt, uti facillime ſe viſui offerunt. GALENUS ramos ad ſpatia intercoſtalia & medullam ſpinalem ad ſingulas vertebras ab aorta natos dixit *de arter. & venar. diſſ.* C. IX. VESALIUS decem arterias intercoſtales fecit L. III. p. 483. octo vero p. 489. ramosque dorſales habet. EUSTACHIUS origines, ſitum retro muſculos internos, & anulos cum mammariis pinxit, quos ita interpretor, ut ad primam intercoſtalem aorticam, & ad eam ſuperiorem intercoſtalem pertineant, quae a ſubclavia venit T. XXVII. f. 12. Ramos etiam ad muſculos dorſi euntes paſſim expreſſit, & omnes ab aorta deduxit. F. RUYSCHIUS ramos duos intercoſtalis trunci parallelos minutius expreſſit, arcusque

l ejus ſurculus ad latiſſimum.
m ad longiſſimum.

n In-

cusque cum mammariis *Epiſt.* II. p. 18. & *Theſ.* I. Duplices ad quamlibet coſtam eſſe & coſtae ſulco contineri, RAVIUS auctor fuit *amphitheatr.* p. 103. VERHEYENIUS ab octo ad decem reperiri recte obſervavit, idem addidit, quod mihi quidem non ſatis perſpectum eſt, in dextro latere ſaepe plures ab aorta venire, quam in ſiniſtro L. I. p. 277. I. B. WINSLOWUS paulo fuſius, breviter tamen & conjunctim de iisdem arteriis egit.

Atque nunc per ſingulas has arterias intercoſtales perſequamur. *Prima* dextri lateris in quinta vertebra naſci, aut in cartilagine inter tertiam & quartam, eademque reliquas vicinas mole ſuperare ſolet, cum ab ea fere perpetuo arteria bronchialis naſcatur. vid. *faſc.* III. Multo enim rectius intercoſtalis pro trunco bronchialis arteriae habetur, quam viciſſim. Ejus truncus edita bronchiali, dat ramulos, trans venam ſine pari, cavamque, inoſculatos arteriae, quae phrenicum nervum comitatur, aliosque vicinis glandulis, quae aſperae arteriae adſident, & aortae denique atque oeſophago. Ipſa adſcendit in dextrum latus thoracis, emittit truncum intercoſtalem & dorſalem tertii intervalli, atque porro plerumque ad intervallum ſecundum venit, emittit ſurculum ſodalem longi muſculi, corporibus vertebrarum etiam inmiſſum, qui cum thyreoideae inferioris propagine coit, & trunco ſuo pergit trans capitulum coſtae tertiae, recipit ramum deſcendentem intercoſtalis ſupremae, eſtque hujus intervalli intercoſtalis & dorſalis arteria, ex qua trans ejus coſtae ſecundae capitulum ramus deorſum in arteriam tertii intervalli intercoſtalem deſcendit. Alias neque hic manet, ſed ad primum intervallum trans ſecundam coſtam adſcendit, & ibi demum recipit ramum a ſuprema intercoſtali, cumque ea trunculum intercoſtalem inferiorem conſtituit, aut ſola etiam inferiorem trunculum efficit, ſuperiorem vero conjuncta cum intercoſtali ſuperiori. Si nulla a ſubclavia nota intercoſtalis fuerit, etiam ſuperiorem ejus intervalli intercoſtalem ſola efficit.

Rami ejus praeter bronchialem, de qua alias diximus, inprimis ſunt dorſales, intervalli ſecundi & tertii, aut ſolius tertii. Secundam dorſalem, ortam ex ſubclaviae ramo, jam dixi. Ex aorta vero nata fere ſimili ſe modo habuit. Ramulus continuo ivit ad ganglion nervi, qui ſub ſecunda vertebra dorſi exit; & ad vertebrarum corpora. Deinde trunculus alter incubuit de more multifido ſpinae muſculo, atque ſimiliter ad cutem exiit. Ejus propago profundior fuit, quae vertebrae perioſteum adiit, & cum dorſali prima & tertia, trans proceſſus transverſos vertebrae ſecundae & tertiae ſolitos arcus fecit. Ramus etiam de ſplenio in cutem emerſit.

Deinde ramus exterior erumpens ad latus longiſſimi dorſi muſculi, exterius hunc muſculum adiit, & ſacrolumbum, & cervicalem deſcendentem, & transverſalem colli. Idem deorſum cum arteria quarti intervalli, ſurſum cum arteria primi anaſtomoſin habuit. Intercoſtalis ramus hujus intervalli uterque exiit cum thoracica prima, & cum ea conjunctus, mammariae ſe inmiſit.

Dorſalis tertia de more habuit trunculum incumbentem multifido, qui ad intima & ſpinam ipſam cutaneus emerſit, grandis & conſpicuus. Prior ejus ſurculus adiit cutem & ſpinae tertiae ligamenta. Alter transverſim repſit retro rhomboideum muſculum, cui ramum miſit, & deorſum cum ſexta dorſali anaſtomoſin habuit. Eadem cucullari muſculo ſurſum ramum dedit, qui in rhomboideo muſculo ampliſſimam cum dorſali illa ſcapulari anaſtomoſin perfecit; quae a thyreoidea eſt, aut a ſubclavia. Ejus ſurculus ad latiſſimum dorſi ſub ima ora rhomboidei emerſit; alius vero ejusdem ramus aliam anaſtomoſin cum alio ramo ad imam ſcapulam emergente, ejusdem dorſalis arteriae abſolvit. Deinde etiam ab hac dorſali omnino provenerunt rami multifido tecti, ad perioſtea vertebrarum euntes, & duo arcus trans coſtae tertiae quartaeque capitula cum dorſali ſecunda & quarta facti, & ramus ad longiſſimum & ſacrolumbum, infra originem levatoris coſtae ſuae, cui propaginem impertiit.

Intercoſtalis tertii intervalli anaſtomoſes anteriores fuerunt in thoracicam primam, ad aliquot pollices exterius, quam cartilaginis coſtarum finis eſt, quas in tabula pectoris expreſſimus.

De bronchialibus unice addidiſſe liceat, eas pericardium adire, & circa arteriarum, venarumque pulmonalium exitum, cum coronariarum propaginibus inoſculari. Dextram bronchialem vidi ramum inter arteriam pulmonalem & venam ſuperiorem ad pericardium miſiſſe. A ſiniſtra ſuperiori bronchiali propago circa pulmonalem arteriam ſiniſtram conplexa ad pulmonem & pericardium ivit, hinc thymicae inoſculata, inde phrenicae adſcendenti ramulo. A ſiniſtra inferiori bronchiali grandem ramum & cum phrenica communicantem pericardio acceſſiſſe certum eſt, & fere ad uſque diaphragma deſcendiſſe. Alius ramus ſiniſtrae ex ipſo pulmone, infra arteriam pulmonalem ſiniſtram, ad ſuperficiem ejus viſceris & pericardium emerſit, cumque ſodali phrenici

nervi

n Intercoſtalis decimae ramus emergens.
o ad latiſſimum.

p ad

nervi arteriola communicavit, natus & ipſe a bronchialibus.

Intercoſtalis aortica ſecunda quartum intervallum coſtarum adit, eſt tamen ubi & quartum & quintum inde truncos ſuos vidi habuiſſe. Ejus ramus dorſalis dat medullae ſpinali, vertebrisque ſuos ſurculos, quos tres vidi fuiſſe, ut duos ganglion acciperet. Habet ramum dorſalem de more factum, qui trans coſtam quartam & tertiam viſus eſt inter multifidum & ſemiſpinalem, quibus ramos mittit, cum ſecundi intervalli arteria communicaſſe. Exit infra originem levatoris coſtae, huic ramos dat, & longiſſimo, & ſacrolumbali. Caeterum rami multifido incumbentes, & ſubjecti, & interni prope ſpinas exeuntes, hic ut in aliis intervallis ſe habent.

Ex intercoſtali ramo ſuperiori ſurculi majuſculi ſerratum majorem & pectoralem adeunt; anterius trunculus ſuperior cum intercoſtalis ſupremae propagine coivit, huicque conjunctus intercoſtali alteri inoſculatus eſt (*Tab. pect. ant.*) Trunculus inferior plerumque thoracicae alteri longiori, cumque ea mammariae ſe inmiſit, ut in eadem *Tabula Pectoris* expreſſi. Vidi etiam prope concurſum cartilaginum in ſuperiorem adſcendiſſe & terminatum eſſe.

Neque multa peculiaria habet *intercoſtalis aortica tertia*, quae intervallum quintum adit, atque ramo duplici ad anteriora venit, & mammariae inſeritur, ut in *Tab. Pectoris* expreſſi. Superiori nempe, qui truncus, & inferiori qui ramus eſt. Ex intercoſtali ſuperiori trunco ad ſurculum ſuperiorem & pectoralem rami eunt. A dorſali vidi tres ramos ad corpora vertebrarum, nervumque & medullam ſpinalem iviſſe. Ejus trunculus exit ſub ortu levatoris coſtae quintae, cui, & latiſſimo & longiſſimo, & ſacrolumbali, ramulos impertit & rhomboideo muſculo. Vid. *Tab. tot. corp. fin.* Ramus multifido incumbens, & alter multifido ſubjectus, & arcus duplex cum arteria intervalli quarti & ſexti, nihil peculiare habent.

Intercoſtalis aortica quarta ſive intervalli *ſexti* truncum dorſalem memorabilem habet. Ab eo ramus ad medullam ſpinalem & vertebrarum corpora exit, deinde ad muſculos dorſi plures rami prodeunt, extimus ad latiſſimum, interior ad levatorem & longiſſimum, qui naſcitur ſupra levatorem, & alius intra levatorem ad eum longiſſimum miſſus adit; qui cum dorſali ſcapulae inoſculatur. Ramus autem interior, qui proxime proceſſum ſpinoſum vertebrae ſuae exit, ſurculo ad multifidum, alioque ad cutem dato, late ad muſculum dorſi latiſſimum ſpargitur, & ipſe in facie anteriori ejus latiſſimi cum ramo dorſalis ſupremae, alteroque intercoſtalis aorticae primae inoſculatur.

Ex trunco vero intercoſtali ſuperiori numeroſi rami exierunt ad exteriora ſacrolumbalis in hunc & latiſſimum unus alterque, & ex latiſſimo in cutem; tum ad initium appendicis coſtae ſextae ramus ad ſerratum ſuperiorem, unus alterque, & alius ad obliquum deſcendentem, qui ramos etiam ſubcutaneos paſſim dedit, cum mammariae ſurculis inoſculatos. Ipſa vero haec ſuperior arteria hujus intervalli mammariae inoſculatur, tum inferior, quam alias exiguam, alias notabili diametro fuiſſe vidi. Conf. *Tab. pect.*

Intercoſtalis aortica quinta ſive *intervalli ſeptimi* magna etiam eſt, perinde ut prior, cum ſuis arcubus ut ſuperior ſuperiorem, trans proceſſum transverſum anaſtomoſin faceret, inferior inferiorem. Ex ipſo trunco miſit ramum nervo & medullae ſpinali communem, & vertebrarum corporibus, inde edidit *dorſalem*. Hujus rami profundi, tecti multifido, duo fuerunt; ſuperficiei autem propior, qui multifido incubuit, grandis erat. Inde duo rami prodierunt, ſub levatore coſtae, alter ad levatorem & longiſſimum, inoſculatus dorſali ſcapulae (*Tab. poſt. corp. lat. fin.*) EUSTACHIO forte expreſſus T. XXIV. alter ad latiſſimum & ſacrolumbalem. Internum ramum, qui ad ſpinam erumpit, grandem IDEM EUSTACHIUS depinxit.

Ex intercoſtali trunco rami varii prodierunt, primo ad oram externam latiſſimi, ad hunc & cucullarem & cutem, tum pluſculi ad deſcendentem, obliquum & cutem, cum ſurculis mammariarum inoſculati, tum ad diaphragma, cum phrenica communicantes. Idem trunculus certo coſtae ſuae ſulco conprehenſus fuit. Finis utriusque intercoſtalis rami ſuperioris & inferioris in mammariam terminatus eſt.

Intercoſtalis aortica ſexta quae ſub *octava coſta* eſt, in plerisque cum priori convenit. Ramus dorſalis arteriam ad corpora vertebrarum & medullam ſpinalem mittit. Rami multifido ſubjecti duo ſunt, quorum quilibet ſuum arcum efficit, & inferior ad intima ſpinae dorſi erumpit. Deinde magnum ramum ſub levatore inter longiſſimum & ſacrolumbalem, ad utrumque coſtae ſuae levatorem & latiſſimum dedit. Hunc vidi etiam cum dorſali ſcapulae anaſtomoſin fuiſſe. *Intercoſtalis ramus* ſuperior major eſt, inferior minor. Ab illo, quem ſulcus coſtae continet, continuo ad exteriora muſculi ſacrolumbalis ramus it, ad latiſſimum & cutem, tum alii duo ad ſerratum inferiorem, latiſſimum, cutemque, alius ad exteriora originis obliqui deſcendentis ad eum muſculum & cutem,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 513 sur 543

p ad longiſſimum.
q Intercoſtalis undecimae ramus emergens.
r ad

tem, aliusque a fine partis oſſeae coſtae ſuae, ad eum muſculum, quem dixi. Alias duo ejusmodi ſurculi ſunt, eorumque trunculus ad transverſum muſculum exit. Minorem, inferioremve ramum deduxi ad finem cartilaginis coſtae ſuae, & in obliquo deſcendente reliqui. A majori multas obliquas propagines accipit, & ſuperficiei propior decurrit.

Intercoſtalis aortica ſeptima quae ſub coſta nona eſt, pleraque priori paria habet. Truncus *dorſalis* dat arteriam medullae ſpinali vertebrisque. Quoties autem arteriae medullae ſpinalis memini, non oblitus ſum, ſaepe unam alteramque arteriam eam medullam non adire, & in involucris & ganglio manere. Sed ea fuſe dixi in hiſtoria vaſorum medullae ſpinalis. Profundi rami duo fuerunt in exemplo, quorum uterque ſuam facit, circa proceſſum transverſum, anaſtomoſin, interior vero cutaneus erumpit. Ramus inter ſacrolumbum & longiſſimum ad levatorem, ſacrolumbalem & longiſſimum deſcendit, & aliis ramis, perforato longiſſimo, latiſſimum adit.

Intercoſtalis ſuperior ramus hic trunci loco eſt, & ſuae coſtae ſulco continetur. Ejus rami numeroſi ſunt, primi ad exteriora ſacrolumbalis ad latiſſimum, tum alii ad exteriora ſurculi inferioris in hunc & latiſſimum (*Tab. corp. tot. poſt. ſin.*) & alius ad oblique deſcendentem & latiſſimum, inter illius origines, deorſum miſſus, aliusque ad eundem obliquum prope finem partis oſſeae, tum ramus ad diaphragmatis carnes poſteriores, inoſculatus inſigni ſurculo cum ramo phrenico, & ejus quidem propaginis, quae perforato ſepto, cum nervo phrenico adſcendit. Truncus intercoſtalis exit ad transverſum, tectus obliquo adſcendente, cui ramum dat, & recto ipſo, atque cum epigaſtrica arteria anaſtomoſin habet, (*Tab. pect. ant.*) & cum mammaria, praeter minores ſubcutaneas inoſculationes. Minor ramus circa cartilaginem coſtae nonae in adſcendentem terminatur, & iſte valde quidem exiguus eſt. Hanc arteriam cum ramo adſcendente lumbalis primae, comite nervi intercoſtalis, ſatis ampliter communicaſſe vidi.

Intercoſtalis aortica octava ſub coſta decima eſt. Ejus modo truncus, modo dorſalis ramus, propaginem ad vertebras & medullam ſpinalem mittit. Rami dorſalis ſolita ſunt attributa, ramus profundus cum ſuis duobus arcubus, quibus ſeptimae & nonae intercoſtali inſeritur, & ramus erumpens ad ſpinarum ſedem. Superficialis ramus multifido incumbens etiam ſolito modo ſe habet. Atque infra levatorem propago ad eum, ad ſerratum inferiorem, longiſſimum, perque hunc perforatum, ad ſacrolumbum & latiſſimum deſcendit.

Intercoſtalis trunculus ſuperior major, coſtam decimam ſequitur. Ab eo varii rami exeunt, ad ſerratum inferiorem & latiſſimum, alius ad latiſſimum & cutem, alter ad exteriores dentes obliqui deſcendentis, ad latiſſimum: alius inter dentes obliqui deſcendentis ad eum muſculum antrorſum, alius ad carnes coſtales diaphragmatis, qui tum transverſo ramo phrenicae inoſculatur, tum adſcendenti & cum adipoſa media renis anaſtomoſin habet. Proxime ad finem partis oſſeae coſtae ſuae truncus hujus arteriae intercoſtalis exit in obliquum deſcendentem, & inoſculatur arteriae, quae abdominalis eſt, priori quidem ramo, altero, tectus adſcendente obliquo, exit in transverſum & cum epigaſtrica inoſculatur *Tab. pect.* & cum ramis arteriae abdominalis, *ibid.* Dat inde adſcendenti ſurculos. Vidi ſolum ramum ad obliquum deſcendentem adfuiſſe, absque trunculo profundiori. Ramus inferior multo minor circa finem cartilaginis coſtae decimae, dat adſcendenti obliquo & cum ſuperiori ſua ſodali ejusdem trunci communicat, & cum ea finitur.

Intercoſtalis aortica nona & infima eſt, quae ſub undecima coſta decurrit. Vidi omnino nullam fuiſſe, ut unus ramus ſuppleretur a lumbali prima, alter ab intercoſtali intervalli decimi.

Ramus hujus nonae *dorſalis* dat ſurculum ſolitum corporibus vertebrarum & ganglio nervi ejus ſedis, atque medullae ſpinali. Eſt ubi ramus vertebralis a trunco nondum diviſo, ramus vero medullaris a dorſali trunculo provenit, poſtquam a ramo coſtae ſociae ſeceſſit. Caeterum hic ramus ſuperficialis inter ſacrolumbum & longiſſimum exiit, dedit utrique, & perforato iſto, venit in ſerratum poſteriorem majorem & latiſſimum dorſi. Exſtat *in lat. ſin. tab. int. dorſ.* & apud EUSTACHIUM T. XXIV.

Profundi tres, tecti multifido, vertebrarum perioſteon adierunt, quorum extimus & ſuperior trans proceſſus transverſi radicem cum intercoſtali decima anaſtomoſin habuit, & deorſum cum lumbali prima. Reliqui ad ſpinoſos uſque proceſſus venerunt, ibique una fiunt cutanei, ibidem picti.

Ramum intercoſtalem vidi ſimplicem fuiſſe, ut nullus inferior eſſet. Alias, ut in icone, duplex eſt. Ex eo ramo alius ſurculus ad ſerratum majorem abit, & eo perforato ad latiſſimum, ad exteriora ſacrolumbalis natus, pictus ibid. Alius exterior, unus alterque adiit obliquum,

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 514 sur 543

r ad latiſſimum ſurculi.
s Ramus ad longiſſimum.
t Lumbalis primae ſurculus 33.) ad adipem renalem & ſacro-lumbum.

u Lum-

quum deſcendentem, quo poſterius tegitur. ib. *Tab. dextr.* Ii rami perforato eo muſculo cutanei fiunt. Truncus vero transverſim ſuper Pſoam & quadratum lumborum incedit. Dat ramum ſuper appendicem lateralem ad ſeptum transverſum, adparet in ſpatio membranaceo inter carnes coſtales & lumbales ſepti transverſi, tranſit retro carnes a coſta undecima natas, & iis late ramos dat. Cum phrenicae ramo exteriori magnas anaſtomoſes habet. Ab ea etiam intercoſtali vidi ramum majuſculum iviſſe ad angulum, quem lien cum lumbis intercipit, ad externam membranam coli, adipem, peritonaeum, ligamentum breve, ſuſpenſorium: Cum capſularibus communicat.

Finditur truncus prope cartilaginem coſtae, dedit ibi ramum in muſculum obliquum adſcendentem, tectum deſcendente obliquo, a coſtae ſuae margine inferiori, in utrumque deorſum euntem, grandemque. Alter ramus ſuperficiei propior late regnat in obliquo deſcendente, eoque perforato, in cute. Tertius trunco par, venit in transverſum, tectus adſcendente, ubi & ipſe terminatur, & ramus inferior intercoſtalis hujus intervalli. Uterque cum epigaſtricae ſurculis communicat, & cum abdominalis ramis. Inferior trunculus minimus eſſe ſolet.

33.) ARTERIA LUMBALIS.

Lumbales arteriae partim ſimiles ſunt intercoſtalium, partim diverſae. Nam perinde ab aorta abdominali ad angulos fere rectos naſcuntur, atque utrinque ante corpora vertebrarum exeunt, circumque truncum corporis flexae, muſculorum abdominis latera adeunt & abdominali & epigaſtricae arteriae ultimo irretiuntur. Perinde etiam dorſalibus ramis imae parti columnae ſpinalis, & muſculis inpoſitis proſpiciunt, & arcus habent cum ſuperioribus vicinis ſuis & cum inferioribus, & ramos profundos dorſales, tectos multifido ſpinae, aliosque incumbentes iſti & erumpentes denique ad muſculos lumbis poſterius inpoſitos emittunt. Cum vero nullas coſtas ſequantur, praeter primam, neceſſe eſt aliter dividi, & ſimplici trunco eſſe, cum intercoſtales duplices ſint. Numerum oporteret ſex parium eſſe, ut primum ſit, quod ultimae coſtae ſubeſt, ſextum quod ſuper vertebram oſſis ſacri primam incedit: Cumque non rariſſimum ſit, ſex lumborum vertebras eſſe, omnino tunc ſeptem lumbalium arteriarum paria fierent. Recte quinque, ſex & plura paria eſſe WINSLOWUS monuit T. III. n. 224. Plures etiam quam quinque pingit I. DRAKE l. c. Verum frequenter una alterave deficit. Et imam quidem oſtendemus frequenter abeſſe atque ab aliquo ramo arteriae iliolumbalis ſuppleri, aut a lumbali quinta, aut ab utraque iſta arteria, ut duo & tres denique ejus intervalli, ſed ſecundarii trunculi ſint. Deinde etiam aliae lumbales paſſim deſunt, ut unus truncus ab aorta natus, duas lumbales generaret. Etiam hoc WINSLOWO innotuit T. III. n. 225.

Parum caeterum eſt, quod ad hiſtoriam lumbalium arteriarum ſcriptores anatomici adtulerunt. Quinque paria pinxit VESALIUS *de corp. hum. fabr.* L. III. p. 483. 491. ut ima ab iliacae principio naſceretur, daretque & ſpinali medullae & muſculis vertebris adnatis. Eum numerum SPIGELIUS, & plerique ſcriptores, retinuerunt. Quinque etiam paria, & quidem quintam ex lliaca natam EUSTACHIUS delineavit T. XXVI. & deſcribit CL. ESCHENBACH p. 867. Plura fere quam reliqui, monuit WINSLOWUS, etſi arterias lumbales in univerſum, neque per ſingula deſcriptas dedit.

Lumbalis prima ſive comes inferior coſtae duodecimae, plura, quam reliquae, de natura arteriae intercoſtalis retinet. Trunco ſuo retro appendicem diaphragmatis it, cui ramum inpertit, inoſculatum phrenicae ſurculis, aliumque, magnum, longe transverſum, carnibus coſtalibus inter vertebras lumborum coſtasque ad ſedem coſtae decimae & undecimae proſpicientem, aliumque ad easdem carnes, ab ipſis coſtis natas, & ſurculis ſuis etiam ligamentum lienis adit.

Truncus ſequitur oram inferiorem coſtae ultimae EUST. T. XXVI. *tab. corp. poſt.* nixus hinc tendine principi quadrati *Tab. ead.* cui etiam & pſoae ramos dat, inde in tendine transverſi, cui perinde ramulos inpertit, qui ipſe renes tegit, tegit ſe adſcendente obliquo *Tab. ead. dextr.* ſi poſterius inſpexeris, deinde deſcendente ſolo, pergit extrorſum, dat ramum ad faciem abdomini propiorem obliqui inferioris, & ad exteriorem transverſi, utrique huic muſculo inpenſum, quem ſolum pingit EUSTACHIUS. Inoſculatur ramis vicinis intercoſtalium imorum & epigaſtricorum *Tab. pectoris*, ſive unus ramus ſit, ſive plures. Aliumque denique dat ad obliqui inferioris faciem cuti viciniorem, qui in cutem & deſcendentem obliquum ultimo conſumitur, & cum imis interco-

u Lumbalis alterius ramus ſuperficialis.
x Alius ad deſcendentem obliquum.

y A-

tercoſtalibus & ſequentibus lumbalibus arcus efficit. Hic ejus lumbariae finis eſt. Ramulos a lumbali prima vidi hepar dexterrimum & Spigelii lobulum adiiſſe.

Rami *dorſalis* ſurculi, fere ut in prioribus, pluſculi ſunt: primo rami ad medullam ſpinalem & vertebrarum corpora, illi potius majores, pulchre inter ſe irretiti, ut de intercoſtalibus dictum eſt, tum dexter cum ſiniſtro, tum media lumbalis quaeque cum inferiori & ſuperiori lumbali. Eum ramum in hac lumbali prima ad 28. expreſſi, ramum vero dorſi muſculos adeuntem ad T. IV. *med. ſpin.* & in Tabula V. illum ad 86. & 67. hunc absque numero.

Rami alii dorſalis trunci profundi, tecti multifido ſpinae, rete facientes, & inoſculati inter ſe, ſurſumque & deorſum facientes cum ſui ſimilibus ſolitos arcus, erumpunt ultimo prope ſpinam ad latiſſimum cutemque. Porro alius it ad ſacrolumbalem & longiſſimum *Tab. ead. lat. ſin.* alius ad ſacrolumbi partem imam ſ. ſacrum, alius exteriori loco, quam ſacer, ad hunc & ſerratum inferiorem; eoque perforato ad latiſſimum, delineatus in iconibus meis inque *Tab. poſt. ſin.* & ab EUSTACHIO T. XXIV. forte expreſſus. Vidi totum hunc truncum lumbalem primum omnino defuiſſe, ramosque a vicinis fuiſſe ſubpletos, ab altera lumbali & ima dorſi.

Lumbalis ſecunda & ipſa inter vertebrarum corpora & pſoam extrorſum it, atque porro cum quadrato extrorſum declinat: edit ramum ad vertebrarum corpora nervumque, tum ramos ſubjectos multifido. Solent in ſuperioribus lumbalium rami ad ganglion & caudam equinam majores iis eſſe, qui vertebrarum corpora adeunt. Ramum ad medullam ſpinalem in T. IV. *med. ſpin.* expreſſi ad 32. dorſalem vero ad 31. In T. V. illam ad 91. pinxi.

Deinde generat infra proceſſum transverſum primum lumborum ramum, & ſacrolumbali datum, & alterum ad longiſſimum, EUSTACHIO pictum T. XXIV. tum ad caeteros muſculos alium paulo exteriorem, alium ad ſerratum inferiorem & latiſſimum protenſos, perque hunc ad cutem. Hic aliquando hunc truncum vidi manſiſſe. Dat etiam ramum quadrato, quo poſterius tegitur, & eo finito, jam exterior incedit per transverſi faciem cuti viciniorem, ſenſim declinando *Tab. poſt. dextr.* una cum nervo, dat ramos ad adſcendentem *Tab. poſt. dextr.* inter eum & transverſum poſitos, inoſculatos etiam epigaſtricae & capſularibus a phrenica natis, uti pluſculae lumbales ſolent; aliumque ramum obliquo deſcendenti offert *ib. ſin.* perforato adſcendente, &, illo pariter perforato, cuti, inque his muſculis manet conſumta, brevis plerumque & exigua. Magnam tamen EUSTACHIUS pingit T. XXVI. Ad diaphragma & ipſa haec lumbalis ramos mittit, ad carnes poſteriores alae ſubjectas vicinasque vertebris. An haec fuerit, *muſculolumbalis a qua phrenica ſurſum mittitur* G. BLASII *Miſcell. anat.* p. 83. utique definiri nequit. Hepatis faciei poſtremae & vicino lobulo, perinde ut prior, nonnunquam ſurculum exhibet. Rami, quos Pſoae dat & haec, & quae ſequuntur tertia, & quarta, & quinta, ii rete in vertebris faciunt.

Lumbalis tertia ab origine inter vertebras & inpoſitam appendicem diaphragmatis, deinde inter pſoam & quadratum extrorſum procedit, dat his muſculis, ramum emittit dorſalem ſub proceſſu transverſo lumborum tertio ad multifidum & longiſſimum, EUSTACHIO pictum T. XXIV. *lat. ſin.* Is ſolitos etiam ramos dat vertebris, & medullae ſpinali, & alium multifido tectum (*Tab. dorſ. tot. dextr.*), erumpentem prope ſpinas oſſis ilium, alium paulo exterius ad eosdem & quadratum & per eum ad latiſſimum dorſi, qui reſectus pingitur ib. Nos in T. IVta *med. ſpin.* ad 36. 37. vertebrales ramos, truncum vero dorſalem, reſectum pinximus in T. V. ad 94. Trunco ſuo porro per quadratum deſcendit ad transverſum, ejus limitem legit, & in eum conſumitur. *Tab. pect. lat. dextr.* inoſculatus cum epigaſtrica & ad obliquum adſcendentem Ramum transverſum habet EUSTACHIUS T. XXVI. Alio ramo, cuti propiori, ad deſcendentem obliquum cutemque abit. Caeterum & ipſa iſta tertia & aliae lumbales, ramulos ad glandulas meſentericas emittunt, & ad adipem renalem, hos cum renalibus, illos cum meſentericis inoſculatos. Et adparet, recte C. BARTHOLINUM vaſa diaphragmatis inferiora a lumbalibus deduxiſſe *anat. obſerv.* p. 179. Ut omnino phrenicae, quae vulgo dicuntur, ſint arteriae centrales ſepti transverſi, mammariae vero, intercoſtales, & lumbales ſint arteriae partis ejus, quae ambitum diaphragmatis efficit.

Lumbalis quarta ſaepe major eſt, & continuo ſuper os Ilium exit. Anteriores rami conſumuntur in pſoam, quadratum, transverſum, & Iliacum internum, criſtamque ilium. Picta eſt ab EUSTACHIO T. XXV. Poſterius infra proceſſum transverſum tertium lumborum ramus major abit ad multifidum & longiſſimum, ſive ſacrum, reſectus in *lat. dextr. tab. dorſ.* & T. IV. *med. ſpin.* 42. uti alius multifido tectus, arcus cum lumbali tertia & quinta ſolitos abſolvens, & erumpens ad ſpinam ſuae vertebrae,

ad

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 516 sur 543

y Alius eo perforato ad cutem iens.

z Lumbalis tertiae ramus ad obliquum adſcendentem & ſacrum.

α Lumbalis quartae ramus ad ſacrum.

β Ramus emergens undecimae intercoſtalis, ad cutem iens.

γ Decimae ramus ſimilis.

δ & nonae.

ε & ſeptimae.

ζ Intercoſtalis ſeptimae ramus ad longiſſimum.

η & octavae

ϰ & nonae.

λ Ramuli perforato longiſſimo emergentes ad latiſſimum.

μ Ra-

ad perioſteum vertebrae ſuae & ad medullam ſpinalem proprius trunculus it. Hos quidem ramos pinxi T. IV. 40. & 41. & T. V. 96. 97. Alius exterior ad eos, quos dixi, muſculos multifidum & longiſſimum abit, & ad quadratum qui in *Tab. poſt.* exſtat. Alius ex quadrato ad criſtam oſſis ilium venit l. c. pictus, qui cum ramis arteriarum ſacrarum per muſculum cognominem erumpentibus, & cum iliacae poſticae, quae ab hypogaſtrica eſt, ſurculis in criſta oſſis ilium anaſtomoſes habet. Idem ex media fere criſta oſſis ilium ad transverſum adſcendentem, & deſcendentem venit, & ad cutem, alioque ramo ad adipem lumbalem circumfuſum renibus.

Lumbalis quinta ſive ima ab aorta adhuc nata, & communi quidem nonnunquam cum ſua ſodali trunculo, emittit inſignem ramum ad vertebrae ſuae corpus, & ad medullam ſpinalem, ſeu caudam equinam, aliumque ſub quarto proceſſu lumborum ad longiſſimum *Tab. corp. poſt. dextr.* tum eum qui tegitur multifido, & qui arcus ſaepe dictos facit, & ad ſuperficiem prope ſpinam erumpit l. c. alius ad adſcendentem etiam obliquum & ad longiſſimum & ad os ilium fertur, qui cum iliaca poſtica communicat; alius ad criſtam oſſis ilium & ſacrum muſculum ibidem expreſſus. Vertebrales ramos pinxi in T. V. illi exſtant ad 100. & 101. hic reſectus eſt.

Rami anteriores ſunt ad pſoam & quadratum, quibus truncus iſte lumbalis tegitur, tum truncus inſignis legens criſtam oſſis ilium, inter hanc & transverſum, qui ad eum muſculum, & ad iliacum internum abſumitur. Hic ramus exprimitur ab EUSTACHIO T. XXVI. utrinque & T. XXV.

Lumbalis ſexta alias ab aorta provenit, ut probabile ſit vidiſſe WINSLOWUM, ſi plures quam quinque lumbales aorticas vidit, aut ex ortu iliacae, uti VESALIUS ad p. 483. & nos pinximus T. V. *med. ſpin.* 102. alias ab iliaca anteriori, ſive iliolumbali, quo EUSTACHII iconem refero T. XXVI. & in Tab. V. *arter. pelvis* Z. alias a quarta lumbali radicem habet, alteramque ab iliaca lumbali. Alias tres trunculi ſunt, a lumbali quinta unus, alter ab iliaca anteriori, tertius a ſacra laterali, qualis origo in *Tab. ant. corp.* exprimitur; alias unice ab hypogaſtrica provenit. Secundum vertebram quintam lumborum circumit, dat ramos perioſteo vertebrae lumborum imae, inoſculatur ſolito more lumbali quintae, & ſacrae primae, & vertebras ſubit, caudamque equinam. alioque ramo perioſtea oſſis ſacri adit, & ſacrum muſculum, exque eo emergit ad latiſſimum dorſi, expreſſo *Tab. dorſ. dextr.* Anterius etiam ramum ad os ilium edit, & ad muſculum cognominem. Vulgo, uti perbrevis eſt, ita non numeratur. Eſt ramus *adſcendens iliolumbalis arteriae faſc.* IV. *arter. pelvis.* Pinxi ramos vertebrales & reſectum dorſalem in T. IV. *med. ſpin.* ad 49. & 50. in T. V. vero illos ad 104. 105. hunc ad 103.

Caeterum, uti haec omnia vera ſunt, ita facile adgnoſco minus plena eſſe, & pro fragmentis potius propono, quae ex adverſariis meis decerpſi, perficere autem nunc omnino non potui.

μ Ramuli a ſede ſpinarum emergentes ad tendinem latiſſimi & cutem & multifidum.

Latus dextrum dorſi.

α Arteriae intercoſtalis ſecundae pars.
β Arteria intercoſtalis tertia.
γ Rami emergentes ad muſculos.
δ Arteria intercoſtalis quarta.
ε Trunculus ſuperior.
ζ Intercoſtalis quinta.
η Radix rami muſcularis.
ϑ Intercoſtalis ſexta.
ι Truncus ſuperior.
λ Inferior.
μ Anaſtomoſis utriusque.
ν Intercoſtalis ſeptima.
ξ Truncus inferior.
π Rami muſculares.
ϱ Truncus ſuperior.
σ Utriusque anaſtomoſis.
τ Intercoſtalis octava, & ejus truncus ſuperior.
υ Inferior trunculus.
φ Ramus muſcularis.
χ Anaſtomoſis utriusque.
ω Intercoſtalis nona.
a Truncus ſuperior.
b Inferior.
c Anaſtomoſis.
d Intercoſtalis decima, truncus ſuperior.
e Ramus inferior.
f Intercoſtalis undecima.

g Ra-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 518 sur 543

g Ramus inferior.
h Ramus muſcularis.
i Anaſtomoſis trunculi ſuperioris & inferioris.
k Lumbalis prima.
kk Rami ad obliquum adſcendentem.
l Secunda.
m m Anaſtomoſes ſecundae arteriarum intercoſtalium trunci ſuperioris & inferioris.
n Anaſtomoſes tertiae.
o Ramus a profunda cervicis ad ſpinalem colli & trachelomaſtoideum.
p Alius a prima intercoſtali, ſimilis.
r & a ſecunda.
s a tertia ad multifidum.
t a quarta ad eum & per ſuperficiem ad longiſſimum.
u Similis ramus a quinta.
x & a ſexta.
y & a ſeptima.
z ab octava.
ϱ ab nona.
Δ a decima.
Θ ab undecima.
Λ a lumbali prima.
Ξ ab ſecunda.
Π a tertia.
Σ a quarta.
Ψ a quinta.
Ω Ramus quintae perforans quadratum, ad os ilium.
ϛ Alii rami perforantes eum muſculum, a quarta & tertia lumbalium.
αα Ramus perforans obliquum adſcendentem a lumbali prima.

RE-

REGIO TERTIA.

BRACHIUM SINISTRUM.

Ossa & Musculi.

A Deltoides.
B Caput humeri.
C Brevis extensor cubiti.
D Extensor longus.
E Brachialis internus.
F Supinator longus.
G Olecranon.
H Condylus flexorius.
I Bicornis.
K Tendo ejus primus ossis metacarpi secundi &
L Alter tertii ossiis metacarpi.
M Sedes ligamenti interossei.
N Extensor communis digitorum.
O Tendo ad indicem.
P ad medium primus.
Q Alter.
R ad tertium.
S Extensor minimi digiti.
T Ramus ad digitum tertium.
V ad minimum.
X Ulnaris extensor.
Φ Flexor.
Y Os cubiti nudum.
Z Abductores pollicis longi.
r Indicator.
Δ Radius nudus.
Θ Adductor pollicis.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 520 sur 543

Λ Semi interoſſeus indicis.
Π Abductor minimi digiti.
Σ Anconeus remotus.
Ψ Supinator brevis.

Oſſa carpi & interoſſeos absque ſignis reliqui.

Vaſa.

a Truncus arteriae axillaris.
b Arteria ſcapularis inferior.
c Surculus ad longum extenſorem & infraſpinalem.
d Circumflexa poſterior.
e Ramuli ad caput humeri.
f ad deltoidem.
g ad longum extenſorem & teretem majorem.
h Truncus ejusdem deltoide tectus.
i Arteriae humeralis truncus.
k Profunda humeri.
l Rami ad extenſorem brevem.
m Rami ad eundem ex trunco.
n ad extenſorem longum.
o Truncus a profunda.
p Ramus cum ſupinatore iens.
q Ramus cutaneus.
r Ramus anaſtomoticus cum recurrente ab interoſſea & a radiali recurrente.
s Iterum truncus humerariae.
t Ramus anaſtomoticus cum recurrente ulnari.
u Ea recurrens.
x Recurrens ab interoſſea.
y Recurrens a radiali.
z Anaſtomoſis cum profunda humeri.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 521 sur 543

α Rami arteriae x. ad ſupinatorem brevem.
β Rami rete facientes cum arteria ulnari recurrente & anaſtomotica brachialium.
γ Arteria interoſſea poſterior ſuperior.
δ Rami ad extenſorem digiti minimi.
ε ad flexorem ulnarem.
ζ ad ſupinatorem brevem.
η ad extenſorem communem.
ϰ Ramus longus deſcendens per radium ad abductores pollicis.
λ Alius ramus inſertus arcui carpeo medius.
μ Ramus ulnaris ſive major arcui carpeo inſertus.
ν Pars arteriae radialis.
ξ Ramus trans metacarpum pollicis circumflexus.
π Arcus carpeus.
ϱ Ramus radialis ſe demergens ad volam.
σ Ramus ab arcu ſuperficiali volae adveniens.
τ Arteria pollicis ulnaris volaris.
υ Arteria dorſalis indicis.
φ Arteria volaris indicis radialis, cui haec dorſalis ſe inmittit.
χ Arteria interoſſea dorſalis prima inſerta in
ψ Furcam, ex qua arteriae volares indicis & medii naſcuntur.
ω Arteria perforans ſuperior prima.
1 Arteria interoſſea dorſalis altera.
2 Perforans ejus intervalli ſuperior.
3 Inſertio in arteriam volarem, unde ulnaris medii & radialis tertii digiti naſcuntur.
4 Arteria ab ulnari adveniens dorſalis.
5 Anaſtomoſis cum arcu carpeo.
6 Arteria interoſſea dorſalis tertia.
7 Inſertio in arteriam volarem, unde radialis minimi digiti & ulnaris tertii naſcuntur.
8 Ramus a 4. ad abductorem.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 522 sur 543

9 Volaris digiti minimi ulnaris.
10 Anaſtomoſis cum volaribus.
r Arteriae ſcapularis ramus dorſalis.
a Alter inferior.
o Ramus alaris &
a Ramus ad ſerratum ſuperiorem ſcapularis inferioris.
s Ramus inde ad ſcapulam & infraſpinalem rediens.

REGIO QUARTA.
BRACHIUM DEXTRUM PLERISQUE MUSCULIS EXUTUM.

A Caput humeri tectum.
B Capſula articulum continens.
C Condylus humeri extenſorius &
D Flexorius.
E Olecranon.
F Radii capitulum.
G Anconeus remotus.
H Supinator brevis.
I Flexor ulnaris carpi.
K Ligamentum interoſſeum.
L Abductor pollicis longus, de origine ſua reſectus.
M Alter abductor pollicis, de inſertione reſectus.
N Indicator.
O Os ulnae nudum.
P Imus radius nudus.
Q Os piſiforme carpi.
R Os triquetrum.
S Os ſemilunare.
T Os naviculare.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 523 sur 543

V Os unciforme.
X Os capitatum.
Y Os multangulum minus &
Z Majus.
r Pollicis abductor.
ᴀ Semiinteroſſeus indicis.

Interoſſei digitorum muſculi, & oſſicula metacarpi & digitorum absque notis relicta, facile intelliguntur.

Vaſa.

a Arteria dorſalis ſcapulae ſuperior, a thyreoidea nata.
b Nutritia ſcapulae inde orta.
c Rami dorſales ſcapulae in perioſteo diviſi.
d Ramus ſupraſpinalis arteriae ad caput humeri.
e Alius, ad id caput capſula tectum, ramus arteriae dorſalis ſcapulae inferioris.
f Arteriae ſcapularis ramus ſequens coſtam inferiorem ſcapulae.
g Rami muſculares reſecti.
h Anaſtomoſes cum arteriis infraſpinalibus.
i Truncus arteriae axillaris.
k Arteria circumflexa poſterior.
ll Rami in puteolos epiphyſeos humeri.
m Anaſtomoſis cum profunda humeri.
n Ramus ad os humeri inferior.
o Profunda humeri.
p Ramus ſuperior ad deltoidem.
q Nutritia humeri ſuperior.
r Ramus primarius profundae radialis.
ss Surculi cutanei.
t Ramus cum ea conjunctus a recurrente radiali.
u Ramus medius muſcularis.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 524 sur 543

x Trunculus ejus reſectus.
y Retia cum arcu dorſali epiphyſeos.
z Rami varii arteriae humerariae.
α Anaſtomoticus ramus cubitalis ejusdem.
β Arcus inde natus dorſalis epiphyſeos humeri.
γ Anaſtomoſis cum recurrente volari.
ε Recurrens ab interoſſea dorſali.
ζ Ramus inoſculatus arcui dorſali epiphyſeos.
η Ramus inoſculatus propagini radiali profundae humeri.
ϰ Arteria interoſſea dorſalis princeps.
λ Rami in ſupinatorem brevem.
μ Ramus ad radium.
ν a perforante alia parva.
ξ Ramus interoſſeae principis ad muſculos extenſores.
ο Alia perforans exigua.
π & alia
ρ Anaſtomoſis cum interoſſea ima.
ſ Anaſtomoſis interoſſeae primariae cum
φ Perforante alia.
χ Alia, ad abductorem pollicis iens.
ψ Alia ad eundem.
ω Interoſſea ima cubiti.
1 Ramus medius interoſſeae imae.
2 Ramus radialis.
3 Ramus inſertus arcui carpeo radialis.
4 Ramus eidem arcui inſertus ulnaris.
5 Arcus carpeus inde natus.
6 Arteria radialis.
7 Ramus dorſalis arteriae ulnaris.
8 Ramus arteriae radialis ad metacarpum pollicis iens.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 525 sur 543

9 Trunculus ejusdem qui fit ulnaris pollicis.
10 Ejus ramus inoſculatus cum aliquo ſuperiori.
11 Arcus ungui proximus.
12 Ramus ad volam iens, inſertus arteriae volari indicis.
13 Interoſſeus dorſalis indicis.
14 Ramus radialis indicis.
15 Ramus interoſſeus dorſalis primus.
16 Inde nata perforans ſuperior prima.
17 Inſertio in furcam, ex qua naſcitur
18 Arteria ulnaris indicis &
19 Radialis medii.
20 Arteria interoſſea dorſalis altera.
21 Perforans ſuperior ſecunda.
22 Inſertio arteriae 20. in truncum, ex quo naſcuntur ulnaris medii digiti & radialis tertii.
23 Interoſſea dorſalis tertia.
24 Inde nata perforans tertia ſuperior.
25 Inſertio in arteriam, unde ulnaris tertii & radialis minimi digiti.
26 Anaſtomoſis arteriae 23 cum ramo volari ulnari minimi digiti.

REGIO QUINTA.
NATES ET PES SINISRI LATERIS.
Muſculi & Oſſa.

A Glutaei majoris origo reſecta.
B Glutaeus medius.
C Criſta oſſis ilium.
D Coccyx & os ſacrum.
E Pars levis oſſis ilium.
F Tuber iſchii.
G Muſculus pyramidalis convolutus, ut minor fiat

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 526 sur 543

H Ligamentum a tubere iſchii ad os ſacrum.
I Nervus iſchiadicus.
II Ramus ejus cruralis anterior.
K Trochanter major.
L Pars levis oſſis ilium.
M Obturator internus.
N Quadratus.
O Pars obturatoris externi.
P Finis glutaei magni.
Q Os femoris nudum.
R Caput commune ſeminervoſi & bicipitis.
S Semimembranoſus.
T Seminervoſus ſolus paulum diſtractus, ut ſubjecta pateſcant.
V Biceps longus diſtractus.
X Biceps brevis.
Y Vaſtus externus.
YY Vaſtus internus.
Z Iterum pars nuda femoris.
Γ Triceps magnus.
Δ Gaſtrocnemius internus.
Θ Externus.
Λ Tendo achillis.
Ξ Flexor longus pollicis pedis.
Π Peronaeus longus.
Σ Peronaeus brevis.
Φ Extenſor communis digitorum & nonus pedem moventium VESALIANUS.
Ψ Caput breve abductoris digiti minimi.
Ω Caput longum.
AA Calx.
BB Malleus externus.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 527 sur 543

1 Levator ani.
2 Transverſus urethrae.
3 Labia vulvae.
4 Sphincter ani.
5 Muſculus coccygeus.

Vaſa femoris & pedis ſiniſtri.

a Arteria Iliaca poſterior. 34.)
b Rami ad pyramidalem.
c ad glutaeum magnum.
d ad medium & magnum.
e Emergentes ex magno & medio.
f ad medium.
g Truncus ſe abſcondens.
h Iſchiadica arteria. 35.)
i Ra-

34.) AD ILIACAM POSTERIOREM.

Ad faſcic. IV. Not. 10. Col. b. Lin. 25. poſt *media* adde: Sed etiam ad inferiorem partem oſſis ilium adque pectineum & iliacum internum ramum dedit, & ad os pubis cum ilium oſſe conjunctum.

Not. 10. C. b. L. 33. poſt *aaa.* adde: Hi duo rami ſuperficiales omnino alias deſunt, eorumque loco alii ex profundis ad glutaeum magnum erumpunt, aut ab iſchiadica exeunt.

Not. 10. C. b. L. 33. poſt β. adde: Alias vidi duos parvos ramos produxiſſe primum ad magnum & parvum glutaeum, adque partem oſſis ilium, ſupra inciſuram. Alter ad glutaeum minimum, perioſtea iſchii, & capſulam articuli femoris it, & cum iſchiadico ramo connectitur. Alias primus ad perioſtea ilium & Synchondroſin cum ſacro oſſe, & pyramidalem: alter ad obturatorem internum, & in foramen nutritium in conjunctione oſſis iſchii cum oſſe ilium poſitum. Alias inter minores Iliacae poſterioris ante diviſionem ramus fuit, qui os iſchii prope conjunctionem cum oſſe ilium adiit, & capſulam articulationis femoris.

Not. 10. Col. 3. Lin. 11. poſt *exiit* adde: Rami earum, quae glutaeum magnum adeunt, eo perforato etiam in cutem emergunt, & adipem.

Not. 10. Col. 3. Lin. 15. poſt *ramus.* Antequam dividatur, nonnunquam minores ramulos dat, qualem vidi alterum ad ſedem oſſis Ilium minimo glutaeo tectam, & ad eum minimum: alterum ad oſſis ilium ſedem ſacco vicinam iviſſe. Alias unus ex primis ramis glutaeo magno datis ſurculum dat, qui ante medium glutaeum, deinde retro obturatorem internum & gemellos deſcendit, & obturatoriae inoſculatur, a ramis iſchiadicae pene ſimilibus diverſus, ut una cum iis reperiatur.

Not. 10. Col. 3. Lin. 33. poſt *exeuntibus* adde: circa originem ſartorii ejusdem anaſtomoſis eſſe ſolet cum circumflexa externa, rami nempe Iliacae poſterioris, ex anterioribus, qui glutaeum minimum perforat.

Not. 10. Col. 3. Lin. 41. poſt *conſumitur* adde: datque huic trochanteri, & capſulae articulari femoris ſurculos. Iſte cum ramo iſchiadicae deſcendentis inoſculatur.

Not. 10. Col. 3. L. 55. poſt *abſolvit* adde: Accedit nonnunquam profundioris propaginis notabilis ramus adſcendens in ipſo oſſe decurrens, ad ſummum os ilium, & glutaeo inprimis medio datus.

35.) AD ISCHIADICAM.

Not. 11. Col. 3. Lin. 25. poſt *poſteriori.* Ramus iſte nervo datus, alio ſurculo venit ad caput bicipitis, inde ad quadratum & obturatorem internum, ubi diverſas a ſequentibus cum ſequente ramo anaſtomoſes habuit.

Alias ramum dedit ad quadratum & tuber iſchii euntem, & inoſculatum deſcendenti anaſtomotico trunculo, qui cum obturatrice coit.

Not. 11. Col. 3. Lin. 59. poſt *fiunt* adde: Alias is ramus ita ſe habuit. Natus eſt ex trun-

co

i Ramus ad glutaeum magnum & coccygem.
k ad pyramidalem.
l ad nervum magnum & glutaeum magnum.
m Anaſtomoſis cum obturatoriae ramo.
n Truncus glutaeum ſubiens reſectus.
o Haemorrhoidea interna arteria. 36.)
b Ramus ad coccygeum & coccygem.
c ad levatorem & adipem.
d Truncus ſuperficialis.
e Profundus.
f Rami ad transverſum & labia vulvae.
g Ramus obturatoriae.
h Circumflexa interna.
i Ramus ad caput flexorium.

k Ra-

co iſchiadicae, in ipſa inciſura pro nervo facta, & furculum in pelvim ad pyramidalem, deſcendit retro pyramidalem ad perioſteum oſſis iſchii prope ſpinam, & ad uſque muſculum obturatorem internum. Ibi dedit huic muſculo ramum ſuperficialem, & ad medii minimique glutaei finem alium, inoſculatum cum ramis circumflexae internae. Trunculus profundior, tectus obturatore interno, per vallecu-lam proximam tuberi iſchii deſcendit in perioſteo. Dedit pyramidali, quadrato, obturatori externo, & cum ramo praecipuo circumflexae internae inoſculatus eſt, ſecundum marginem gemelli inferioris, retro internum obturatorem. Sed alter ramus hujus trunculi acceſſit ad quadratum, ejusque ſuperficiem poſteriorem, adque tuber iſchii inoſculatus arteriolis haemorrhoideis: Denique idem, quem nunc dixi, priori anaſtomoſi in obturatore externo cum trunculo obturatoriae, inter originem ejus muſculi & tuber iſchii emergente, coiit, & altero minori ramo cum ejusdem obturatoriae ſurculo in ipſo perioſteo. Etiam cum ſurculo priori paragrapho dicto, & cum ſimili ramo iliacae poſticae idem inoſculatur. Alias unicus fuit ramus, adiitque magnum & medium glutaeum, magnumque nervum, & ſurculo verſus trochanterem declinans, adiit obturatorem, criſtamque offis ilium & acetabulum, cumque ramo altero conjungitur, quem jam dixi.

Alias aliter omnino ſe iſchiadica habuit, duo nempe trunci fuerunt, qui ſub pyramidali prodierunt. Inter eos, alter minus conſuetus dedit pyramidali, tum obturatori interno & gemellis ſurculum inſignem, cujus propago deſcendit, tecta his muſculis, ſolitas factura cum obturatoria anaſtomoſes. Alium porro dedit coccygeum, & reliquo trunco ſuo in glutaei magni a coccyge & ſacro oſſe originem, eumque glutaeum conſumtus eſt. Alter ramus, qui ſolito trunco reſponder, comes fuit nervi iſchiadici, edidit ſub pyramidali ramum multifidum ad eum muſculum, ad glutaeum medium, adque trochanterem femoris, circumflexae internae inoſculatum. Tum alia propago tecta obturatore, hunc muſculum & perioſteum adiit, & anaſtomoſin cum circumflexa interna habuit. Dedit idem denuo nervo grandi ſurculum, ſequenti & femorali inoſculatum: alium grandiſſimum glutaeo magno, duos alios obturatori interno ſodalibusque, & alium denique eidem magno glutaeo, alium nervo magno, ſurſum cum priori, deorſum cum femoralis ramo unitum. Duo reliqui magni rami glutaeo inpenſi ſunt.

36.) AD HAEMORRHOIDEAM MEDIAM.

Not. 17. Col. a. Lin. 5. poſt *decurrit* adde: Nuper ita ſe habuit. Ramus primus adiit exitum anteriorem veſicae & urethram, alter vaginam, tertius rectum inteſtinum, exiguus truncus denique cum iſto longe excurrit.

Not. 17. Col. b. Lin. 22. poſt *not. 12.* adde: & cum internis ramis, ſolet autem anteriorem ſedem recti inteſtini tenere, meſenterica poſteriorem, haec major. Externa haemorrhoidea parvos & cuti proximos ramos addit.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 529 sur 543

k Ramus ad quadratum & obturatorem externum.
l Trunculus adſcendens tectus quadrato.
m Ramus ad tricipitem.
mm Ramus haemorrhoideae profundus communicans cum m.
n Arteria perforans prima.
o Ramus ad nervum.
p Ramus deſcendens ad vaſtum externum.
q Ramus adſcendens ad trochanterem,
r inoſculatus cum circumflexae externae ramo.
s Ramus ad quadratum.
t Ramus circumflexae emergens ex quadrato.
u Truncus deſcendens primae perforantis.
x Ramus ad ſemimembranoſum.
y ad tricipitem.
z ad tricipitem & nervum.
α ad ſemimembranoſum, ſemitendinoſum & nervum.
β Ejus anaſtomoſis cum ramo alterius perforantis.
γ Ramus alius a profunda ad ſemimembranoſum.
δ Perforans ſecunda.
ε Ramus ad bicipites & vaſtum.
ζ Nutritia femoris.
η Ramus in bicipitem brevem.
ϑ Ramus ad ſemimembranoſum & ſemitendinoſum.
ι Ejus anaſtomoſis cum perforante prima.
λ Ejus anaſtomoſis cum ramo trunci cruralis.
μ Truncus arteriae cruralis denudatus.
ν Ramus in ſemimembranoſum.
ξ Ramus ad nervum.
π ad vaſtum internum
ϱ & ad nervum cruralem & bicipitem brevem.

ϱ ad

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 530 sur 543

υ Alius ad eundem & cutem.
φ Articularis ſuperior interna.
χ Articularis ſuperior externa.
ψ Ramus inde cutaneus.
ω Ramus ad gaſtrocnemium externum.
1 Ramus ad gaſtrocnemium internum.
2 Ramus inde deſcendens cutaneus.
3 Ramus inde ad tendinem Achillis.
4 Anaſtomoſis cum ramo tibialis anterioris.
5 Locus ubi arteria poplitea ſe abſcondit.
6 Peronea anterior.
7 Ramus ad tendinem Achillis.
8 ad peronaeum longum.
9 ad imam fibulam.
10 ad tendinem Achillis.
11 Arcus cum ramo g.
12 Arcus cum arteria emergente ex plantari.
13 Arcus cum tibiali anteriori.
14 Pars tarſeae arteriae.
15 Ramus plantaris externae emergens.
16 Ramus in articulationem fibulae.

REGIO SEXTA.

FEMUR DEXTRUM ET PES.

Remoti priores muſculi omnes, ut adpareant, qui oſſibus proximi incumbunt. Remoti etiam tricipites.

Oſſa & Muſculi.

A Nuda pars oſſis ilium.
B Glutaeus minimus.
C Supercilium articulationis femoris capſula tectum.
D Spina oſſis ilium.

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 531 sur 543

E Ligamentum ab ea ſpina ad os ſacrum.
F Pars inteſtini recti.
G Pars vaginae muliebris.
H Trochanter major.
I Minor.
K Vaſtus externus.
L Internus.
M Pars gaſtrocnemii externi.
N Capſula articulationis genu.
O Popliteus.
P Tendo bicipitis longi.
Q Tendo bicipitis.
R Peroneus longus.
S Brevis.
T Flexor pollicis longus.
V Tibialis poſterior.
X Flexor longus digitorum pedis.
Y Tendo Achillis.
Z Ligamentum a calce ad os metatarſi quintum.
r Ligamentum quadratum magnum pedis imi.
Δ Tendo peronaei longi.
⊙ Ligamentum ab oſſe naviculari ad os metatarſi tertium.
Λ Tendo flexoris pollicis longi.
≡ Ligamentum a calce ad os cuneiforme tertium.

Tendines reliquorum flexorum & oſſa tarſi absque literis reliquimus, ut nudas etiam ſedes femoris, tibiae fibulaeque.

Vaſa.

a Arteria Iliaca poſterior.
b Rami verſus os ſacrum euntes in perioſteo.
c Ramus coronans glutaeum minimum, furculosque mittens per partem ſuperiorem oſſis ilium.

d Ra-

b Rami verſus os ſacrum euntes in perioſteo.
c Ramus coronans glutaeum minimum, ſurculosque mittens per partem ſuperiorem oſſis ilium.
d Ramus deſcendens per glutaeum minimum.
dd Ramus profundus ad perioſteum.
e Ramus anaſtomoticus cum circumflexa interna.
f Ramus ad articulationem femoris.
g Arteria, quae in hoc cadavere dedit haemorrhoideam externam & iſchiadicam.
h Iſchiadicae rami verſus coccygem.
i Rami in glutaeum magnum.
k Haemorrhoideae ramus ſuperficialis.
l Ramus ejus ad vaginam & inteſtinum rectum.
m Arteriae vaginae ab hypogaſtricis ſ. haemorrhoidea media.
n Arteria a meſenterica interna ad rectum inteſtinum.
o Anaſtomoſis cum arteriis vaginae m.
pq Iſchiadicae rami deſcendentes tecti obturatore interno.
rr Anaſtomoſes duae cum circumflexa interna.
s Truncus arteriae femoralis.
t Ramus profundus.
u Circumflexa interna.
x Ejus ramus poſterior circumiens vallem ad radicem capitis femoris.
y Anaſtomoſis cum ramo profundae & iliacae poſterioris.
yy Ramus in puteos epiphyſeos.
z Anaſtomoſis cum iſchiadica exterior.
α Anaſtomoſis cum iſchiadica interior.
β Ramus circumiens femoris caput, & coiens cum circumflexa externa.
γ Arteria profunda femoris.
δ Perforans prima.
ε Ra-

ε Ramus inoſculatus circumflexae & iliacae poſteriori.
ζ Alter ramus iisdem inmiſſus.
η Rami muſculares.
θ Perforans altera.
κ Ramus ad vaſtum externum.
κκ Ramus ad muſculos inpoſitos.
λ Truncus profundae.
μ Nutritia femoris.
ν Ramus ad vaſtum externum & bicipites.
ξ Truncus profundae femoris.
π Ramus ad vaſtum externum.
ϱ Ramus ad vaſtum internum.
ϛ Ramus ad vaſtum internum.
τ Truncus arteriae femoralis.
υ Ramus ad vaſtum internum.
φ Ramus deſcendens cum eo vaſto.
χ Ramus ad vaſtum externum & perioſteum.
ψ Ramus ad vaſtum.
ω Ramus ad perioſteum anterioris & lateralis partis femoris.
1 Ramus ad inpoſitos muſculos & cutem.
2 Articularis ſuperior externa.
3 Ramus ſuperficialis.
45 Rami ad vaſtum externum & perioſteum.
6 Ramus ad ſemimembranoſum.
7 Arteria articularis genu interna ſuperior.
8 Surculus inoſculatus cum φ
9 Ramus ſuperficialis.
10 Ramus ad gaſtrocnemium internum.
11 Ramus ad capſulam articulationis.
12 Azy-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 534 sur 543

12 Azygos articulationis genu.
13 Ramus alius ſuperficialis & ad gaſtrocnemium internum.
14 ad eundem.
15 Articularis genu interna inferior.
151 Ramus ad popliteum.
16 Articularis genu externa inferior.
17 Ramus in articulationem.
18 Ramus in originem muſculi ſolearis, inoſculatus cum 23.
19 Ramus ad ſummum tibialem poſteriorem.
20 Alius ad eum & perioſteum & articulationem.
21 Tibialis anterior.
22 Nutritia tibiae.
23 Ramus ad tibialem poſticum.
24 Peronea poſtica. 37.)
25 Ra-

37.) AD PERONEAM POSTICAM.

P. 37. N. 25. C. a. L. 33. poſt *continuo* adde: Vidi pene ex principio dediſſe nutritiam tibiae, quae plerumque a tibiali poſtica naſcitur.

P. 37. N. 26. in fine adde: Vidi anno 1752. hanc nutritiam multo grandiorem fuiſſe. Primus peroneae ramus erat, & praeter ſurculum medullarem dedit trunculum inſignem deſcendentem in longum peroneum, tunc in brevem, inque ima fibula in ejus carnibus deſiit.

P. 38. N. 28. in principio adde: Paulo copioſius alias, primo ad epiphyſin tibiae ramum praegrandem miſit, qui cum tibiali poſteriori exigua anaſtomoſi conjunctus, in malleolo interno cum tibialis anticae ramis retrogradis irretitus eſt.

Deinde ramulos miſit ad fibulae epiphyſin, ſurculis arteriae peroneae varie conjunctos, tuncque demum ſub tibiae epiphyſi transverſam illam poſticae tibiali inſertam. Alias peronea poſterior pene nulla fuit, & in epiphyſibus tibiae & fibulae manſit, cum ejus locum ramus inſignis tibialis poſticae teneret β, natus ad exteriora tendinis achillis, & ſimiles fere ramos daret.

P. 38. N. 28. C. b. L. 10. poſt *mittunt* adde: Praeter iſtos etiam alias ad interiora calcis ſurculos mittit, adque ejus oſſis cum talo articulum, cumque ramo tibialis anticae inſignem anaſtomoſin habet. Deinde truncus peroneae praetergreditur externam foveam calcanei, dat inſignem transverſum ramum, ante tuber calcanei cum plantari externa inoſculatum. Dat ramum ad interiora tendinis peronei magni, inſignem, tectum flexore brevi digitorum pedis, & inoſculatum ramo plantaris externae, & in margine acuto pedem terminante cuboidis oſſis inoſculatur fini extremo tarſeae arteriae.

P. 40. N. 29. C. b. L. 5. poſt *284?* adde: Alias duo rami fuerunt, alter ſupra ephiphyſin tibiae, in epiphyſi alter, & uterque anteriori tibiali inoſculatus eſt. Inferior major fuit. Deinde numeroſos ramos ſub epiphyſi, fibulae exhibet, in perioſteo cum peroneae poſticae ſurculis inoſculatos.

P. 40. N. 29. C. b. in fine adde: Alias in oſſe cuboide duobus ramis finem ſui fecit, uno inmiſſo arteriae tarſeae, altero circa baſin oſſis metatarſi quinti in externum ramum tibialis poſticae inſerto. Vidi etiam breviorem in cuboide oſſe ſe in tarſeam miſiſſe, neque ultra progreſſum

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 535 sur 543

25 Ramus ad ſolearem.

26 27 Rami ad eundem reſecti.

28 Ramus peronearum.

29 Nutritia fibulae.

30 Alius ramus profundus.

31 Arteria peronaea ſe abſcondens.

32 Emergens peronea poſterior.

33 Ramus externus.

34 Anaſtomoticus ramus cum tibiali poſtica.

35 Tibialis poſtica. 38.)

36 Ra-

greſſum feciſſe. Nuper loco peroneae anterioris unice duo rami tibialis anticae fuerunt, qui imam tibiam fibulamque adierunt, & ramo peroneae anticae ſimili, abductore tecto, ſe in plantarem externam inmiſerunt.

38.) AD TIBIALEM POSTICAM.

Faſcicul. V. Pag. 36. N. 24. Col. 2. poſt *dextr.* adde: alios vero tectos flexore communi digitorum, ad tibiam nudam, & ad ligamentum interoſſeum, cum ramo interoſſeo poſtico a nutritia nato varie inoſculatos.

Pag. 41. N. 30. Col. 2. Lin. 29. poſt: Ea ſede ad exteriora tendinis achillis magnum ramum natum vidi, qui per exteriorem vallem calcanei tranſiit, dedit ramulos tendini achillis, adipi plantae, & oſſibus calcaneo conmiſſis. Secutus eſt ſuperius caput abductoris digiti minimi, anaſtomoſes habuit cum peronea poſtica & cum ea deſiit, cutaneus, circa baſin oſſis metatarſi digiti minimi. Ea arteria omnino abſentis peroneae poſterioris locum tenuit.

Pag. 46. N. 32. Col. b. L. 22. poſt *inoſculatur* adde: Quando hic ramus prius naſcitur, in oſſe naviculari, tunc in calcaneum it, late regnaturus cum priori profunda, & ad flexorem brevem muſculum, carnem quadratam, foveam tarſi, adductorem pollicis, & caveam oſſis cuneiformis primi abiens. Alii profundi rami, tecti ligamento ab oſſe cuneiformi ſecundo ad primum eunte, veniunt in ſecundum os cunei ſimile, retia facturi, & in flexorem brevem.

Pag. 46. N. 32. C. b. L. 23. poſt *internae* adde: Dat denuo alium a prioribus ramum, ad os cuneiforme primum, & ad os metatarſi pollicis, varie inoſculatum cum ramo ⊙ tibialis anticae, & cum aliis anterioribus ejusdem ramis.

P. 46. N. 32. C. b. L. 27. poſt *edit* adde: Idem ad articulationem calcis cum oſſe naviculari propaginem miſit, inmiſtam proxime prioribus profundis, a trunco plantaris internae natis. Alius ad dorſum redit, & ad inſertionem tibialis poſtici in os naviculare, & cum ramo id os adeunte tibialis anticae anaſtomoſin perficit ⊙.

P. 46. N. 32. C. b. L. ult. poſt *eſt* adde: Nuper ita ſe habuit. Dedit in metatarſo indicis ramum externum, qui tribus lumbricalibus ramos dat, recipit profundum emergentem ex intervallo tertio & quarto, arcumque fecit, unde natae ſunt duae anaſtomoticae, furcae ſecundo-tertiae, & furcae tertio-quartae inſertae, & tertia alia inmiſſa ramo transverſi muſculi ex plantari externa nato. Ramus alter datis lumbricali primo ſurculis, inſeritur arteriae externae hallucis ad oſſis primi principium.

P. 47. N. 33. C. b. L. 24. poſt *internae* adde: Alias & frequentius exiguus & abſque ramo eſt, & finitur in oſſis metatarſi pollicis fine anteriori, inſertus ejus arteriae plantaris internae, quam parvam nonnunquam admiſtus auget.

P. 49. N. 35. C. a. L. 16. poſt *profundum* adde: Alias a plantari externa exeunt tres rami, unus flexore brevi tectus, alter tendine peronei longi, tertius natus ad externam carnis quadratae oram. Iſti duo conjunguntur inter ſe, ita trunculus naſcitur, qui dat ramos nutritios calcis, dat ramos non magnos peroneo longo tectos, inſertos fini tarſeae & peroneae anticae, dat retrogradum comitem tendinis peronei longi, & inſertum alicui ex tribus finibus nuper dictis peroneae poſticae, ramo nempe hujus peronei tendinis ſocio; dat alium ramum ſub eodem tendine, & ad finem oſſis quinti

36 Ramus grandis ad gaſtrocnemios.

37 Ramus cutaneus.

38 Ra-

quinti metatarſi, & ad abductorem digiti minimi, transque eum abductorem arcum facit, trans finem oſſis metatarſi quinti, cum fine arteriae tarſeae, & cum perforante prima quarti intervalli. Denique ſurculus profundior hinc in perforantem poſticam ultimi intervalli inſeritur, inde ad abductorem, & finem oſſis, quod dixi, metatarſi quinti it, & cum trunculo, qui tarſeae inſeritur, componit ramum ſequentem exteriora metatarſi quinti, & inſertum digitali externae digiti quinti, circa os metatarſi anterius conflexus, ut interoſſeae ſolent.

P. 50. N. 36. L. 1. poſt *Ea* adde: Alias proprio trunco, & poſt datam demum retrogradam ſecundam, ab arcu plantari naſcitur. Dedit tunc adductori pollicis, & capſulae articuli quarti metatarſi ramum inmiſſum interoſſeae ſextae. Alias hic ramus minor eſt & perinde equidem comitatur os metatarſi quintum ad digitum uſque, & dat ramos ſexto & ſeptimo interoſſeo. Sed unice inoſculatur tum perforanti anteriori a dorſali natae quarti intervalli, tum digitalibus quinti digiti, ut in manu, in primo ejus digiti articulo. A perforante vero ejus intervalli, etiam ramus natus eſt, comes interior oſſis metatarſi quarti, cum ſexto & ſeptimo interoſſeo, quibus dat, atque demerſus, ut in manu, utrinque ad interoſſeas dorſales venit, hisque inſeritur.

P. 50. N. 36. C. a. L. 20. poſt *499.* adde: Reſpondent ſibi vaſa manus pedisque. Unice in pede profunda vaſa majora ſunt, in manu ea potius, quae cuti propiora.

P. 51. N. 37. C. a. L. 3. poſt *communicat* adde: & cum digitali quarto quinta communicat.

P. 51. N. 37. in fine, adde: aut digitalis quarto-quintae, ut ramus demerſus, ſive circumductus, iſtas duas horum digitorum arterias dat.

P. 51. N. 38. C. a. L. 6. poſt *mittit* adde: Cum arteria externa digiti minimi etiam in quarto metatarſi articulo anaſtomoſin habet.

P. 51. N. 38. C. a. L. 25. poſt *perforans* adde: Hunc retrogradum tertium omnium primum vidi ab arcu plantari natum fuiſſe, in quarto metatarſi oſſe, trans hoc os quintumque perforaſſe, dediſſe articulis quinti & quarti metatarſi, & inoſculatum fuiſſe profundis arteriis, tum iis, quae a profunda propagine plantaris externae maxime anteriori naſcuntur, tum iis, quae ſunt ab ultima ſive maxima anteriori profunda a plantari externa nata.

P. 51. N. 38. C. b. L. 3. poſt *inoſculatur* adde: & interoſſeo alias, quarto cui & flexori parvo pollicis ramos dat.

P. 51. N. 38. C. b. L. 9. poſt *f. 2. Z.* adde: Truncus autem profundior tectus transverſo recipit alterum ramum hujus ſuperficialis propaginis plantaris externae.

P. 51. N. 38. C. b. L. 14. poſt *tertio* adde: & abit ad quarti digiti latus internum & externum tertii *Tab. corp. poſt. tot. dextr.* Habet trans metatarſum tertium anaſtomoſin cum digitali prima.

P. 51. N. 38. in fine adde: Alias haec arteria digitalis communi trunco cum quarta naſcitur.

P. 51. N. 39. C. b. L. 6. poſt *ſecundus* adde: Deinde retrogradus medius truncus natus eſt ultra interoſſeam comitem VI. & V. interoſſei, ad larus quinti interoſſei, & dedit capſulis articulationum tertii & quarti metatarſi cum ſuis digitis, & abductori pollicis & reti profundo inoſculatus eſt.

P. 52. N. 40. C. b. L. 18. poſt *internae* adde: & ad articulum cum metatarſo. Anaſtomoſin habet, trans eum, cum digitali ſecunda.

P. 52. N. 40. C. b. L. 21. poſt *indicis* adde: Comes eſt interoſſei primi & ſecundi. His muſculis ſurculum dat, & iſte ſurculus cum ramo interno indicis communicat. Recipit etiam ramum a ſuperficiali ſurculo plantaris internae.

P. 52. N. 40. C. b. L. 25. poſt *parvi* adde: trans tendines interoſſeorum, & habet pulcherrimam anaſtomoſin cum ramo profundiſſimo profundae nato a plantari interna maxime anteriori, tectam tendine peroneo.

P. 52. N. 40. C. b. L. 37. poſt *ſolet* adde: Vidi adeo grandem fuiſſe hunc ramum, ut omnino hallucis arteriae ad plantarem externam pertinerent.

P. 52. N. 40. C. b. in fine adde: Ea diverſitas eſt quod in manu rami anterius a vola ad dorſum venientes ſint ab interoſſeis, in pede, ubi hae minutae ſunt, a digitalibus.

Caeterum in hanc deſcriptionem qualis anno 1752. edita eſt error irrepſit, ex multiplicitate deſcriptionum natus, & ramus inprimis digitalis ſecundus bis deſcribitur; hic ergo repetere volui ramos fere conſtantes arteriae plantaris externae, quos digitis dat.

1 Ramus externus a quo externa digiti minimi.
2 Retrogradus tertii intervalli, idemque perforans.
3 Interoſſea plantaris extima, a qua perforantes anteriores.
4 Digitalis quinto quarta, a qua perforantes anteriores.
5 Retrograda media, & perforans media.
6 Digitalis quarto tertia, a qua perforantes anteriores.
7 Retrograda prima perforans poſterior.
8 Digitalis tertio ſecunda.
9 Ramus inſertus arteriae hallucis.

38 Rami ad flexorem communem digitorum.
39 39 Rami ad periosteum tibiae.
40 Ramus cutaneus.
41 Ramus ad flexorem communem digitorum.
42 Rami ad flexorem pollicis.
43 Ramus cutaneus & ad tibiam.
44 Ramus superficialis.
45 Alius ejusmodi.
46 Ramus ad malleolum externum.
47 ad capsulam articulationis.
48 Ramus anastomoticus cum peronea.
49 Arteria plantaris interna.
50 Ramus abductoris pollicis.
51 Ramus ad plantam pedis profundus.
52 Ramus ad os naviculare insertus sequenti 54.
53 Alter ejus furculus, circumflexus circa tarsi marginem, insertus tarseae a tibiali antica.
54 Ramus ad plantae pedis caveam alter.
55 Truncus plantaris internae.
56 Insertio ejus in arteriam a tibiali antica.
57 Ramus alter arteriae 48.
58 Anastomosis cum peronea.
59 Ramus profundus plantae exterior.
60 Plantaris externa.
61 Ramus ad sedem abductoris digiti minimi.
62 Alius ad rete plantae pedis ramus.
63 Ramus cutaneus.
64 Prior radix arteriae, quae minimo & tertio digito prospicit.
65 Ramus interosseus.

66 Ra-

Icones anatomicae quibus praecipuae aliquae partes corporis humani delineatae ... - page 538 sur 543

66 Radix altera arteriae, quae minimum & tertii n digitum adit.
67 Perforans media ſuperior.
68 Arcus plantaris.
69 Arteria unde rami digiti medii & quarti.
70 Truncus arteriae tibialis anticae.
71 Arteria unde trunculi digiti indicis & medii.
72 Arteria hallucis.
73 Arteria hallucis interna.
74 Anaſtomoſis arteriae 53. cum 62.
75 Arteria hallucis externa.
76 Anaſtomoſis utriusque.
77 Arcus ad articulum primum.
78 Arcus ad unguem.
79 Arteria ad indicem externa.
80 Arteria perforans ſuperior prima.

©BIU Santé



Fasciculus VIII.
Tab. I.
Arteriæ totius corporis humani anteriores.

©BIU Santé



©BIU Santé



Fasciculus VIII.
Tab. II.
Arteriæ totius corporis posteriores.

©BIU Santé